ESEGESI
BIBLICA
160
c
18: 19.
BIB.NAZ.NAPOLI

BIBL. NAZ.
VITT. EMANUELE III
160
C
18
N.

Digitized by Google

XV. F. 17

Digitized by Google

D

Digitized by Google

SPECIMEN ANALYTICUM

IN

EPISTOLAS PAULI SEX,

Ratione ordinis temporis, quo ſcriptae ſunt,

Utraſque AD THESSALONICENSES, AD GALATAS, AD EPHESIOS, & Utraſque AD CORINTHIOS.

Inſervientia, conſideratis attentè ad ſingulas Prolegomenis,

INVESTIGATIONI

SENSUS, SCOPI, ET FILI SERMONIS ILLARUM:

ADORNATUM

AB

HIERONYMO VAN ALPHEN,

S. S. Theol. DOCTORE, & in Univerſitate, quae TRAJECTI ad RHENUM eſt, PROFESSORE PUBLICO ORDINARIO.

IN DUOS TOMOS DIVISA

Quorum prior quatuor ordine primas continet, Alter, duas ordine ſequentes.

TOM. I.

EDITIO SECUNDA.

TRAJECTI ad RHENUM.

Apud GISBERTUM á PADDENBURG, & FILIUM, 1746.

Digitized by Google

ΟΡΘΟΤΟΜΕΙΝ ΤΟΝ ΛΟΓΟΝ.

Digitized by Google

PRAEFATIO.

Candido, & Scripturam Sacram, tanquam abditos theſauros, ſcrutari cupienti Lectori

S. D. P.

HIERONYMUS VAN ALPHEN.

PAucis Te Volo B. L. cum id quod nunc in lucem mitto, tantum pars ſit operis, quod molitus ſum; cujus pars alia, praelo parata ſit; quaedam etiam ultimam limam adhuc flagitet. Simul edere conſtitueram omnium Epiſtolarum *Paulinarum* analyſes. Sed adoranda DEI manus, morbum non unum mihi immittens, id non permiſit; accedentibus quotidianis, quos muneris mei ratio poſtulat, laboribus, & ingraveſcente aetate.

Digitized by Google

Hinc de ſequentibus analyſibus reliquarum Epiſtolarum nihil promittere auſim: Si ſupremus ovium Paſtor vitam & vires eo-uſque prorogare dignabitur, ut vel omnes, vel ſaltem partem potiorem, publicare mihi liceat, tunc omnis mei conſilii, Scopi, & inſtituti rationes ediſſerere animus eſt: Et de illis conſiderare, quae mihi, poſtquam plus ſemel de uſu ſtudii analytici meam opinionem libere dixi, objecta ſunt.

Hic Tibi exhibeo Sex priores, ſi ſpectes ordinem, non quo in noſtris & longe pluribus aliarum gentium exemplaribus diſpoſitae viſuntur; ſed ordinem temporis, quo ſingulae, meâ quidem ſententiâ, ad illas, quibus incriptae ſunt, Eccleſias, miſſae ſunt: Hujus meae ſententiae rationes expoſui, in Prolego-

Digitized by Google

legomenis, quae ſingulis earum praemiſſa vides.

Si aliquando, ſpeciatimque, in prioris Epiſtolae ad *Corinthios* analyſi, Tibi diſpliceant ſubſectiones in minutiſſimas particulas (quas, pro diverſâ in legendo intentione, vel prodeſſe vel officere agnoſco) poteris illas, quae Tuae intentioni non inſerviunt, fruſtulo Chartae obtegere, & oculos in majores partes ſolas conjicere, quas, ut, minutioribus illis praetermiſſis, ſibi ita invicem reſpondeant, ut Lector filum analyticum proſeqni poſſit, curare ſatago.

Sit pro exemplo in analyſi prioris ad *Corinthios* Pag. 424. leguntur haec mea verba: „ Hic recenſet Apoſtolus"

⁂. *Illa, quae omnes Iſraelitae acceperant, beneficia. Cap. X.* 1. *p. poſt.* --6.

Digitized by Google

PRAEFATIO.

Practermiſſis omnibus intermediis ſubdiviſionibus, uſque ad pag. 430. in principio, ſic perge: נבב. *Quid nihilominus nonnullis &c. &c.*

Si quid, B L. hi mei conatus, commodi Tibi conferant (quod unice intendi) ut greſſus Tui firmi reddantur in ſermonibus Dei: id omne (quod ipſemet conſtantet facere ſatago) acceptum refer ſoli Patri Luminum, Cui ſoli competit honos gloria decus & Majeſtas in ſempiterna ſaecula. Amen!

Ve-

Digitized by Google

Veritatem in Charitate Colentibus,

Quum suas in Pauli Apostoli Epistolas Elucidationes Analyticas ederet Vir Doctissimus,

HIERONYMUS VAN ALPHEN,

In Acad. Ultraj. Theologiae Professor Celeberr. &c. &c. &c.

VIderat, Illustres animae, qui Sponsor & auctor
Sufficiens stabilis fuit, estque manetque salutis,
Oppressa infando miserè sua membra dolore:
Suspicio intus erat. Lacrymis & flebile multis
Discidium; ventus, metuendus nubibus, extra;
Vera vacillabat pietas, concussa, fidesque.
Hinc ille, imperio, Pater ipse quod obtulit, alto
Prospiciens, vestroque statu, justisque querelis
Commotus, faciles dat suspirantibus aures:
O mihi grata cohors, pretio vos sanguinis emti,
Ne timeatis, ait! Vestra est urbs firma, salutem
Moenia constituit, vallisque inclusit ahenis
Omnipotens, fortisque gregis protector & ultor;
His hic & imposuit, noctesve dieve tacere
Qui nequeant, magnis aut arma negare periclis,
Quin magis his vitam pro vestra exponere vita,
Atque hostes firmo depellere corde superbos,
Optatamque diu pacem curare laborent.
Quid moror? ecce venit pius ac fortissimus Heros
(Quam placido gressu, quamque eminet armus & ultra!)
Alphenius, socios inter non ultimus omnes.
Hic vir hic est, solidi cui tot monumenta laboris
Egregium peperere decus, pariuntque quotannis,
Quique opportunis usus feliciter armis,
Rebus in adversis stare atque resistere novit,
Justitiae verique animo thorace decoro.

Quip-

Quippè Euangelio pacis prodire paratus,
Assumens fidei scutum, galeamque salutis,
Progressus, gladio, quo spiritus utitur, ipso
Instructus, Sermone Dei, rediitque triumphans.
Quo facit imprimis longa experientia rerum,
Altaque, Segnitie nec trita, ast rara senectus,
Multaque in assiduis cura & vigilantia votis.
Et sic jamjam iterum, veri ac probitatis amantes,
O gens, Chara Deo, vigil & succurrere promptus,
Noctis ad horrorem, sed vestra in commoda prodit.
Hinc agite, acta viri, quin laude reducta trophaea,
Suspicite! & laeti vel Divam plaudite curam!
Dixerat. Unanimes ac grato corde reponunt:
Talibus ergo viris Ornatus & inclytus armis,
Usque, Sion, celsus sit, atque perhorridus Orco?
Applauduntque Seni, coelique juvamine gaudent.

JOHS. KALKOEN, V. D. M.
In Voorthuizen,
Nunc Franequerae Frisiorum.

ANA-

ANALYSIS

Praemissis Praeliminaribus,

Quorum conſpectum exhibebit pagina prima,

UTRIUSQUE AD

THESSALONICENSES

EPISTOLAE:

SUBJECTO

SPECIMINE EXEGETICO,

IN PRIORIS AD

THESSALONICENSES EPISTOLAE

Capitis QUARTI comma decimum ſextum.

UBI

Inveſtigabitur, quis ſit ille

ARCHANGELUS.

Digitized by Google

En tibi, Benevole Lector, Conſpectum brevem Quatuor Capitum praeliminarium, quae praemittuntur ipſi
ANALYSI.

Prioris ad THESSALONICENSES *Epiſtolae*

CAPUT PRIMUM PRAELIMINARE

AGIT

De Scriptore vel Scri ptoibus harum Epiſtolar um.

Ubi

I. Vindicatur γνησιότης inſcriptionis, ex quâ diſci poteſt, quem vel quos auctores habeant hae Epiſtolae,
A. Ex conſtanti, cum Codicum Graecorum, tum Verſionum lectione.
B. Ex perpetuâ harum Epiſtolarum pro genuino *Pauli* foetu agnitione. Quod
א. Teſtibus probatur:
a. Ipſis haereticis.
b. Patrum conſenſu.
ב. Confirmatur ex parilitate ſtyli & rerum, in his & aliis *Pauli* Epiſtolis.

Digitized by Google

I.
II. De ipſis Scriptoribus diſſeritur.
A. Sigillatim de ſingulis. Ubi agitur
א. De *Paulo*, primario & propriè dicto harum Epiſtolarum Scriptore. Ubi
a. Docetur *Paulum* eſſe propriè dictum harum Epiſtolarum Scriptorem. Quod
(α) Probatur.
(β) Simulque oſtenditur, quatenus etiam *Silvanus* & *Timotheus*, earum ſcriptores, aliquo modo dici queant.
b. *Paulus* breviter deſcribitur, ex eâ ſaltem parte, quatenus ſpectari poteſt ante conſcriptas has Epiſtolas.
ב. De duobus reliquis. Ubi
a. De *Silvano* diſſeritur.
b. De *Timotheo*, & ſpeciatim de illius cum *Paulo*, in itineribus & laboribus, conſociatione.
B. De omnibus ſimul. Ubi indagatur,
א. Quare his Epiſtolis nomina horum trium praefigantur.
ב. Quare id non fiat in aliis epiſtolis.

CA-

Digitized by

CAPUT SECUNDUM

PRAELIMINARE

AGIT

De iis, ad quos ſcriptae ſunt hae Epiſtolae: de Eccleſiâ, nimirum, Theſſalonicenſium.

Ubi agitur

I. De ipſâ Urbe, in quâ haec Eccleſia CHRISTO colligebatur.

A. Obſervantur nonnulla, ex antiquâ hiſtoriâ, hanc Urbem ſpectantia.

א. Situs opportunus.

ב. Nomen & fata.

B. Docetur, quem uſum haec habeant, praecipuè quoque ad interpretationem harum Epiſtolarum.

II. De ſtatu *Theſſalonicenſium*, quantum ad ſpiritualia.

A. Ante nonnullorum converſionem ad CHRISTUM. Ubi contemplandi

א. *Gentiles.* Qui fuere

a. Ex *Japheto*, ejuſque filio *Javane*, nepotibuſque *Chittim*, & *Tharſis* oriundi.

b. Cultores variorum falſorum Numinum.

ב. *Judaei.* Ubi

a. Agno-

Digitized by Google

II. A. ב.

a. Agnoſcendum multos *Theſſalonicae* fuiſſe *Judaeos.*

b. Temerè tamen cum *Grotio* definire non licet, *Jaſonem* quoque *Judaeum*, atque *Silvani* & *Timothei* conſanguineum fuiſſe.

B. Poſtquam nonnulli CHRISTO nomen dederunt.

א. Inquiritur in primam originem *Chriſtianiſmi* in hac Urbe. Ubi

a. Proponitur ſententia *Grotii*, ſtatuentis ante *Pauli*, & *Silvani*, & *Timothei* in Urbem hanc adventum, nonnullos ex *Judaeis* credentes in eâ fuiſſe, & conſtituiſſe illam Eccleſiam *Theſſalonicenſium*, ad quam poſterior ad *Theſſalonicenſes* ſcripta eſt.

b. Rejicitur non unam ob cauſſam.

(α) Quia ficulneis argumentis probatur.

(β) Quia contrarium clamat *Lucae* hiſtoria.

ב. Status hujus Eccleſiae perpenditur. Ubi

a. *Grotii* ſententia rejicitur, ſtatuentis eam (tempore, quo poſterior ad *Theſſalonicenſes* ſcripta eſt)

(α) Paucis *Judaeis* conſtitiſſe.

(β) Praepoſitos non habuiſſe.

b. Florentem fuiſſe aſſeritur.

C A-

Digitized by Goo

CAPITE TERTIO
PRAELIMINARI
OSTENDITUR,
Quo ordine hae Epiſtolae ſcriptae ſint.

I. Proponitur communis Eccleſiae Doctorum, atque ab iis in diverſa abeuntis *Grotii*, ſententia.

A. Praelibantur quaedam generatim de ordine, quo Epiſtolae *Pauli* digeſtae & diſpoſitae ſint.

B. Speciatim agitur, de ordine Epiſtolae utriuſque ad *Theſſalonicenſes*.

א. Viri Magni a reliquis omnibus Interpretibus diſſenſus exponitur.

ב. Atque indicatur, quid eum ad comminiſcendum hoc paradoxum impulerit, imò coëgerit: ſcilicet, quia abſque eo non potuiſſet tueri ſuam Capitis ſecundi Epiſtolae poſterioris interpretationem.

II. Defenditur communis, atque refutatur *Grotii*, ſententia.

A. Quia repugnat, idque temerè, conſenſui omnium omnis aevi Eccleſiarum; quod ex diſpoſitione in omnibus Codicibus, & ex Superſcriptionibus, & Subſcriptionibus, & recenſionibus in ſcriptis Patrum reperiundis, patet. Hoc argumentum

א. Proponitur.

ב. Vindicatur.

a. Generatim.

b. Speciatim contra praetextus, quibus ſuae ſen-

Digitized by Google

II.A.ב.*b*.

tentiae ſpeciem conciliare conatur *Grotius*:

(α) Infringendo argumentum noſtrum a receptâ diſpoſitione petitum. Quod labefactare conatur,

1. Exemplis Libri tertii *Maccabaici*, Epiſtolae ad *Hebraeos*, & *Apocalypſeos*. Quae

AA. Proponuntur ex mente *Grotii*.

BB. Refutatur argumentum inde petitum, oſtendendo exempla eſſe diſſimilia.

2. Rationem aſſignando, quare illa, quae priùs ſcripta fuit, poſteriori loco ſit poſita; ſcilicet, quia ſeriùs innotuit. Hoc autem demonſtrare vel probabile facere annititur,

AA. Quia in privatorum ſcriniis delituit. Quae ratio

אא. Proponitur,

בב. Et refutatur.

BB. Quia periculoſum fuiſſet eam ante *Galbae* vel *Veſpaſiani* tempora publicare. Qui praetextus

אא. Proponitur,

בב. Et fusè refellitur.

(β) Demonſtrando, ex 2 *Theſſ.* III. 17. hanc Epiſtolam eſſe omnium primam.

1. Argumentum *Grotii* proponitur.

2. Refutatur.

B. Quia utriuſque Epiſtolae contenta, inter ſe collata, clamant utramque ſuo ordine, quo ſcripta eſt, eſſe locatam.

CA-

Digitized

CAPUT QUARTUM
PRAELIMINARE
AGIT

De Circumſtantiis Temporis, & Loci, quibus utraque ad Theſſalonicenſes *Epiſtola ſcripta eſt.*

Duo habet hoc Caput praeliminare membra: Agitque
I. De priore Epiſtolâ. Cujus indagatur
A. Tempus, laxioribus limitibus circumſcribendum. Quo fine
א. Generatim, docetur ſcriptam eſſe hanc Epiſtolam, poſtquam ſociaſſent *Paulus*, *Silvanus*, & *Timotheus* operam ſuam, atque Eccleſiae *Theſſalonicenſium* dediſſent.
ב. Speciatim, obſervatur nonnulla interveniſſe inter *Pauli* ab Urbe *Theſſalonicenſium* diſceſſum, & ſcriptionem hujus Epiſtolae. Nimirum
a. Silvani, & *Timothei* reditum ad *Paulum*, *Corinthi* degentem.
b. Timothei ad *Theſſalonicenſes* excurſum, & ab iiſdem reditum.
B. Locus & Tempus, quae preſſiùs definienda. Eo fine, hoc Capite,
א. De Loco ſic agitur, ut

א. Pro-

I.B.א.

a. Proponantur duae Doctorum Virorum ſententiae. Quarum

(α) Altera ſtatuit *Athenis* datam eſſe hanc Epiſtolam.

(β) Altera *Corintho.*

b. Indagetur, utra ſit praeferenda. Hanc ob cauſſam.

(α) Conſiderandum proponitur ἐναντιοφανὲς inter loca *Act.* XVII. 14. 15. XVIII. 1. 5. coll. 1 *Theſſ.* III. 1.

(β) Ex ſolutione hujus difficultatis judicatur de quaeſtione, de loco ſcriptionis hujus Epiſtolae.

1. Ad ſolvendum dubium motum,

AA. Proponuntur ſententiae Virorum Doctorum:

אא. *Launaei.*

בב. *Cocceji.*

BB. Subjicitur ἐπίκρισις noſtra:

אא. Non accedens Viris Doctis.

בב. Noſtram conjecturam proponens.

2. Locus ſcriptionis conjicitur fuiſſe urbs ATHENAE, uti ſubſcriptio vult. Quae

AA. Probabili argumento ſtabilitur.

BB. Contra objectionem unam alteramve defenditur.

ב. De Tempore jam preſſiùs agitur. Ubi rurſus

a. Generatim docetur, ſcriptionem hujus Epiſtolae eſſe referendam ad tempus commorationis *Pauli* in Urbe *Corintho*, per octodecim & ultra menſes.

b. Spe-

Digitized by Googl

I.B.ב.*a.*

b. Speciatim conjicitur

(α) Circa finem prioris ſemeſtris iſtius commorationis Apoſtoli, in Urbe laudatâ: ſaltem ante tumultum coram *Gallione*, contra Apoſtolum, excitatum.

(β) Epiſtolam hanc ſcriptam eſſe Anno AErae Vulgaris L°. tempore verno, vel ineunte ferè aeſtate.

1. Hoc ex ſerie geſtorum *Pauli* elicitur.
2. Admirandam DEI potentiam, & erga *Gentes* clementiam, hic agnoſcendam eſſe, monetur.

II. De ſecundâ ad *Theſſalonicenſes* Epiſtolâ inquiri ur

A. In tempus, quo ſcripta eſt. Ubi

א. Ad refutationem ſententiae *Grotii*, contendentis hanc Epiſtolam eſſe ſcriptam Anno II°. *Caligulae*, vel III°. AErae Vulgaris XXXVIII. vel XXXIX°. notatur

a. Quod haec Epiſtola poſt alteram, quae prior dicitur, ſcripta ſit.

b. Quod, vel poſito hanc Epiſtolam eſſe ſcr ptionis ordine primam, (etiamſi hoc detur, quod tamen neutiquam conceditur) tamen non poſſit adeò maturè ſcripta eſſe.

(α) Probatur ſcriptam eſſe, poſtquam jam aliquot annos imperâſſet *Claudius*. Cum

AA. Ad *Theſſalonicenſium* ECCLESIAM,

BB. A *Paulo*, *Silvano*, & *Timotheo* conſociatis ſit ſcripta.

II. A. N. *b.* (α) BB.

Conſequenter poſt Concilium *Hieroſolymitanum*, non ante Annum XLVIII^um. habitum.

(β) Oſtenditur eam non ſcriptam Anno XXXVIII°. vel XXXIX°. AErae Vulgaris.

ב. Ad indagationem veri Temporis

a. Obſervatur modicum temporis ſpatium, non nimis coarctandum, nec nimis dilatandum, inter ſcriptionem prioris & poſterioris Epiſtolae, eſſe interjectum.

b. Atque hinc elicitur eam ſcriptam eſſe,

(α) Si faciem temporis reſpicias, ante diſceſſum *Corintho* in *Syriam*, poſt tumultum *Act.* XVIII. 18. memoratum.

(β) Si annum velis, Anno LI°. inchoato, & jam vertente. Et proindè ante reliquas omnes *Paulinas* Epiſtolas, hanc ſecundam ad *Theſſalonicenſes* ſcriptam eſſe; ſolâ priori ad eoſdem exceptâ.

E. In locum, e quo miſſa eſt. Quem

א. Incertum eſſe agnoſcitur.

ב. *Athenas* eſſe ſubſcriptio teſtatur, quam rejiciendi nulla adhucdum apparet neceſſitas.

PRAE-

Digitized by Goog

PRAEFATIO.

QUod fauſtè & feliciter evenire jubeat DEUS O. M. aggredior Epiſtolarum *Pauli* Apoſtoli ad *Theſſalonicenſes Analytico-Exegeticam* pertractationem.

Ab his initium facere commentationis in Apoſtoli Epiſtolas aequum & rationi conſentaneum viſum eſt, cum, quod ex poſteà dicendis fiet manifeſtum, primae omnium ſcriptae ſint.

Ex quibus primitiva Eccleſiae, recens natae, & inter *Japhetitas* non minùs quàm *Semi* poſteros ab Apoſtolo plantatae, facies pulcerrima conſpicienda erit, unde palàm fiet, *Chriſtum* Dominum per Apoſtolos verè bonum ſemen ſeviſſe in agro ſuo: uti eſt in parabolà Matth. XIII. 27.

Docebuntque ſequentibus temporibus ſcriptae Epiſtolae, quâ ratione Diabolus jam ab Apoſtolorum temporibus conatus ſit zizania inter triticum ſerere: Et quâ ratione malignis his conatibus acriter reſtiterint Apoſtoli vigilantes. Quod obſervare, meditando Epiſtolas Apoſtolicas eo temporis ordine, quo conſcriptae ſunt, perquàm utile eſſe comperietis.

Epiſtolas autem *Pauli* inſigni ſapientiâ & incredibili artificio, duce Spiritu Sancto, conſcriptas, feliciùs nemo intelliget, quam qui ad Scriptorem vel Scriptores; ad eos, ad quos ſcriptae ſunt ſingulae; ad tempus ſcriptionis; ad occaſionem, quâ; & ſcopum, ad quem

Digitized by Google

datae ſunt, quantum ejus fieri poteſt, quam accuratiſſimè attendat.

Quod ſi fiat, Spiritu Sancto cor aperiente, manifeſtam ſe faciet ad conſcientiam Divina, quae in iis eminet, elucet ſapientia, mentemque convincet illas verè θεοπνεύςους eſſe.

Conſtituimus igitur explicationi harum Epiſtolarum praemittere Capita non nulla, uti vocari ſolent, (quamvis forte minus Latinè, vocabulo tamen artis uſu recepto) praeliminaria.

C A-

Digitized by Google

CAPUT PRIMUM

PRAELIMINARE.

De Scriptore, vel Scriptoribus harum ad Theſſalonicenſes *Epiſtolarum.*

QUibus inſtrumentis, ſive Amanuenſibus Spiritui Sancto, *Theſſalonicenſes* in fide confirmare, & ad veram pietatem inflammare volenti, placuerit uti, ipſa docet Inſcriptio: Παῦλος, καὶ Σιλουανὸς, καὶ Τιμόθεος. Quae nomina utrique Epiſtolae praemiſſa cernimus. 1 *Theſſ.* I. 1. 2 *Theſſ.* I. 1.

Nec ulla cauſſa vel ratio datur dubitandi, quin verae & genuinae ſint hae Inſcriptiones: Reperiuntur enim, quantum ſcio, in omnibus bonae notae exemplaribus, abſque ullâ (ſaltem cujus memini) variatione, illâ ſolâ exceptâ, quae nullius eſt momenti, nec auctoritatis, quam *Curcellaeus* notavit; nimirum legi alicubi Σιλβανὸς pro Σιλουανὸς. Reperiuntur in omnibus, niſi fallar, certè in pleriſque verſionibus antiquis & novis.

Nec conſtat ex Hiſtoriâ Eccleſiaſticâ umquam in diſceptationem veniſſe, an genuinae ſint hae inſcriptiones, nec ne? quâ de re conſulendus *Euſebius. Hiſt. Eccleſ.* Lib. VI. Cap. 20. pag. m. 223. coll. pag. m. 72.

Niſi hoc fuiſſet manifeſtò compertum & certum, non potuiſſent non maximae lites ſuboriri de ſinceritate harum Inſcriptionum, veriſque harum Epiſtolarum Auctoribus.

Digitized by Google

Posterior imprimis haud levem passa fuisset contradictionem: Praesertim cum in ea Auctor Cap. II. obviam eat errori noxio, cujus defensores Apostolus praevidebat praetexturos Epistolam ab Ipso scriptam, uti, DEO volente, videbimus, 2 *Thess.* II. 2. Immò, cum insigne ἐναλλαγὴ reperiatur, si conferantur illa, quae 1 *Thess.* IV. 17. & V. 4. leguntur, cum iis, quae 2 *Thess.* II. 3. & seqq. inculcat Apostolus, amplissima utique data fuisset occasio, vel utramque, vel alteruter tram certè rejiciendi, vel saltem eam *Paulo* abjudicandi: nisi ipse *Paulus*, quae ejus fuit prudentia, huic malo obicem posuisset, *Thessalonicenses* monens, ut attentis oculis lustrarent suum Epistolas consignandi modum. 2 *Thess.* III. 17.

Ipse *Marcion*, famosus haereticus, qui medio floruit secundo saeculo, quique non omnes (uti ex *Irenaeo*. Lib. III. Cap. 3. pag. m. 204. constat) *Paulinas* agnoscebat Epistolas, sed illas, ut & alias Scripturae Sacrae partes, erroribus ipsius adversantes, arrodere solebat, has nihilominus Epistolas pro genuinis Apostoli scriptis agnoscebat. Ut & *Proclus* soli Epistolae ad *Hebraeos* litem movit, inchoato saeculo III°. Vide *Epiphanium. Haeres.* XLII. pag. m. 310. & *Eusebium. Hist. Eccles.* Lib. VI. Cap. 20. pag. m. 223. Citantur hae Epistolae variis in locis ab *Irenaeo*, *Tertulliano*, *Origene*. Loca, quae sunt plurima, addere prolixum foret.

Imò his omnibus antiquior *Ignatius*, in Epistolâ ad *Philadelphenses*, ad eas manifestè alludit. XIV. *Pauli* Epistolae, quas notissimas esse omnibus dicit *Eusebius*, in *Canonibus*, uti vocantur, *Apostolicis*, memorantur.

Vid.

Digitized by

Vid. *Patt. Apoſt.* a *Cotelerio* editos. Tomo I. pag. m. 449. col. 2. & Tomo II. pag. m. 59. & 79.

Palam igitur eſt, ab initio ſaeculorum Novi Teſtamenti agnitas omnibus eſſe has *Pauli* Epiſtolas, nec earum γνησιότητα in dubiis poſitam. Quare ſupersedeo provocare ad ſequentium Patrum auctoritatem. Poſſem quoque aliàs commemorare praeſtantiſſimos inter eos S. Script. Interpretes *Chryſoſthomum*, *Theodoretum*, *Theophylactum*, *OEcumenium*, alioſque explicationi harum Epiſtolarum laborem ſuum impendiſſe.

Confirmatur haec univerſi *Chriſtianiſmi* fides ex paritate ſtyli *Paulini* in his & caeteris ejus Epiſtolis, rerumque in iis contentarum concordiâ.

Inſcriptionis igitur veritate ac ſinceritate comprobatâ, *Paulus*, *Silvanus*, & *Timotheus* pro Auctoribus harum Epiſtolarum habendi ſunt.

Primarius, & propriè dictus earum Scriptor eſt *Paulus*: *Silvanus* autem & *Timotheus*, nominum ſuorum cum *Pauli* nomine ſociatâ inſcriptione, teſtatum fecere ſe, eodem Spiritu DEI, qui *Pauli* calamum dirigebat, actos, ſuis quaſi ſuffragiis, comprobare ea, quae *Paulus* ſcribebat.

Paulum autem pro primario, & propriè dicto, hujus Epiſtolae Scriptore habendum eſſe, non tantum colligimus ex eo, quod *Paulus* Apoſtolicâ fuerit dignitate, adeoque primi ordinis miniſter Domini Noſtri *Jeſu Chriſti*: Sed etiam ex iis harum Epiſtolarum verſibus, in quibus numero ſingulari de ſe ipſo loquitur Scriptor. Vid. 1 *Theſſ.* II. 18. ubi nomen ſuum addit: Διὸ (inquit

quit) ἠθελήσαμεν ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς (Ἐγὼ μὲν Παῦλος)* καὶ ἅπαξ, καὶ δὶς, καὶ ἐνέκοψεν ἡμᾶς ὁ Σατανᾶς. Et Cap. III. ℣. 6. Διὰ τοῦτο κἀγὼ μηκέτι στέγων ἔπεμψα εἰς τὸ γνῶναι τὴν πίστιν ὑμῶν· μήπως ἐπείρασεν ὑμᾶς ὁ πειράζων, καὶ εἰς κενὸν γένηται ὁ κόπος ἡμῶν. Ἄρτι δὲ ἐλθόντος Τιμοθέου πρὸς ἡμας ἀφ' ὑμῶν, καὶ εὐαγγελισαμένου ἡμῖν τὴν πίστιν καὶ τὴν ἀγάπην ὑμῶν, καὶ ὅτι ἔχετε μνείαν ἡμῶν ἀγαθὴν πάντοτε, ἐπιποθοῦντες ἡμᾶς ἰδεῖν, καθάπερ καὶ ἡμεῖς ὑμᾶς. Verſu autem ſecundo ſe ipſum *Silvano* adjungens, & a *Timotheo* diſtinguens, phraſi in plurali utitur. In ſingulari iterum, tamquam propriè & ſtrictè dictus hujus Epiſtolae Scriptor loquitur Cap. V. 27. nec non 2 *Theſſ.* II. 5. III. 17. Quoties igitur de Scriptore harum Epiſtolarum a me fiet mentio, aut quoties eum in ſingulari numero loquentem audiemus, toties cogitandum erit de *Paulo*.

Neque tamen reformidabimus ſaepius loqui de harum Epiſtolarum Scriptoribus, illoſque in plurimis earum commatibus de ſeipſis in plurali numero loqui comperiemus: Nec id enallagae tribuendum, (quam, niſi commodâ fulciri poſſit ratione, in expoſitione Script. S. haud facilè admittimus) ſed ἀκριβείᾳ Scriptoris. Id quod uſus, ſi ad ſtylum Apoſtoli, uti decet, attendamus, probatum dabit. V. C. Commate 18 Capitis II^di. prioris Epiſtolae, quando legimus ἠθελήσαμεν ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς, intelligimus *Paulum* ſuam & ſociorum ſuorum voluntatem, conſentientibus illis, declarare; de ſe ipſo verò, quod iteratò hoc voluerit.

Contemplemur igitur hos triumviros, Viros DEI, quorum

* Parentheſin aliter claudendam cenſeo; nimirum poſt vocem δὶς. Scilicet in hunc modum: ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς (Ἐγὼ μὲν Παῦλος καὶ ἅπαξ καὶ δὶς.

Digitized by Google

rum memoria per tot ſaecula fuit, eritque porrò in benedictione.

Neque tamen omnia coacervabimus, quae de Viris adeò celebratis dici poſſent; ſed ea potiſſimum ſola ante oculos ponemus, quae conſideraſſe juvabit ad uberiorem harum Epiſtolarum intelligentiam.

Paulus igitur (qui & *Saulus* dictus eſt) celeberrimus ille *Hebraeus* eſt, ex *Hebraeis*, ex tribu *Benjaminis* oriundus; civis *Romanus*; natus in Urbe non obſcurâ, *Tarſo*, *Ciliciae* Urbe, etiam eruditione inclytâ: *Graecè* doctiſſimus, in ſcriptis *Graecorum* Poëtarum quoque verſatiſſimus; diſcipulus *Gamalielis* ſpectabilis; innutritus legis Moſaicae notitiâ, cujus incredibili ſtudio flagrabat, ut & παραδόσεων πατροπαραδότων: Hinc ante converſionem fuit hoſtis & διώκτης Eccleſiarum Domini noſtri *Jeſu Chriſti* acerrimus; ſed medio in furore, nil niſi minas ſpirans ac caedes, ſubitò gradum ſiſtere coactus, profligatus, &, verticordiâ Domini noſtri *Jeſu Chriſti* gratiâ, totus mutatus, ei in ſervitium toto animo deditus, ἀφωρισμένος εἰς τὸ Εὐαγγέλιον Θεῦ, conſtitutus Apoſtolus, omnibus neceſſariis donis & characteribus Apoſtolatûs inſtructiſſimus: Imprimis autem deſignatus *Gentium* Apoſtolus; inter quas non ultimo loco ponendi ſunt *Theſſalonicenſes*: *Theſſalonica* enim erat Urbs *Macedoniae*; Ad *Macedonas* autem *Paulus* abiit viſo per noctem conſpecto, uti narrat *Lucas*. *Act*. XVI. 9. 10.

In *Macedoniâ* primum *Neapolin* appulit; hinc *Philippos* profectus, *Lydiam* ad cognitionem Evangelii perduxit, ipſo *Sabbathi* die: Ancillâ quadam habente Spiritum *pythonis*, & *Paulum*, ejuſque συνέργους inſecutâ,

Digitized by Google

& clamoribus ſuis moleſtiam faceſſente, Spiritum, in nomine *Jeſu*, ex eâ expulit. Quam ob cauſſam ab ancillae Dominis, videntibus abiiſſe ſpem ſui quaeſtûs, accuſati ſunt *Paulus & Silas*, tamquam conturbatores civitatis, & carceri mancipati; ubi terrae motu carceris foribus apertis, vinculiſque laxatis, *Paulus* & *Silvanus* Commentarienſem converterunt. Poſtea a Praetoribus ipſis educti Urbe, per *Amphipolin* & *Apolloniam*, *Theſſalonicam* pervenerunt. Quae pluribus narrat *Lucas Act.* XVI. 11. -- XVII.

Huic *Gentium* Apoſtolo jungitur comes & ſocius Σιλουανὸς, *Silvanus*.

Hoc nomen repudiat *Hieronymus*, *Heinſio* citatus, contendens legendum eſſe *Silas:* Sed haec ἀκριβεία nimia eſt, nec fas eſt tam infirmo tibicine fulcire mutationem lectionis, quae in Codicibus reperitur. Abſit a Sacro Codice omnis audax Critica. Notiſſimum ſanè eſt plurima nomina eſſe *Graecorum* & *Romanorum* propria, quae aliâ ratione terminantur, aliove modo pronunciantur his quam illis.

An hoc idem nomen ſit, quod Hebraicè legitur שלוח, atque adeò an hoc nomen, ſi Etymon ſpectes, *legatum* ſignificet, ab Hebraicâ Radice שלח, *miſit* pro certo affirmari vix poteſt: nec tanti eſt, ut nominis conſiderationi diutiùs immoremur: Si huic conjecturae aſſenſum praebeas, habuit noſter nomen & omen; fuit enim legatus CHRISTI Domini fideliſſimus.

Silvanus noſter a pluribus iiſque doctiſſimis Interpretibus rectè habetur pro eodem, qui in *Actis Apoſtolicis Silas* vocari conſuevit. Mihi quoque hoc videtur neutiquam

Digitized by Google

tiquam in dubiis ponendum. Non tantùm propter similitudinem nominis, sed praecipuè ex collatione historiae *Silae*. Probè enim notandum est in *Actis Apostolorum* mentionem saepiùs fieri *Silae*, tamquam comitis & adjutoris nostri Apostoli. Vid. *Act*. XV. 22. 27. 32. 34. 40. XVI. 19. 25. 29. XVII. 4. 10. 14. 15. XVIII. 5. Nec in *Actis* umquam, quod sciam, nomen *Silvani* reperitur.

Econtrà in Epistolis nonnullis Apostolicis numquam fit mentio *Silae*, sed saepiùs *Silvani*, tamquam socii *Pauli*. Vid. 2 *Cor*. I. 19. 1 *Thess*. I. 1. 2 *Thess*. I. 1. & 1 *Pet*. V. 12. Quis cum ratione crediderit, *Paulum* nullibi in Epistolis suis ullam mentionem feciſſe comitis sui fideliſſimi *Silae?* Et rursùs, quis veri amans sibi persuaserit, *Lucam* in *Actis* nuspiam commemoraſſe illum hominem, qui tanti habitus est ab Apostolo, ut illius nomen Epistolis suis quoque praefigere voluerit? Non fuere igitur *Silas* & *Silvanus* diversi, sed idem homo, *Graecis* Σῖλας, *Romanis Silvanus* dictus.

Praetereà *Silas* is est, qui cum *Paulo* profectus est in *Macedoniam*, qui cum ipso fuit *Thessalonicae*, ibidemque passus est *Judaeorum* insultationes. *Silas* is est, qui cum *Paulo* fuit *Corinthi*, ut ex locis citatis ex *Actis* constat. Atque haec eadem sunt, quae in Epistolis, locis antè laudatis, de *Silvano* testatur Apostolus.

Nihili igitur facimus sententiam *Dorothei*, *in Synopsi vitae Profetarum & Apostolorum*, (citati a *Calovio* in *Bibliis Anti-Grotianis*) qui *Silvanum* Episcopum facit *Thessalonicensium*, sed *Silam* Episcopum *Corinthiorum*. Quis istius libelli verus Auctor sit in dubiis

ponitur, nec a peritioribus Criticis pro genuino fideque digno habetur libellus ipſe.

Praeter illa, quae in *Actis* reperiuntur, nihil certi de *Silâ* vel *Silvano* noſtro habemus: Si exceperis, illud *Petri*, 1 *Pet.* V. 12. Ex *Actis* igitur a *Lucâ*, qui & ipſe itineris comes fuit, proſopographiam noſtri *Silvani* repetamus.

Tempore Concilii *Hieroſolymitani* jam notus & celebratus fuit, atque inter illos numeratur, quos ἄνδρας ἡγουμένους ἐν τοῖς ἀδελφοῖς appellat Sacer Scriptor. Quare narrat eum cum *Paulo*, & *Barnabâ*, & *Barſabâ* (aliàs *Judâ* dicto) electum eſſe ab Apoſtolis & Presbyteris, ut cum illis *Hieroſolymis Antiochiam* proficiſceretur, atque decretum Concilii Apoſtolici, de *Gentium* libertate, ad *Antiochenos*, *Syros*, & *Cilices* perferret. Sic adjunctus eſt *Barnabae* & *Paulo*, ἀνθρώποις παραδεδωκόσι τὰς ψυχὰς αὐτῶν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, (quo inſigni elogio ab Apoſtolis & Presbyteris, unanimi conſenſu, condecorantur) atque ſic teſtimonium recipit, quod ejusdem indolis fuerit homo. Vid. *Act.* XV. 22--26.

Narrat quoque *Lucas*, in ſequentibus, hunc *Silam* ejusque ſocium *Barſabam* (alio nomine *Judam* dictum) profetas fuiſſe, &, quà tales, Fratres *Antiochenos* hortatos & conſolatos eſſe. *Act.* XV. 32. Dimiſſos quidem poſt aliquod tempus a Fratribus, hoc eſt, libertatem redeundi ad Apoſtolos nactos eſſe (verſu 33): *Silae* tamen viſum eſſe, ibi aliquantisper manere; ob eamdem videlicet, cauſſam, ut hortari & conſolari pergeret Fratres.

Tandem exponit *Evangeliſta*, quâ occaſione a *Paulo*

Digitized by Goog

Io in ſocietatem itineris & laborum adſcitus ſit. Nimirum *Barnabâ* volente *Marcum*, dictum *Joannem*, comitem & ſocium aſſumere, quem *Paulus* recuſabat, indeque orto παροξυσμῷ, *Paulum Silam* ſibi junxiſſe, & cum eo *Syriam* & *Ciliciam* peragraſſe. Hinc *Paulus* & *Silas*, *Derben* & *Lyſtram* profecti, *Timotheum* cooptant, & unà *Aſiam minorem*, hodiè *Natoliam* dictam, peragrant, *Troademque* veniunt; & hinc, viſo antè laudato evocati, in *Macedoniam* transfretant. Hîc *Silas* vel *Silvanus* noſter non tantùm adjutor, ſed & commilito fit *Pauli*, & afflictionum conſors, cum illo virgis caeſus eſt, & in carcerem conjectus: Simulque laetitiâ incredibili per Spiritum Sanctum repletus cum ſocio Apoſtolo, hymnos mediâ nocte DEO cecinit, & mox glorioſum in modum liberatus eſt. Id quod in praecedentibus de *Paulo* quoque notavimus ex *Act.* XVI. 19. 25. 29. 40.

Ex quibus verſibus ſimul diſcere poſſumus, hunc *Silam*, aequè ac *Paulum*, fuiſſe civem *Romanum*: Vid. *Act.* XVI. 37. Quare eò minùs mirum videri debet, illum, nomine *Latinâ* terminatione praedito, *Silvanum* vocari.

Hic igitur *Silvanus* noſter *Theſſalonicam* venit, ibique, cum *Paulo*, maximo cum fructu Evangelium praedicat. *Act.* XVII. 4. Hinc, a Fratribus, per noctem emittitur *Beroeam*; ubi uterque iterum fideliſſimus Domini Servus, Synagogam ingreſſus, non minori ſucceſſu Evangelium annunciavit *Beroeënſibus*. *Act.* XVII. 10.

Judaeis autem denuò tumultum excitantibus, *Paulus* quidem *Athenas* deductus eſt, at *Silvanus* & *Timotheus*

theus tantisper *Beroeae* permanſit; donec *Paulus* ad ſe illos vocaret: Cum autem ipſe *Paulus*, interim, *Corinthum* profectus eſſet, *Silas* & *Timotheus* illum ſequuntur *Corinthum*; ubi unà & pariter omnibus viribus coniituntur, ut regnum CHRISTI promoveant. Vid. *Act.* XVII. 14. 15. XVIII. 5. 2 Cor. I. 19.

Haec ſunt, quae in *Actis Apoſtolorum*, a *Lucâ* conſcriptis, & in Epiſtolis *Pauli* de *Silâ* vel *Silvano* memoriae tradita reperimus. Unde pateſcit *Silvanum* fuiſſe Virum ſpectabilem, & cum Eccleſiâ *Theſſalonicenſium*, ſingulari ſpirituali neceſſitudine, conjunctum.

Laudibus denique hujus *Silvani* accedit, quod ipſe quoque *Petrus* (uti modo dicebam) ipſum titulo honorifico *fratris fidelis* exornet. 1 *Pet.* V. 12. Quo ipſo ſuffragio ſuo probat illa, quae *Silvanus* per *Aſiam minorem* cum *Paulo* Apoſtolo praedicaverat, ad confirmandos diſcipulorum animos, in fide & cognitione libertatis Evangelicae.

Porro *Paulo* & *Silvano* adjungitur *Timotheus*: de quo plura dici poſſent; ſed nos contenti erimus commemoratione illorum, quae ſcriptionem harum Epiſtolarum praeceſſerunt.

Clariſſimo *Witzio* ortus videtur *Lyſtrâ*, *Lycaoniae* Urbe; quod colligi poſſe putat ex *Act.* XVI. 1. 2. Κατήντησε δὲ εἰς Δέρβην καὶ Λύστραν· καὶ ἰδοὺ, μαθητής τις ἦν ἐκεῖ, ὀνόματι Τιμόθεος, υἱὸς γυναικός τινος Ἰουδαίας πιστῆς, πατρὸς δὲ Ἕλληνος. Ὃς ἐμαρτυρεῖτο ὑπὸ τῶν ἐν Λύστροις καὶ Ἰκονίῳ ἀδελφῶν. Clariſſimus autem *Tillius*, dum viveret, in eâ fuit ſententiâ *Timotheum* fuiſſe *Derbaeum*; quoniam cum *Gajo Derbaeo* ſociatur. *Act.* XX. 4.

Vero-

Digitized by Goog

Verosimilior mihi videtur prior sententia; non enim loco citato *Gajus* & *Timotheus* dicuntur *Derbaei*, sed post *Gajum*, qui *Derbaeus* dicitur, sequitur *Timotheus*.

Sed haec tanti non sunt. Nec fortè de patriâ *Timothei* sollicitus fuissem, nisi attendendum existimassem ad commentum Illustris *Grotii*, qui omnem curam adhibuit, omnemque operam impendit, ut suam hypothesin de scopo Capitis secundi Epistolae posterioris probabilem redderet.

Hic Vir longè sanè doctissimus, sed hypothesi confictae nimiùm serviens, statuit vero esse simile, quod *Timothei* Majores *Thessalonicenses* fuerint: Id colligi posse arbitratur ex *Act.* XX. 4. ubi *Timotheum* adjungi vult *Thessalonicensibus;* sed, si rectè inspiciamus locum, potiùs contrarium demonstrabit; *Gajus* enim *Derbensis* medius interponitur.

Pater ejus *Graecus* erat, Mater vocabatur *Eunice*, Avia *Lois;* mulieres piae, a quibus a tenerâ juventute verâ virtute imbutus, & DEO consecratus. Vid. *Act.* XVI. 3. 2 *Tim.* I. 15. III. 15. Sic quasi praeformatus a DEO, ut in Evangelio CHRISTI ipsi serviret, inter *Judaeos* pariter & inter *Gentes;* his paterno, illis materno sanguine junctus. Pulcrè *Chrysosthomus Homiliâ* primâ in 2 *Timoth.* ὁρᾷς πῶς ἤρχετο ὁ νόμος καταλυέσθαι, τῶν ἐπιμίξεων τούτων γινομένων.

Nomen quod attinet, quod ferè significat illum, *qui DEUM honorat*, an ipsi, pio motu, a Matre, an ab aliis inditum sit, definire non ausim. Hoc certum, quod curante Divinâ Providentiâ nomen habuerit & omen.

Vero omninò consentaneum videtur, quod in praeputio

putio educatus ſit, auctoritate Patris ejus circumciſionem non permittente: Sacras tamen Scripturas edoctus, diligentiâ optimae Matris, fortè & Aviae.

Ad fidem autem *Chriſtianam*, JESUM *Nazarenum* tamquam verum MESSIAM agnoſcentem, adductus videtur praedicatione *Pauli*. Ille enim eum vocat, in primâ ad ipſum datâ Epiſtolâ, γνήσιον τέκνον ἐν πίστει, & in alterâ ἀγαπητὸν τέκνον. 1 *Tim.* I. 2. 2 *Tim.* I. 2.

Probabile admodum eſt hoc contigiſſe, cum *Paulus* primâ vice *Lyſtram* & *Derben* tranſiret, & *Derbae* multos lucraretur diſcipulos. *Act.* XIV. 20. 21. Multùm, procul dubio, hanc Evangelii propagationem promoventibus & juvantibus vexationibus, quas, *Antiochiae*, *Iconii*, & *Lyſtrae*, contra *Paulum* concitaverant hoſtes Evangelii, ab Apoſtolo fortiter toleratis: Quod diſcere poſſumus ex *Act.* XIII. 44--51. XIV. 1--20. Conf. 2 *Tim.* III. 11.

Quicquid ſit de articulo temporis, quo ad *Chriſti* Domini Evangelium converſus fuerit, hoc certum eſt *Paulum*, cum ſecundâ vice *Lyſtra* veniret, noſtrum ibi *Timotheum* inveniſſe inter diſcipulos. *Act.* XVI. 1--6.

Absque ullo fundamento *Grotius*, poſt *Metaphraſten*, ſtatuit *Paulum*, cum primùm *Derbae*, vel *Lyſtris* diverſaretur, *Timotheum* ſibi itineris comitem, laboriſque ſocium adjunxiſſe, quod elicere conatur ex 2 *Tim.* III. 10. 11. ubi *Paulus* dicit: Σὺ δὲ παρηκολούθησάς μου τῇ διδασκαλίᾳ - - - - - τοῖς παθήμασιν, οἷά μοι ἐγένετο ἐν Ἀντιοχείᾳ, ἐν Ἰκονίῳ, ἐν Λύστροις. Unde colligit, illo jam tempore *Timotheum* fuiſſe comitem Apoſtoli *Pauli*.

Sed fallit, aut fallitur, Vir Illuſtris, hoc argumento:

παρα-

Digitized by Google

παρακολυθεῖν non neceſſariò notat *corpore* quoque *ſequi*, aſſeclam & comitem eſſe, ſed uſurpatur ſaepiùs pro *mente aſſequi*, *rectè percipere*, *probè & ordine tenere*. Vide inter alia loca 1 *Tim.* IV. 6. ubi idem noſter *Timotheus* dicitur παρηκολυθηκὼς τῇ καλῇ διδασκαλίᾳ. Sic *Lucas* in Evangelio ſuo Cap. I. vers. 3. dicitur παρηκολυθηκὼς πᾶσιν ἄνωθεν ἀκριβῶς, *omnia ab initio aſſecutus accuratè*; qui tamen dici non poteſt omnibus illis, quae narrat, interfuiſſe.

Et dubitandum non eſt, quin ſi *Paulus* hoc dicere voluiſſet, quod, nimirum, *Timotheus* fuerit comes, & ſocius *Pauli*, in omnibus illis *perſecutionibus*, & *perpeſſionibus*, quas, iſtis in locis, paſſus eſt Apoſtolus, verbis ſequentibus non dixiſſet: οἵους διωγμοὺς ὑπήνεγκα, καὶ ἐκ πάντων με ἐῤῥύσατο ὁ Κύριος, ſed ΥΠΗΝΕΓΚΑΜΕΝ & ἐῤῥύσατο ΗΜΑΣ. Quid, quod παρακολυθεῖν, ſi pro *corpore ſequi* ſumas, vix commodè connecti poſſit cum verbis immediatè ſequentibus: Quid enim ſignificabit παρακολυθεῖν μακροθυμίᾳ, πίστει &c?

Adde, quod, ex hoc *Grotii* argumento, plus ſequeretur, quam ipſe Vir Doctus ex eo conatur exſculpere. Nam, ſi rectè rationes putavit *Grotius*, ſequetur, quod jam *Antiochiae Timotheus* fuerit *Paulinarum* perpeſſionum comes, & ſocius; adeoque adjunctus *Paulo*, antequam *Derben*, vel *Lyſtram*, primâ vice perveniſſet Apoſtolus. Sed, quod *Paulus*, non niſi poſt Concilium *Hieroſolymitanum*, *Lyſtram* reverſus, *Timotheum* itineris comitem ſecum ſociaverit, manifeſtò patet ex *Act.* XVI. 1--6.

Mentem ad haec verba advertamus: Verſu primo

de *Paulo* dicit Scriptor Sacer : Κατήντησε εἰς Δέρβην καὶ Λύστραν. *DEVENIT Derben*, & *Lyſtram*; ſed de *Timotheo* continuò ſubjicit: καὶ ἰδοὺ, μαθητής τις ἦν ἐκεῖ, ὀνόματι Τιμόθεος. ipſa vox ἰδοὺ ſtatim ſuggerit *Lucam* narraturum aliquid novi, quod *Paulo* evenit, ſcilicet, qu d ibi novum diſcipulum & futurum adjutorem nactus ſit. Praetereà *Timotheus* dicitur μαθητής τις ὀνόματι Τιμόθεος, *diſcipulus quidam nomine Timotheus*; ſic non vocaſſet eum, ſi jam dudum, illo tempore, fuiſſet *Pauli* itinerum & laborum ſocius. Porrò *Paulus* quidem κατήντησε, ſed *Timotheus* ἦν ἐκεῖ.

Verſu ſecundo pergit ſacer Scriptor de *Timotheo* loquens: ὃς ἐμαρτυρεῖτο ὑπὸ τῶν ἐν Λύστροις καὶ Ἰκονίῳ ἀδελφῶν. *Cui teſtimonium dabant fratres, qui Lyſtris & Iconii erant.* Hinc elicimus, non admodum notum, illo quidem adhuc tempore, fuiſſe *Timotheum Paulo* Apoſtolo.

Reger t quidem *Grotius*, hoc teſtimonium datum eſſe *Timotheo*, non propter *Paulum*, ſed ex more laudabili, quem ſervabant Apoſtoli, ut eum etiam alii imitarentur in poſterum, in electionibus, ut, ſcilicet, reſpectus ratioque habeatur Virorum μαρτυρημένων. Collatum vult locum *Act.* VI. 3.

Sed ſic non elabitur *Grotius:* Non enim ſimpliciter dicitur, quod *Timotheus* fuerit vir vel diſcipulus μαρτυρούμενος. Sed ἐμαρτυρεῖτο, *ipſi dabatur teſtimonium*, tunc ſcilicet, quando *Paulus* eò devenit; ἐμαρτυρεῖτο, inquam, *dabatur teſtimonium;* a quo, vel quibus? An a *Paulo* & *Barnabâ*, quod fieri debuiſſet, ſi itineris eorum comes fuiſſet? Non: Sed a fratribus, qui *Lyſtris* erant & *Iconii*, ut ita *Paulum* ipſum certiorem facerent, cujus indoles eſſet hic diſcipulus. Non

Digitized by Goog

Non dabat, ſed accipiebat *Paulus* de *Timotheo* teſtimonium; atque tum demum volebat, ut ſibi daretur *Timotheus* itinerum comes laborumque ſocius: Atque hoc fine eum aſſumtum circumcidit, propter *Judaeos*, qui in illis locis erant; ſciebant enim omnes Patrem ejus *Graecum* eſſe: Sic enim ſolebat *Paulus omnibus omnia fieri, ut omninò aliquos ſervaret.* quod pluribus docet 1 *Cor.* IX. 19 & ſeqq. Quare ſcitè *Chryſoſthomus* dixit περιέτεμεν, ἵνα τὴν περιτομὴν καθέλῃ. *Homil.* 34. in *Act. App.*

Omnes illae, quae *Act.* XVI. 1 & ſeqq. reperiuntur, circumſtantiae clamant, tunc demum *Timotheum* factum eſſe comitem & ſocium *Pauli.* Quis dubitet, quin *Paulus* eum citiùs circumcidiſſet, ſi citiùs eum aſſumſiſſet, & ſecum in itineribus ſuis junxiſſet? Et ſi *Paulus* hoc neglexiſſet, annon *Judaeos* offendiſſet, & annon iſtâ offenſione jam datâ, ſed emendandâ, permotus dici debuiſſet *Paulus* eum circumcidiſſe? Sed nihil horum. *Circumcidit eum, quia Judaei noverant Patrem ipſius Graecum fuiſſe;* non quia *Judaei* in malam partem interpretati fuerant, quod anteà incircumciſum hominem aſſumpſiſſet &c.

Imò haec ipſa circumſtantia ferè probat *Timotheum* admodum juvenem huc uſque fuiſſe, & ſub Patris ſui poteſtate conſtitutum: quis enim crediderit, *Timotheum*, a piâ matre *Judaeâ* educatum, ſi ſui juris jam dudum fuiſſet, circumciſionem diſtuliſſe, donec *Paulus* eum propter *Judaeos* circumcideret? Atque hoc ipſum, nimirum, quod *Timotheus* admodum juvenis fuerit, cum *Paulus* eum aſſumeret, vel inde patet, quod Apoſto-

Digitized by Google

lis in Epiſtolâ ſuâ priori ad *Timotheum* datâ, quae diu ſatis poſt haec, de quibus loquimur, tempora, conſcripta eſt, ipſum hortetur, ut ſingulari morum ſanctitate & gravitate efficiat, ne quis ipſius juventutem contemnat. 1 *Tim.* IV. 12.

Reſponſionem vix meretur, quod *Grotius* ex verbis Apoſtoli 2 *Tim.* I. 5. ubi dicit ſe ὑπόμνησιν λαμβάνειν τῆς ἀνυποκρίτου πίστεως *Aviae & Matris Timothei*, exſculpere velit, quod Apoſtolus diu antè noverit eas: Certè nullis fidiculis indè elici poterit, quod *Paulus* & *Silvanus* earum notitiam habuerint, antequam *Derben* & *Lyſtram* deveniſſent.

Timotheus igitur, a *Paulo* & *Silvano* in conſortium adſcitus, Fratris & συνέργου nomine condecorabitur. 1 *Theſſ.* III. 2. Scilicet *Paulo*, Apoſtolo, tamquam *Evangeliſta*, adjungitur; uti *Silas*, tamquam *Profeta*; pro ſapientiſſimâ, quae CHRISTO Domino placuit, munerum diſtributione. Confer *Eph.* IV. 11. 2 *Tim.* IV. 5. 1 *Cor.* XII. 28.

Haec *Timothei* ad munus *Evangeliſtae* deſtinatio facta eſt, ſecundum profetias antegreſſas; uti teſtatur Apoſtolus 1 *Tim.* I. 18.

Facta eſt χειροθεσίᾳ τοῦ πρεσβυτερίου, imprimis quoque *Pauli* Apoſtoli; quam DEUS cohoneſtare ſolebat largâ donorum SPIRITUS SANCTI effuſione. 2 *Tim.* I. 6. Conf. 1 *Tim.* IV. 14. coll. *Act.* XIX. 6.

Proficiſcitur igitur *Timotheus* noſter, cum *Paulo* & *Silvano*, per *Aſiam Minorem*, in *Macedoniam*. *Act.* XVI. 3. 4--19.

Philippis non legitur cum *Paulo* & *Silvano* in carcerem.

Digitized by Google

rem conjectus. *Act.* XVI. 19. Sed quando, & quomodo evaſerit, me latet.

Quod autem *Theſſalonicae* & *Beroeae*, cum *Paulo* & *Silvano*, fuerit, *Lucas* teſtatur *Act.* XVII. 14.

Mirum tamen videri poſſet, quod *Lucas Act.* XVII. 4. narrans nonnullos ex civibus *Theſſalonicenſibus* credidiſſe, dicat, quod conſociati ſint *Paulo* & *Silae*; non addito nominetenus *Timotheo*. Sed fortè cogitare licet, *Timotheum* admodum Juvenem, iſtâ quidem vice, ſeipſum adhuc continuiſſe; *Paulum* verò praecipuè, & *Silvanum* tamen etiam ſubinde, ſermones publicè in, *Judaeorum* Synagogâ, habuiſſe.

Nihil tamen impedit, quò minùs ſtatuamus, quod etiam *Timotheus Theſſalonicae*, inter fideles, laboraverit in miniſterio Evangelii. Hoc enim colligere datur, non tantùm ex perpetuo ferè in plurali numero loquendi modo, quo Scriptores in his Epiſtolis utuntur; ſed imprimis ex eo, quod 1 *Theſſal.* III. 2. *Paulus* & *Silvanus* dicant: ἐπέμψαμεν Τιμόθεον τὸν ἀδελφὸν ἡμῶν, καὶ διάκονον τοῦ Θεοῦ, καὶ συνεργὸν ἡμῶν, ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ τοῦ Χριστοῦ. Adde, quod paulò ante hoc tempus, quo *Paulus* & *Silvanus Timotheum Theſſalonicam* miſerunt, *Timotheus* cum *Silâ* manſerit *Beroeae*; unde ſimul *Corinthum* profecti ſunt ad *Paulum*. *Act.* XVII. 14. 15. XVIII. 5. Nam; quod *Timotheus* cum *Silâ* manſerit, id procul dubio factum eſt, ut ei coadjutor operis eſſet, in Evangelio CHRISTI.

Hic igitur noſter *Timotheus*, juvenis licet, morum tamen ſanctitate & gravitate conſpicuus, diligentiſſimuſque *Evangeliſta*; ſecundâ vice, juſſu *Pauli* & *Silvani*, *Theſſalonicam* profectus, inde ad illos rediit, laetiſ-

ſimum, de *Theſſalonicenſium* fide & charitate, nuncium afferens. 1 *Theſſ.* III. 6. 7.

Atque haec eſt cauſſa, quod ipſius nomen, aequè ac *Pauli* & *Silvani*, in harum Epiſtolarum Inſcriptionibus compareat.

Sufficiant haec de ſingulis harum Epiſtolarum, ſeorſim, ſpectatis Scriptoribus. Addamus nonnulla de iisdem conſociatis.

Atque hic ſe rursùs prodit commentum Illuſtris *Grotii*, qui, in praefatione his Epiſtolis praemiſſâ, ex eo, quod *Act.* XVII. 7. narretur, *Jaſonem* fideliſſimos hos Evangelii praecones in domum ſuam recepiſſe, concludit, *Silvanum* & *Timotheum* fuiſſe *Jaſonis* conſanguineos; quae ſanè conſequentia, ut mitiſſimè dicam, omni caret fundamento: Tantoque magis ratione deſtituitur, quia, in totâ illâ narratione, de *Pauli* & *Silvani* inter *Theſſalonicenſes* praedicatione, quam *Lucas Act.* XVII. 1--10. habet, *Timothei* ne quidem nomen expreſſum legatur.

Nec operae duxiſſem precium, hoc commentum commemorare, niſi metuerem, ne Viri Illuſtris eruditio, vel, quam ea meruit, celebritas, praejudicium creët, & imprudentibus imponat, ut hoc commentum admittant, quod illaudabili fine confictum eſt; ſcilicet, ut eò facilius perſuadeat *Grotius*, *Paulum*, *Silvanum*, & *Timotheum* ſcripſiſſe alteram ad *Theſſalonicenſes* Epiſtolam, antequam fuerint *Theſſalonicae*; quo figmento videbat ſibi opus eſſe, ad ſtabiliendam ſuam hypotheſin, de *Cajo Caligulâ*, 2 *Theſſal.* Cap. II. praemonſtrato.

Tandem perpendendum quoque eſt, quo fine Apoſtolus

ſtolus hiſce ſuis Epiſtolis nomina horum ſuorum adjutorum, unà cum ſuo nomine, praefigere voluerit; atque hic ſimul indagari quoque meretur, quid cauſſae ſit, quare haec tria nomina hic, alibi duo ex his nominibus, alibi rursùs ſolum *Pauli* nomen, Epiſtolis praefigi videamus.

Tria haec nomina his Epiſtolis praefigere juvabit, cum concordia & conſenſus trium, adeò laudatorum, Virorum (qui tot & tanta dederant fidei ſuae, charitatis, pietatis, conſtantiae, diligentiae, & zeli, documenta, etiam in conſpectu *Theſſalonicenſium*) haud parùm faciebat ad eorum confirmationem, in agnitione veritatis & divinitatis Evangelii; ad inflammationem animorum illorum ad amorem, & conſtantem profeſſionem, veritatis, & ad eorumdem conſolationem.

Quod autem *Silvani* nomen in nullius, praeter has duas, Epiſtolae inſcriptione, inveniatur, hanc videtur habere cauſſam, quod hic *Profeta* vel *Evangeliſta* (utroque enim titulo fortè inſigniri poteſt *Silvanus*) paulò poſt ſcriptionem harum Epiſtolarum, a *Paulo*, quod ad corpus, fuerit ſejunctus, &, aliis in locis, operam navaverit Evangelio Domini. Certè videtur poſtea factus ſocius & comes *Petri*, unà cum *Marco*; uti colligere datur ex 1 *Petri* V. 12. 13.

Hinc autem (quod obſervare in rem quoque Evangelii eſt) porrò concludimus, quod jam tranſierit illa nubecula exacerbationis, inter *Paulum* & *Barnabam*, propter *Marcum* ortae. Notatu protectò dignum eſt, quod etſi *Paulus*, iſtà exacerbatione exortâ, *Marcum* noluerit habere comitem, ſed *Silvanum* aſſumſerit; *Barnabas*

bas verò, cum *Marco*, in *Cyprum* abierit; (uti videre eſt *Act.* XV. 38. 39. 40.) Et quamvis *Petrus* & *Barnabas*, eaſdem ſubterfugientium & ſimulantium partes ſecuti, *Paulum* adverſarium habuerint; (uti narrat Apoſtolus *Gal.* II. 13.) Nihilominus tamen poſtea, non tantùm *Petrus*, fidum illum *Pauli* comitem, *Silvanum*, ſecum ſociaverit: ſed *Paulus* etiam viciſſim, ipſum illum *Marcum* (quem antea recuſaverat, quod abſceſſiſſet ab ipſis ex *Pamphiliâ*, nec eorum comes eſſe voluiſſet in illo opere; quemque *Petrus* poſtea tamquam ſocium & adjutorem coöptaverat) ut ſocium ſuum commendet. Conferenda ſunt loca jam laudata ex *Act.* XIII. 13. XV. 38. 39. 40. *Galat.* II. 13. cum 1 *Pet.* V. 12. 13. *Coloſſ.* IV. 10. *Philem.* vers. 23. 24.

Iſta ſanè adjutorum & comitum permutatio, eaque non invitis Apoſtolis facta, qui utrimque ſuos laudabili teſtimonio exornarunt, teſſera eſt, *Petri* & *Pauli* nec non *Barnabae* animos, brevi tempore, quod Evangelii pacis miniſtros omninò decet, in concordiam rediiſſe.

Ad nomen autem *Timothei* quod attinet, eo inſcribitur, praeter utramque ad *Theſſalonicenſes*, poſterior ad *Corinthios*, illa ad *Philippenſes*, ut & ad *Coloſſenſes*, reliquae non item. Quid cauſſae ſubſit, quare hoc eodem nomine non inſcribantur pariter Epiſtolae reliquae, illa ad *Romanos*, prior ad *Corinthios*, ut & ad *Galatas*, ad *Epheſios*, ad *Hebraeos*, ad *Titum*, quaeri poteſt meritò.

Sunt, qui arbitrantur *Paulum* tunc temporis, cum iſtae modo laudatae Epiſtolae ſcriberentur, non habuiſſe ſecum ſuum *Timotheum*.

Veroſimile hoc mihi fit, quantùm ad tempus ſcriptionis

Digitized

ptionis primae ad *Corinthios*, nec non Epiſtolae ad *Epheſios*, ad *Hebraeos*, & ad *Titum:* Fortè idem dici poſſet de tempore, quo ſcripta eſt Epiſtola ad *Galatas:* Minùs tamen certum eſt, tunc temporis *Timotheum* non fuiſſe penes *Paulum* praeſentem. Minùs adhuc probabile *Timotheum* & *Paulum* unà non fuiſſe, cum ille Epiſtolam ad *Romanos* daret: Nam hos nomine *Timothei* ſalutat. *Rom.* XVI. 21.

Quod ad Epiſtolam ad *Galatas* attinet, putem *Timotheum* iſtius *Paulini* itineris, in quo illam Epiſtolam ſcripſit, omninò comitem fuiſſe; hoc tamen nihil impedit, quo minùs potuerit, illo ipſo temporis articulo, ad aliam quamdam vicinam Eccleſiam excurriſſe, vel ad haec illave negotia miſſus eſſe: Atque inde fortaſſis eſt, quod ejus nomen in Inſcriptione non legatur. Sed potuit & alia ſubeſſe cauſſa: Conſultum fortè non duxit Apoſtolus in pertractatione controverſiae, quae tantâ vehementiâ a *Judaizantibus* agitabatur, *Timothei* nomen praefigere, ne anſam daret carpendi & cavillandi, *Timothei* aetatem juvenilem objiciendi, imò fortè etiam cauſſandi, quod ille, dolorum circumciſionis impatiens (cum ipſum jam Virum juvenem eam ſubire adegerit *Paulus*) ſuâ querimoniâ in cauſſâ fuerit, quare *Paulus* circumciſionem abrogandam eſſe ſtatuerit. Quae falſa licet fuiſſet calumnia, & facile refutanda, potuiſſet tamen occaſionem dare novis de *Timotheo* litibus; quibus *Paulus*, quantùm poterat, anſam praecidere voluit.

Quod autem Epiſtolam ad *Romanos* attinet, cauſſam quare in fronte non conſpiciatur *Timothei* nomen, hanc eſſe putem, quod ille *Romanis* hactenùs non fuerit ad-

Digitized by Google

modum cognitus; quam ob cauſſam parùm ponderis addidiſſet dictis Apoſtoli iſta nominis *Timothei* additio.

Plane aliter ſe res habet in noſtris Epiſtolis: In primâ appoſitè addebat *Paulus* nomen *Timothei* ſuo & *Silvani* nominibus. Non tantùm quia unà cum ipſis, uti ſuprà oſtendimus, *Theſſalonicae* fuerit, ſed & praecipuè, quia tempore intermedio, inter eorum praedicationem *Theſſalonicae* factam, & hujus Epiſtolae ſcriptionis tempus, *Timotheus* iterum eos inviſerat, & inde ad *Paulum* & *Silvanum* laetum nuncium de conſtantiâ & ardore *Theſſalonicenſium* detulerat; in cujus relationis fidem conveniens erat, ut *Timothei* quoque nomen in Inſcriptione hujus Epiſtolae conſpiceretur.

In alterâ Epiſtolâ conſociatio horum trium nominum majoris adhuc momenti erat: Cavendum, ſcilicet, erat, ne fortè ſeductores iſti, quos vel praevidebat, vel metuebat errorem illum de die CHRISTI brevi exſpectando propugnaturos, cauſſari poſſent, *Paulo* & *Silvano* & *Timotheo* ipſis nequidem convenire de tempore noviſſimi adventûs CHRISTI, an brevi, an poſt longum intervallum temporis exſpectandi. Vel etiam *Paulum* & *Silvanum*, & *Timotheum* unanimi conſenſu dediſſe anſam cogitandi adventum Domini brevi exſpectandum eſſe; ſed *Paulum* ſolum ſententiam mutâſſe. Quod ſanè, cum *Silvanus* profeta eſſet, ingens praejudicium creaſſet contra *Pauli* doctrinam: Hanc igitur (etiam ex conſenſu ſuo cum *Silvano* & *Timotheo*) eò magis confirmaturus, horum nomina, in Inſcriptione hujus Epiſtolae, cum ſuo conſociavit.

C A-

Digitized by Google

CAPUT SECUNDUM

PRAELIMINARE.

De Illis, ad quos ſcriptae ſunt hae Epiſtolae.

Scriptae ſunt hae Epiſtolae ad Eccleſiam *Theſſalonicenſium*. Paucis igitur nobis eſt diſſerendum:

1. De *Theſſalonicâ* Urbe.
2. De Eccleſiâ CHRISTO in iſtâ Urbe collectâ.

1. *Theſſalonica* perquam celebris fuit Urbs *Macedoniae*. *Antipater* Epigrammatarius (qui fuit Poëta *Theſſalonicenſis*, tempore Auguſti) citatus Celeberrimo *Cocceio*, eam dicit Μητέρα πάσης Μακεδονίας.

Macedonia regnum fuit, Rege *Alexandro Magno*, per totum Orbem celebratiſſimum.

Hoc Regnum a *Romanis*, Conſule *AEmilio Paulo* ſubjugatum eſt, devicto ejus Rege ultimo *Perſeo*, circiter CLXIV annis ante CHRISTUM; atque ſic in formam provinciae redactum, in quatuor partes eſt diviſum. vide *Lazium* in *Theſauro Antiquitatum Graecarum Gronovii*. Tomo VI. pag. m. 3464.

In primâ parte ſitae erant Urbes: *Neapolis*, *Philippi*, *Amphipolis*, unde *Paulus* per *Apolloniam* profectus eſt *Theſſalonicam*. *Act.* XVI. 11. 12. XVII. 1.

Theſſalonica autem ſita erat ad intimam oram ſinûs

Thermaici, hodiè dicti *Golfo di Salonichi*; haud procul ab *Echedoro* & *Chabri* fluviis.

Fuit hic ſitus cum maximè praeclarus ad mercaturam. Unde florentiſſima fuit civitas, teſte graviſſimo illius aevi Scriptore, *Strabone*, qui, Libro VII. pag. 497. editionis noviſſimae *Amſtelaedamenſis*, dicit: ἡ νῦν μάλιστα τῶν ἄλλων ἐυανδρεῖ. *Haec nunc maximè prae aliis Viris bonis abundat.* Etiamnum hodiè, inter Urbes iſtius regionis *Turcicas*, multitudine civium, *Judaeorum*, *Muhammedanorum* & *Chriſtianorum*, & mercaturâ dicitur eminere.

Claruit etiam ſitu communito, moenibus, turribus, domibus, aedificiis, Templis, &c. de quibus conſulatur *Gerbelius*, in *Theſauro Antiquitatum Graecarum*. Tomo IV. pag. m. 39. 40.

Nomen hujus Urbis, ſecundum quosdam, antiquitùs fuit *Halia*. *Strabo* aliique teſtantur olim *Thermam* fuiſſe dictam. Conſulatur *Steph.* de *Urbibus* pag. m. 394. 395. Vid. *Strabo* in fine Libri VII. pag. m. 509. Ad quem locum tamen Magnus *Caſaubonus* notat, a *Plinio Theſſalonicen* a *Thermâ* diſtingui. Vid. *Plin. Hiſt. Nat.* Libro IV. cap. 10. Fortè primis temporibus admodum propinquae, ſequentibus temporibus in unam coaluerunt civitatem; atque hinc, ortum eſt, quod aliquando diverſis nominibus, tamquam diverſae urbes, appellentur, aliquando uno tantùm nomine ambae comprehendantur.

Nomen autem *Theſſalonicae* quibuſdam adepta eſſe dicitur a primo ejus conditore *Philippo*, *Macedonum* Rege, *Alexandri* Magni Patre. Hunc volunt urbem hanc condidiſſe, & hoc nomine inſigniviſſe, propter victo-

Digitized by Google

victoriam ibi a *Theſſalis*, populo *Macedonibus* vicino, reportatam. Vid. *Suidam* ad voces Θεσσάλων νόμισμα. *Steph. Byzantinum* loco ſuprà citato. pag. m. 394-395. & *Berkelii* notas ad eum locum.

Alii tamen contendunt, hanc urbem nomen ſuum ſortitam eſſe, cognominemque factam filiae *Philippi Theſſalonicae*; cujus mater erat *Nicaſipolis*, nutrix *Nicae*.

Verum haec duo conſiſtere ſimul poſſunt; potuit fortè *Philippus* urbi huic nomen *Theſſalonicae* impoſuiſſe duplici fine: cùm ut eam cognominem faceret filiae ſuae, atque eopſe, plus quam unâ ratione, memoriam iſtius victoriae conſervaret, tùm ut etiam matris filiae ſuae, in puerperio mortuae, memoriam ab interitu vindicaret.

Sunt tamen etiam, qui contendunt, *Caſſandrum*, laudati *Philippi Macedonis* generum, *Theſſalonicen* in matrimonio habentem, hujus Urbis conditorem eſſe, eamque ab uxore ſuâ cognominâſſe. Quicquid ſit, certum eſt, *Caſſandrum* urbi huic inſigne incrementum attuliſſe, eamque aliis oppidulis, ei adjunctis, multùm auxiſſe. Vid. *Strab.* pag. m. 509. edit. *Amſtelaed.* Facilè quoque concipi poſſet, licet haec urbs jam antea nomen *Theſſalonicae* adepta eſſe ſtatuatur, nomen tamen hoc, primis quidem temporibus, minùs uſitatum fuiſſe; ſed poſtea, *Caſſandro* id ita volente, magis ex uſu eſſe coepiſſe: praeſertim, ſi cogitemus *Caſſandrum*, *Olympiade*, Magni *Alexandri* matre, totâque ejus domo extinctâ, hoc ipſo *Theſſalonices* nomine repetito & renovato, ob oculos ponere voluiſſe, ſe eſſe illum *Philippi Macedonis* generum, regni aviti legitimum haeredem. Con-

ſule *Ubbonem Emmium* in *Theſauro Antiquitatum Graecarum.* Tomo IV. pag. m. 129.

Fata hujus Urbis varia fuere.

Caſſandro, & ejus ſucceſſoribus, ferè ſeſquiſaeculum paruit; donec, uti diximus, *Macedonia* a *Romanis* ſubjugata eſt; ita tamen ut hi permiſerint *Macedonas* patriis legibus, ritibus, moribuſque vivere. In formam tamen deinceps provinciae *Macedonia* redacta eſt, *Pſeudo Philippo*, temerario auſu, *Romanos* aggreſſo. Vid. *Juſtinum* Libro XXXIII. cap. 2. *Florum* Libro II. cap. 14. *Velleium* Libro I. cap. 11.

Illo autem tempore, quando *Romani*, duce *AEmilio Paulo*, *Macedoniâ* primùm potiti ſunt, in quatuor partes eam diviſerunt; atque ſic *Theſſalonica* alterius partis *Macedoniae* caput facta eſt. Vid. *Titum Livium* Decade V. Libro V. Ubi cap. 29. videre eſt, quod fuerit caput regionis, ubi concilia fierent. pag. m. 971. edit. *Gronovii* in 8vo.

Poſt Apoſtolorum tempora, varia quoque diſcrimina ſubire, varias mutationes pati debuit, ſed de his agere noſtri inſtituti ratio non exigit. Hodiè *Turcis* paret.

Quae autem de Urbis hujus celebritate diximus, nolite putare praeter ſcopum eſſe memorata. Nec fruſtra obſervat *Theodoretus Hiſt. Eccleſ.* Libro V. cap. 17. *Theſſalonicam* eſſe ἡγεμόνα Μακεδονίας καὶ Ἀχαΐας. Et in *Commentario* ad 1 *Theſſal.* I. 1. Θεσσαλονίκην μὲν πρωτεύειν τῆς Μακεδονίας. Hinc enim diſcimus, quantâ ſapientiâ Apoſtolus, Spiritu DEI, qui etiam Spiritus Sapientiae eſt, rectus, & divino juſſu in *Macedoniam* evocatus, hanc quoque potiſſimùm elegerit Urbem, ut in eâ Eccleſiam *Chriſtianam* fundaret; hinc enim per mul-

multas partes *Europae* diffundi poterat fragrantia Evangelii CHRISTI. Confer ea, quae dicit Apoſtolus 1 *Theſſ.* I. 8.

Prudentiam quoque Apoſtoli in eo eminere, cenſere aequum eſt, quod in hac Urbe, in quâ mercatura florebat, quaeque divitiis abundabat, cum maximè non manus tantùm, ſed & cupiditatem abſtinuerit ab eorum argento, & ne quidem illa accipere voluerit, quae ſibi, tamquam operario Domini, jure competere ſciebat: uti videre licet 1 *Theſſ.* II. 5. 6. 2 *Theſſ.* III. 7. 8. 9.

Scilicet hac ratione ſollicitè cavere voluit Apoſtolus, ne quis, ſive ex *Judaeis* ſive *Gentilibus*, anſam arripere poſſet calumniandi, Apoſtolum amplas illas, eaſque florentiſſimas & opulentiſſimas Urbes ſeleg iſſe, ut ibi Evangelium praedicaret, turpis lucri cauſſâ: Quem calumniae praetextum Apoſtolus, quâ erat prudentiâ, quove pro cauſſâ CHRISTI ardore, ereptum voluit.

Taceo, quod ipſa quoque, quâ haec Urbs florebat, mercatura, anſam Apoſtolo dare potuerit monendi *Theſſalonicenſes*, de diligentiâ praeſtandâ in labore manuum ipſorum, & de non circumveniendis fratribus in negociis, uti, bono cum DEO, videbimus 1 *Theſſ.* IV.

Atque haec de ipſâ Urbe ſufficiant.

2. Secundo loco jam contemplandus erit ſtatus hujus Urbis Eccleſiaſticus.

Macedones, & inter eos quoque ſpeciatim *Theſſalonicenſes*, a *Japhetho*, vel ejus filio *Javane*, vel nepote *Chittim*, vel fortè *Tharſiſo* erant oriundi. Vid. *Geneſ.* X. 2. 4. de quibus conſulendus Magnus *Bochartus*.

Fuc-

Digitized by Google

Fuerunt igitur, quantùm ad originem, *Gentiles*, verum DEUM non cognoſcentes.

Antiquitatum ruſpatores, ex antiquis Nummis, docent eos coluiſſe falſa *Gentilium* Numina, *Jovem*, *Mercurium*, *Apollinem*, *Dianam*, *Neptunum*, *Herculem*, *Janum*, alioſque. Unde illuſtrari poteſt id, quod dicit Apoſtolus. 1 *Theſſ.* I. 9.

In hac tamen Urbe multi quoque *Judaei* habitârunt; habuerunt utique in iſtâ Urbe Synagogam. *Act.* XVII. 1. Tempore Apoſtolorum haec Gens per univerſum Orbem diſperſa fuit, quâ de re legi poteſt Celeb. *Braunius* in *Selectis Sacris.* pag. m. 10. 11. Atque uſque eò multiplicati, ut ipſis indigenis vix cederent numero.

Haec quidem negari non debent: hinc tamen probari non poteſt *Jaſonem* quoque, de quo *Act.* XVII. 6. 7. 9. *Judaeum* fuiſſe, atque hoc nomen idem fuiſſe, quod *Hebraeis Jeſus* dicebatur; uti *Grotius* in *Prolegomenis* ad hanc Epiſtolam, & Celeb. *Braunius* pag. 33. contendunt: Incertum hoc planè eſt, imò minùs probabile. Apud *Stephanum* de *Urbibus* pag. m. 394. 395. memorâtum invenimus *Jaſonem*, Nobilem *Theſſalonicenſem*, cujus ex fratre neptis uxor erat Regis *Macedonum Philippi*, unde conſtat, jam ante *Alexandri* Magni tempora nomen hoc *Jaſonis* apud *Macedonas* uſitatum fuiſſe. Hoc ſaltem conſtat ex nomine nullo modo probari poſſe, quod *Jaſon* fuerit *Judaeus.*

Hoc ex eo conſtare, quod domi ſuae Synagogam habuerit, ſcribit Celeb. *Braunius*, ſed, quod pace Viri Clariſſ. dixerim, nimiùm feſtinans: Hoc certè apud *Lucam Act.* XVII. non lego. Narrat equidem Evangeliſta

Digitized by Google

geliſta *Act.* XVII. 5. *Judaeos* in aedes *Jaſonis* irruiſſe, cauſſantes, quod ille τὺς ἀναςατώσαντας τὴν οἰκυμένην in aedes ſuas receperit. verſu 6. 7. Nec non quod *Judaei Jaſonem*, alioſque fratres, ad Magiſtratûs Civitatis traxerint; qui, cum ſatis accepiſſent ab *Jaſone*, & reliquis, illos dimiſerunt. verſu 9. Sed ex his omnibus definiri non poteſt, *Jaſonem* Synagogam domi ſuae habuiſſe; imò ne quidem haec quaeſtio decidi, an *Jaſon* fuerit *Judaeus*, an ex multitudine illâ religioſorum *Graecorum*, de quâ legimus *Act.* XVII. 4.

Incertum quoque eſt, an hic *Jaſon* idem ſit, qui *Rom.* XVI. 21. a *Paulo* tamquam conſanguineus ſalutatur. Imò hoc ipſum, propter diſtantiam locorum, minùs videtur probabile. Accedit, quod *Jaſon*, de quo *Act.* XVII. legimus, nobis repraeſentetur tamquam Vir, qui *Theſſalonicae* fixum habebat domicilium; nec ullibi memoratur inter illos, qui *Paulum* in itineribus ipſius ſunt comitati.

Hunc *Jaſonem* fuiſſe *Silvani*, & *Timothei* conſanguineum, a *Grotio* abſque ullo fundamento aſſeri, jam antea obſervavimus.

Quamvis autem hujuſcemodi aſſerta pro certis hypotheſibus nobis obtrudi non patiamur, negare tamen nolumus, illo tempore multos *Judaeos* aequè ac *Gentiles* fuiſſe *Theſſalonicae*; ſive mercatura, ſive aliae quoque cauſſae, quae ſanè plures eſſe potuerunt, *Judaeis* fuerint, quibus compulſi in iſtâ Urbe ſedes ſuas fixerunt.

Chriſtianiſmus autem heic loci originem debet fido miniſterio & efficaci praedicationi *Pauli* & adjutorum ſuorum. Hi ſunt, qui, dante DEO, Eccleſiam *Chriſtianam* in hac Urbe fundârunt.

Digitized by Google

Illuſtris *Grotius* ſtatuit, ante *Pauli* & *Silvani* & *Timothei* ad Urbem *Theſſalonicam* adventum, imò jam ſub initio *Caji Caligulae*, (quo tempore vult ſcriptam eſſe illam Epiſtolam, quae nobis poſterior ad *Theſſalonicenſes* dicitur) *Chriſtianos* aliquot ex *Judaeis* fuiſſe *Theſſalonicae*, qui nomen *Eccleſiae Theſſalonicenſium* gerere poterant.

Hos ſtatuit in principio praedicationis Evangelii fidem *Chriſtianam* eſſe amplexos. Hos contendit, ortâ, poſt *Stephani* Protomartyris necem, perſecutione, fugiſſe in *Syriam*, hinc in inſulam *Cyprum*, hinc porrò ad alia loca ſe contuliſſe; inter quae fuerit *Macedonia*, & in eâ *Theſſalonica*, antiqua *Judaeorum* mercaturam exercentium nutrix.

Argumenta ſi requiras, ea repetit *Grotius* partim ex *Act.* VIII. 4. & XI. 19.

Sed praecipuè ex 2 *Theſſal.* II. 13. ubi *Paulus* dicit, quod DEUS *Theſſalonicenſes* εἵλετο ἀπ' ἀρχῆς. Nam ex hac phraſi *Grotius* putat patere, quod *Paulus* reſpiciat *Judaeos*; quos alibi, nempe *Eph.* I. 12. appellet τοὺς προηλπικότας, *antè ſperantes.*

Haec omnia ſi probè perpendantur, ſtatim patebit, nihil niſi meras conjecturas, hariolationes, pro lubitu excogitatas eſſe hypotheſes, effictas, ut tueri poſſit liam, pariter confictam, hypotheſin, quâ ſe opus haaere ſentiebat, ad conſtabiliendam ſuam interpretatio-em paradoxam ſecundi Capitis poſterioris Epiſtolae ad *Theſſalonicenſes.*

Scilicet, ut torquere poſſet verba verſûs 3^tii^. & 4^ti^. citati Capitis ad *Caji Caligulae* ſtulta & impia facinora, neceſſe habebat ſtatuere, Epiſtolam, quae poſterior dicitur

citur ad *Theſſalonicenſes*, ſcriptam eſſe ſub initio Imperii *Caji Caligulae*, quatuor annis, vel quinque ad ſummùm poſt mortem CHRISTI. Hoc ſtatui non poteſt, niſi ponatur & illud, jam iſto tempore fuiſſe Eccleſiam *Theſſalonicenſium*; ad hanc enim datam eſſe illam Epiſtolam inſcriptio docet. Verum eò uſque, in *Europam* nimirùm, Evangelium illo tempore nondum pervenerat. Nec *Cornelius*, quem primitias *Gentium* appellare liceat, (Vid. *Act.* XV. 7.) ante *Tiberii* mortem, vel *Caligulae* initium vocatus eſt; quod probari facile poteſt. Nec ante mortem *Caligulae* Evangelium ad *Gentes* miſſum eſſe ex *Act. App.* Cap. XIII. 'erui poteſt.

Haec ſentiens *Grotius*, ſibi ſumpſit illam hypotheſin, Eccleſiam illam *Theſſalonicenſium* in principio ex ſolis *Judaeis* conſtitiſſe; atque ejus primitias fuiſſe nonnullos ex fidelibus illis, qui mox poſt necem *Stephani*, jam ante *Pauli* converſionem, imò ipſo adhucdum ſaeviente, diſperſi leguntur, εὐαγγελιζόμενοι τὸν λόγον. *Act.* VIII. 1. 3. 4.

Errores quoque *Grotii* docti eſſe dicuntur. Ingenii ſui omnes vires adhibuit, ut ſuam interpretationem ſtabiliret. Ingeniosè hypotheſin hypotheſi texit, ne perplueret. Prelüüs igitur & intentiùs examinemus Viri, longè ſanè doctiſſimi, rationes.

Quod interemto *Stephano* mox gravis perſecutio ſit orta, atque eâ diſperſio fidelium facta, qui in illis, ad quae perveniebant, locis, Evangelium annunciabant, lubentes & meritò agnoſcimus; docente *Lucâ*, loco citato.

Sed quibus fidiculis ex hac narratione extorquebitur, diſperſos illos fideles εὐαγγελιζομένους perveniſſe ex *Judaeâ* in ipſam uſque *Macedoniam*? Atque ibi ſedes ſuas

Digitized by Google

in Urbe *Theſſalonicâ* fixiſſe? An *Judaea* adeo vicina *Macedoniae*, ut hoc probabili conjecturâ ex hac hiſtoriâ elici poſſit? Hoccine ergò abſque ullâ probationis umbrâ admittendum, & pro fundamento habendum, quo ſubruto ſimul everſa erit tota interpretatio?

At, inquies, *Theſſalonica* urbs erat antiqua illa *Judaeorum* mercaturam exercentium nutrix. Eſto. An inde ullo modo, aliquâ ſaltem probabilitatis ſpecie, elici poteſt, fideles CHRISTI nomen profitentes, ſub ipſis primo-primis *Chriſtianiſmi* initiis non a *Gentibus*, ſed ipſis contribulibus ſuis perſecutionem paſſos, ex *Judaeâ* in ipſam uſque *Macedoniam* fugiſſe? & quidem ad mercatores illos *Theſſalonicenſes?* Cum tamen nequidem de horum fidelium mercaturâ quidpiam legatur: Et, ſi vel dixiſſet, fideles hos diſperſos fuiſſe mercatores, nihil hoc ad probandam *Grotii* hypotheſin conferret, cum *Judaeorum* natio hoc tempore inter omnes gentes magno numero fuerit, uti ex *Philone* & aliis ſcriptoribus abundè patet; & ubicunque eſſet, datâ occaſione, mercaturam exerceret, plurimaeque darentur Urbes mercaturâ florentes, multò viciniores *Judaeae*, quam *Theſſalonica*.

Hoc modo ſi rationes ponere liceat, eâdem facilitate vel levitate quamvis Urbem, mercaturâ claram, ſtatuere liceret, dudum antequam Apoſtoli *Judaeâ* exirent, habuiſſe Eccleſias CHRISTI nomen profitentes.

Vix me contineo, quin dubitem, an compendii cauſſâ, an verò conſultò & ex induſtriâ, *Grotius* ita citaverit loca *Act.* VIII. 1. 4. & XI. 19. ut verba non addiderit expreſſa. Hoc ſanè aptum natum eſt ad perſuadendum incautis & ſegnioribus Lectoribus, ipſos textus eorum-

Digitized by Google

eorumque verba non inſpicientibus, omnia illa, vel ſaltem praecipua, ad quae probanda adducuntur, in iis contineri; cum tamen eorum tantùm aliquam partem, eamque exiguam, & ad cauſſam controverſam parùm admodùm momenti habentem, probare valeant.

Imò ſi penitiùs inſpiciamus haec loca, deprehendemus ex iis tantùm non contrarium ejus, quod ſtatuit *Grotius*, probari poſſe. Sic ſonant verba *Act.* VIII. 1. Σαῦλος δὲ ἦν συνευδοκῶν τῇ ἀναιρέσει αὐτῦ. Ἐγένετο δὲ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ διωγμὸς μέγας ἐπὶ τὴν Ἐκκλησίαν τὴν ἐν Ἱεροσολύμοις· πάντες τε διεσπάρησαν, κατὰ τὰς χώρας τῆς Ἰουδαίας καὶ Σαμαρείας, πλὴν τῶν Ἀποστόλων. Diſperſi leguntur, verum eſt. Sed quorſum? per regiones *Judaeae* & *Samariae*: quid hoc quaeſo ad tranſportandos illos homines ex *Aſiâ* in *Europam*? ex *Judaeâ* in *Macedoniam*?

At, inquies, ſacer Hiſtoricus addit verſu 4°. Οἱ μὲν οὖν διασπαρέντες διῆλθον, εὐαγγελιζόμενοι τὸν λόγον. διῆλθον, *peragrabant*, inquit *Lucas*; verum hoc eſt, ſed quouſque? An in *Macedoniam*? de eo nihil in Textu. διῆλθον, *peragrabant*, nullius alterius loci mentione additâ, non poteſt non reſpicere regiones antè memoratas. Quod ulteriùs confirmatur ex particulâ οὖν. An ex diſperſione per regiones *Judaeae* & *Samariae* ſequetur peragratio per *Macedoniam*?

Adde quod in illis, quae immediatè ſequuntur, ſtatim mentio fiat praedicationis *Philippi*, quae *Samariae* facta eſt. Sic enim pergit Sacer Scriptor verſu 5°. Φίλιππος δὲ κατελθὼν εἰς πόλιν τῆς Σαμαρείας, ἐκήρυσσεν αὐτοῖς τὸν Χριστόν. Ubi notanda eſt particula adverſativa δὲ, quae oppoſitionem facit inter ea, quae fecit *Philippus*, &

Digitized by Google

ea, quae fecerunt reliqui diſperſorum fidelium: Hi διῆλθον τὰς χώρας τῆς Ἰουδαίας καὶ Σαμαρείας. Ille verò κατῆλθεν εἰς τὴν πόλιν.

Ex his utique palam eſt, nihil minus in animo habuiſſe *Lucam*, quam tradere, quod hi diſperſi ex *Judaeâ*, ne quidem ex *Aſiâ* in *Europam*, multo quoque minus, quod in *Macedoniam*, *Theſſalonicam* ſeceſſerint.

Neque plus praeſidii *Grotius* habet in altero, quem citat, loco, ex *Actis Apoſtolicis*. Cap. XI. 19. Ubi iterum dicit Hiſtoricus Sacer: οἱ μὲν οὖν διασπαρέντες ἀπὸ τῆς θλίψεως τῆς γενομένης ἐπὶ Στεφάνῳ διῆλθον. *Caeterùm qui diſperſi fuerant ex affliction*e, *ortâ ob STEPHANUM*, *tranſierunt*. Sed quò perrexerunt? quò ſe contulerunt? Nonnulli, dicet *Grotius*, in *Cyprum*, & in alia loca, & (inter ea) in *Macedoniam*, in Urbem *Theſſalonicam* conceſſerunt, veterem illam negotiantium nutricem. Sed nil de locis, in quibus, vel quibus propinquae ſint, *Macedonia* vel *Theſſalonica*, reperitur apud *Lucam*. Econtrà ſic ille: διῆλθον ἕως Φοινίκης, καὶ Κύπρου, καὶ Ἀντιοχείας. *uſque in PHOENICIAM*, *& CYPRUM*, *& ANTIOCHIAM*. An haec non palam faciunt, *Phoeniciam*, quae occidentalior *Palaeſtinae* pars erat, & *Cyprum*, *Maris Mediterranei* inſulam, *Syriae* ad occaſum, & *Ciliciae* ad meridiem oppoſitam, & *Antiochiam*, celeberrimam illam *Syriae* Urbem, fuiſſe terminos extimos, ad quos diſperſio illa hos confeſſores tranſtulit? Nec eſt, quod praetendat *Grotius* hos, in *Syriam* & *Cyprum* uſque diſperſos, fideles, ibi novas vexationes eſſe perpeſſos, atque iis compulſos trans mare in *Macedoniam* aufugiſſe. Sed nullo teſte haec dicuntur. Citat *Grotius* alicubi (lo-

Digitized by Googl

(locum jam non menimi) 2 *Theſſal.* I. 4. *Act.* VIII. 4. XVIII. 18.

Sed ex his locis nihil conficitur, quod in rem *Grotii* ſit, quodque probet primos illos ex *Judaeis* fideles ex *Syriâ* in *Macedoniam* perveniſſe. 2 *Theſſ.* I. 4. videmus, quod laudentur *Theſſalonicenſes* a tolerantiâ & fide in omnibus perſequutionibus, & afflictionibus, quas ſufferebant. Sed nullo ſignificatur indicio, eos has perſequutiones paſſos eſſe in *Syriâ*, nedum eos, propter illas perſequutiones conceſſiſſe ex *Syriâ* in *Macedoniam*. *Act.* VIII. 4. vidimus nihil dici, niſi quod *Judaeae* & *Samariae* regiones peragraverint illi fideles. *Act.* XVIII. 18. narrat *Lucas* quod *Paulus* ex *Graeciâ*, *Cenchreis*, *Corinthiorum* portu enavigaverit in *Syriam*: Ex quâ narratione ſi probare velit *Grotius* poſſe navigari ex *Syriâ* in *Graeciam*, vel etiam, ſi velis, in *Macedoniam*, ultrò hoc ipſi concedimus, nec probatione opus habebat hoc aſſertum. Sed ex eo aliquam probabilitatis ſpeciem elicere velle, quâ oſtendatur veroſimile eſſe, illos primos credentes ex *Judaeis*, in *Judaeâ* perſecutionem paſſos, atque ex eâ in *Syriam* uſque diſperſos, enavigaſſe ex *Syriâ* in *Macedoniam*, atque ibi illam Eccleſiam *Theſſalonicenſium* conſtituiſſe, ad quam *Paulus* alteram illam ad *Theſſalonicenſes* Epiſtolam ſcripſerit: Nae hoc eſt ludere in re ſeriâ, & indignis modis Sacrâ Scripturâ abuti.

Tandem videamus, an plus firmitatis ſit in argumento, quod petit ex 2 *Theſſ.* II. 13. collato cum *Eph.* I. 12. Hoc *Grotii* argumentum palmarium eſt. Sic enim dicit in praefatione ad poſteriorem Epiſtolam ad *Theſſalo-*

ſalonicenſes: (immediatè poſtquam dixiſſet diſperſos illos ex *Syriâ* in *Macedoniam* conceſſiſſe) *Id verum eſſe docent illa* 2 *Theſſ.* II. 13. ὅτι εἵλετο ὑμᾶς ὁ Θεὸς ἀπ' ἀρχῆς εἰς σωτηρίαν. *nam illud* ἀπ' ἀρχῆς *oſtendit de* JUDAEIS *agi, qui* προηλπικότες *dicuntur Epheſ.* I. 12.

Sed nulla haec eſt conſequentia: Ex his enim verbis non poteſt inferri *Judaeos* fuiſſe, ad quos ſcribebat Apoſtolus; multò minùs eos fuiſſe *Judaeos*, quos perſecutio, ob *Stephanum* orta, ex *Syriâ* in *Macedoniam* fugere compulit.

Malè conferuntur loca allegata: Planè aliud eſt *electum eſſe ab initio*, & *antea ſperaſſe in* CHRISTO. Hac quidem phraſi *Paulus*, loco ex Epiſtolâ ad *Epheſios* citato, deſignat *Judaeos*, quatenùs ſpectantur, ut qui antea ſalutem, per CHRISTUM praeſtandam, praeſtolati ſunt, & anhelârunt: Sed illâ phraſi, quâ *Paulus* 2 *Theſſ.* II. 13. dicit: Θεὸς εἵλετο ὑμᾶς ἀπ' ἀρχῆς. *DEUS vos ab initio elegit*, non ſignificatur, utrum ex *Gentibus*, an ex *Judaeis*, an ex utriſque DEUS eos elegerit.

Verum quidem eſt, docente Apoſtolo *Act.* XIII. 46. *Judaeis* primùm exponi debuiſſe ſermonem DEI. Sed ex eo non ſequitur illos, qui *ab initio electi* dicuntur *ad ſalutem*, & quidem oppoſitè ad illos, qui amorem veritatis receperunt, ut ſalvi fierent, neceſſariò *Judaeos* eſſe.

Dato *Paulum* non loqui iſto loco de electione, quatenùs ab aeterno facta eſt in decreto DEI; ſed de electione, quae in tempora facta eſt, id eſt, ſegregatione horum hominum a faece mundi, ipſo actu factâ, efficaci

Digitized by Google

caci Spiritûs Sancti operatione; quid impedit, quo minùs de credentibus, ſive ex *Judaeis* ſint, ſive ex *Gentibus*, qui ſtatim, atque eopſe tempore, quo ipſis annunciatum eſt Evangelium, illud amplexi ſunt, idque fide verâ & ſincerâ, non qualis eſt τῶν πρόσκαίρων, ſed fide cor purificante, quae credentes verè ſervare poteſt, qui ſtatim dicto audientes, per gratiam DEI verticordiam, facti ſunt; quid, inquam, impedit, quo minus de illis dici poſſit, quod DEUS ipſos ab initio ad ſalutem elegerit, oppoſitè ad eos, qui Evangelium rejecerunt, & ad eos, qui illud vel ore tantùm, vel fide tantùm temporariâ, receperunt?

Et ſi vel hoc quoque demus, loqui *Paulum* de *Judaeis Theſſalonicenſibus*, an non poſſent dici *electi* ἀπ' ἀρχῆς? An illud totum tempus, quo praedicavit *Paulus* non poteſt appellari ἀρχὴ temporis Novi Teſtamenti? *Philipp.* IV. 15. An non hac phraſi oppoſitio fieri poteſt *Judaeorum* nunc converſorum, & nationis hoc tempore maximam partem induratae, in fine ſaeculorum demùm convertendae?

Neque hoc tantùm dico, *Grotium* nihil praeſidii habere in illo, quem adduxit, loco; ſed etiam hunc locum planè contrarium ejus, quod vellet *Grotius*, docere. *Grotius* vult illorum, qui propter *Stephani* mortem perſecutione ortâ diſperſi fuerant, nonnullos in *Macedoniam* profectos, primam illam Eccleſiam *Theſſalonicenſium* conſtituiſſe: *Paulus* verò ipſo illo in loco, quem *Grotius* citat, verbis immediatè ſequentibus, dicit fideles illos, Eccleſiam *Theſſalonicenſium* conſtituentes, ad quos ſcribebat Apoſtolus, ad fidem *Chriſtianam* adductos ſuo & adjutorum ſuorum Evangelio. εἰς ὃ

Digitized by Google

(inquit) ἐκάλεσεν ὑμᾶς διὰ τῦ Εὐαγγελίυ ἡμῶν &c.

Nullo igitur, ne leviſſimo quidem, indicio probat *Grotius*, primam illam Eccleſiam *Theſſalonicenſium*, ad quam *Paulus* ſcribebat, conſtitiſſe ſolis *Judaeis*, iiſque poſt *Stephani* necem in *Syriam*, atque ex eâ mox in *Macedoniam*, tranſlatis.

Omnes, contrà, circumſtantiae clamant, *Chriſtianiſmum* inter *Theſſalonicenſes*, eo demùm tempore, initium accepiſſe, cum *Paulus*, & *Silvanus*, & *Timotheus*, viſo Divino in *Macedoniam* evocati, *Theſſalonicae* Evangelium praedicârunt.

Tota narrationis, a *Lucâ* factae, ſeries docet, quâ ratione Evangelium inter illas Gentes ſit promulgatum. *Spiritus Sanctus* prohibebat *Paulum*, & adjutores ejus, loqui ſermonem DEI in *Aſiâ*, nimirùm ſtrictiſſimè dictâ. *Act.* XVI. 6. Cumque ſe ſeptentrionem verſùs vertere, & in *Bithyniam* proficiſci cogitarent, neque hoc permittebat iis *Spiritus*. *Act.* XVI. 7. Sic *Spiritu Sancto* duce pervenerunt *Troada*. *Act.* XVI. 8. atque hinc in *Macedoniam* evocantur. verſu 9. Quid ex his omnibus concludes, quam DEUM ſingulari planè modo oſtendere voluiſſe, ſc hoc tempore *Europaeos* luce Evangelii dignari & colluſtrare velle?

Nulla in *Paulo*, *Silvano*, vel *Timotheo* ſe prodit cupiditas, nullum ſtudium inviſendi Fratres *Chriſtianos*, qui jam *Theſſalonicae* (ſi vera ſit *Grotii* ſententia) ab aliquot annis fuerant, nec ignoti Apoſtolo, utpote quibuſcum locutus fuerat de homine peccati, ante diem *Domini* revelando. 2 *Theſſ.* II. 5. imò ad quos, plùs ſemel ſcripſerat, tanto cum ardore & ſollicitudine. Nullane eum hoc tempore cura tenuit *Theſſalonicenſium*, ſi illo

Digitized by Google

illo tempore, quo inter *Asiam* & *Bithyniam* haerebat, *Thessalonicae* fuere credentes? Quanto studio flagraverit, neophytos *Christianos*, ipsosque, post conversionem illorum, *Macedonas*, invisendi, confirmandi, &c. abundè discere possumus ex *Act.* XV. 36. XVIII. 23. XIX. 21. 22. Imprimis notari meretur insignis illa, & maximè anxia, de *Thessalonicensium* statu, cura, quam graphicè depingit 1 *Thess.* II. 17. usque ad Cap. III. 7. Nihil simile legitur *Act.* XVI. 9. 10. ubi *Lucas* docere instituit, quid Apostolum, & *Silvanum*, & *Timotheum* impulerit, ad transfretandum in *Europam*, & primùm inter *Macedonas* praedicandum: Sed narrat *Lucas* illis obtigisse visum aliquod, quo evocabantur in *Macedoniam, ex quo, collatis argumentis, colligebant, se a Domino vocari, ut Evangelizarent Macedonibus.* Uti disertis verbis narrat *Lucas Act.* XVI. 10. Non vocabantur, viso illo Divino ad ordinarium officium confirmandi fideles, sed ad *Evangelizandum Macedonibus.*

Nec aliud nos docet historia adventûs in Urbem *Thessalonicam*, & conversationis primae *Pauli*, & *Silvani*, & *Timothei*, inter *Thessalonicenses*, quam *Act.* XVII. legimus: Narrat enim *Lucas* fuisse *Thessalonicae* Synagogam *Judaeorum*, nullam verò, ne minimam quidem, *Christianorum*, vel *Judaeorum*, credentium vel conventus illorum mentionem facit. Distinctè ostendit, quod *Paulus per tria Sabbatha disseruerit cum* Judaeis *ex Scripturis: Explicans, & ob oculos ponens oportuisse CHRISTUM pati, & resurgere ex mortuis; & hunc JESUM, quem ego* (inquit) *annuncio vobis, esse CHRISTUM illum.* Haec utique est annunciatio CHRISTI hactenùs ignoti.

Huic annunciationi, efficaciſſimè adjuvante *Spiritu Sancto*, ortum debet *Chriſtiana*, inter *Theſſalonicenſes*, Eccleſia: Sic enim pergit *Lucas:* verſu 4. *Nonnulli igitur eorum aſſenſi ſunt, & conſociati* Paulo & Silae, *& religioſorum* Graecorum *multitudo magna, & ex mulieribus primariis non paucae.*

Si jam dudùm, antequam haec fierent, *Theſſalonicae* fuiſſet Eccleſia *Chriſtiana*, quod *Grotius* ſtatuit, an credibile eſt nihil de eâ, hac occaſione, *Lucam* dixiſſe? An non *Judaeos* illos, qui *Paulo* aſſenſi ſunt, & religioſorum *Graecorum* multitudinem dicere debuiſſet conſociatam Eccleſiae illi, quae antea ſolis illis credentibus, ex *Judaeâ* per *Syriam* in *Macedoniam* profugis, conſtabat? *Paulus* ſanè & *Silvanus* non quaerebant ſchiſma, nec ſibi jungere volebant ſuae praedicationi aſſenſos credentes, eoſque ab Eccleſiâ *Chriſtianâ*, eâque laudatiſſimâ, quae jam aliquot annos, ſi *Grotio* credamus, *Theſſalonicae* fuerat, ſegregare.

Adde quod *Lucas* verſu 7 ejusdem Capitis oſtendat, quod nova prorsùs, & hactenus inaudita, fuerit *Judaeis Theſſalonicenſibus* doctrina Evangelii, *Jeſum Dominum* depraedicantis: Hi enim, narrante Evangeliſtâ, *Jaſonem & Fratres quoſdam ad civitatis Magiſtratûs trahentes, vociferati ſunt: Iſti, qui orbis terrarum ſtatum perturbârunt, etiam hic ſunt, quos excepit* Jaſon: *qui omnes contra edicta Caeſaris faciunt, Regem alium dicentes eſſe, nempe JESUM.*

An *Judaeis Theſſalonicenſibus* adeò nova videri potuiſſet doctrina de *Jeſu* Rege, ſi jam per decennium in illâ Urbe fuiſſet Eccleſia *Chriſtiana*, eaque non ſegnis, non

Digitized by Google

non timida, quam Evangelii puderet, ſed cujus fides vehementer augeſcebat, cujus charitas mutua abundabat, de quâ *Paulus* & *Silvanus* gloriabantur, apud Eccleſias DEI, ſuper tolerantiâ illius, in omnibus perſequutionibus & afflictionibus, quas ſufferebat, uti Apoſtolus de Eccleſiâ *Theſſalonicenſium* teſtabatur. 2 *Theſſal.* I. 3. 4. Haec enim palàm faciunt illo tempore planè non ignotam, ſed exoſam, multiſque vexationibus obnoxiam, fuiſſe religionem *Chriſtianam.*

Nec ullâ veri ſpecie haec exponi poſſunt, vel de perſequutionibus, quas antea in *Judaeâ*, vel in *Syriâ* perpeſſi erant; nam loquitur Apoſtolus in praeſenti, laudans fidelium *Theſſalonicenſium* conſtantiam, ad illud ipſum, quo ſcribebat, tempus.

Nec minùs frigidum eſt, haec torquere ad exilium horum hominum, quod fingitur, extra patriam *Judaeam* in *Macedoniâ* degere coactorum: Nam hi extorres *Judaei*, in *Macedoniam* aufugere compulſi, vel tranquillo ſtatu fuerunt in Urbe *Theſſalonicâ*, vetere illâ *Judaeorum* negotiantium nutrice, vel conturbato. Si prius, an *Paulus* illis, abſque inani grandi loquentiâ, dicere potuiſſet, quod dicit ſuis *Theſſalonicenſibus*: Ego & *Silvanus* & *Timotheus gloriamur*, ὑπὲρ τῆς ὑπομονῆς ὑμῶν, καὶ πίστεως ἐν πᾶσι τοῖς διωγμοῖς ὑμῶν, καὶ ταῖς θλίψεσιν, αἷς ἀνέχεσθε? Si poſterius ſtatuas, ergò hoc tempore doctrina de JESU Rege jam cognita, atque eam profitentes jam, ab incredulis *Judaeis*, vexati fuerunt; quod non factum eſſe, antequam *Paulus* & *Silvanus*, & *Timotheus* in Urbe *Theſſalonicenſium* Evangelium praedicaverunt, verba *Lucae*, ſuprà citata, evincunt.

Digitized by Google

His adde, quod si fideles illi, ad quos *Paulus* secundam ad *Thessalonicenses* scripsit, fuissent homines *Judaei*, exsules, extorres, ex metu persecutionis inter *Thessalonicenses* latitantes tantùm, quales eos fingit *Grotius*, non competeret ipsis τὸ ἐθνικὸν *Gentilium* Θεσσαλονικέων nomen, quod utique eos indicat vel ortu vel fixo domicilio ad hanc Urbem pertinere: Sic sanè *Jacobus* & *Petrus Judaeos* illos, CHRISTI nomen profitentes, ad quos scribebant, non compellant nomine Ποντικῶν, Γαλάτων, Καππαδόκων, Ἀσιανῶν, καὶ Βιθυνίων, sed παρεπιδήμων διασπορᾶς Πόντου, Γαλατίας, Καππαδοκίας, Ἀσίας, καὶ Βιθυνίας, uti *Petrus*, *Epistolâ* 1. Cap. I. 1. vel φυλῶν τῶν ἐν τῇ διασπορᾷ, uti *Jacobus Epist.* Cap. I. 1. eos salutat.

Ex his omnibus manifestò patet, Ecclesiam illam, ad quam *Paulus*, & *Silvanus*, & *Timotheus*, utramque Epistolam scripserunt, non esse fundatam, antequam hi Viri DEI, Divino jussu, in *Macedoniam* profecti, *Thessalonicensibus* annunciârunt JESUM esse CHRISTUM.

Judicet quivis cordatus & verum amans, an Evangelium, adeò novum & inauditum videri potuerit, *Judaeis Thessalonicensibus*, illo tempore, quo *Paulus*, cum sociis suis, primâ vice in istâ Urbe praedicaret (uti legimus *Act.* XVII.) si jam decem annis antea, ex vero, dicere licuisset, quod 2 *Thess.* III. 1. dicere videtur Apostolus, ὁ λόγος τοῦ Κυρίου τρέχῃ καὶ δοξάζεται πρὸς ὑμᾶς.

Ecclesia igitur *Thessalonicensium*, ad quam utraque Epistola ad *Thessalonicenses* scripta est, illa est, quam *Paulus*, & *Silvanus*, & *Timotheus*, suo in istâ Urbe prae-

Digitized by

praeconio fundaverant. Quod ipſum plura utriuſque Epiſtolae loca confirmant. Vid. 1 *Theſſ.* I. 5. 9. II. 1. 2. coll. *Act.* XVI. XVII. 1 *Theſſ* II. 7. 8. 9. 13. 17. 18. III. 1. 4. 2 *Theſſ.* I. 10. II. 5. 14. 15. III. 1. 6. 7. 8. 10. 1 *Theſſ.* II. 9.

Hinc autem ſimul pateſcit, hanc Eccleſiam, aliquam quidem partem ex *Judaeis*, ſed maximam tamen partem ex *Gentilibus*, ad CHRISTUM converſis, conſtitiſſe, uti diſcimus ex *Act.* XVII. 4. coll. cum 1 *Theſſ.* I. 9.

Quo numero autem haec Eccleſia fuerit illo tempore, quo hae ſcriptae ſunt Epiſtolae, non conſtat: Temerè tamen ſumit *Grotius*, illam exiguo adeò numero fuiſſe, ut eam ob cauſſam nondum habuerit praefectos, Epiſcopos, vel Presbyteros, vel Diaconos; quod colligit ex eo, quod nulla praefectorum hujus Eccleſiae mentio fiat in Inſcriptione.

Subleſtum hoc eſſe argumentum vel inde patet, quod Inſcriptiones Epiſtolarum ad *Corinthios*, ad *Epheſios*, & ad *Coloſſenſes*, nullam mentionem contineant praefectorum Eccleſiae; quibus tamen illas Eccleſias, iſto tempore, neutiquam caruiſſe abundè conſtat. Vid. *Act.* XX. 17. *Coloſſ.* IV. 17. 1 *Cor.* XVI. 15. 16.

Imò, ex ipſâ illâ obteſtatione, quam legimus 1 *Theſſ.* V. 12. 13. colligere licet, *Theſſalonicenſium* Eccleſiam non caruiſſe praepoſitis: Quos enim, niſi hos, adjurat Apoſtolus 1 *Theſſ.* V. 27. ut curent hanc Epiſtolam legi omnibus fratribus?

Merum igitur commentum eſt, a *Grotio*, ad hypotheſin ſuam tuendam, confictum, Eccleſiam illam ad *Theſſalonicenſes*, illo tempore, quo Apoſtolus primùm ad eam

ſcri-

Digitized by Google

ſcribebat, ex pauciſſimis tantùm hominibus, iiſque *Judaeis*, legitimum coetum nondùm conſtituentibus, conſtitiſſe. Apprimè florentem potiùs fuiſſe exiſtimaverim, ex 1 *Theſſ.* I. 7. -- II. 1.

Longo quoque tempore poſtea floruit haec Eccleſia, factaque, decurrentibus ſaeculis, ſedes ampliſſimi Archiepiſcopatûs. Vid. *Carol. a S. Paulo Geogr. S.* pag. m. 187. & ſeqq. *Meurſ.* in lib. de *fort. Athen.* in *Theſauro Antiquitatum Gronovii.* Tomo V. pag. m. 1735.

C A-

Digitized by Google

CAPUT TERTIUM

PRAELIMINARE.

De Ordine, quo hae Epiſtolae ſcriptae ſunt.

Communis Eruditorum, eaque indubitata, ſententia eſt, Epiſtolas *Paulinas*, in Codice Sacro Novi Teſtamenti, non eſſe eodem ordine diſpoſitas, quo ſcriptae ſunt. Epiſtolae ad *Corinthios* procul omni dubio ſcriptae ſunt, ante Epiſtolam ad *Romanos*; haec tamen, in ſerie librorum Novi Teſtamenti, primum locum tenet inter Epiſtolas *Pauli*.

Plurimi Interpretes agnoſcunt, has, de quibus nos agimus, Epiſtolas ad *Theſſalonicenſes*, primas omnium illarum, quae ad nos pervenerunt, Epiſtolarum, ſcriptas eſſe. Facile hoc foret probatu, ſi hic liceret excurrere ad examen temporis, quo ſingulae *Paulinae* Epiſtolae exaratae ſunt. Sed de his, ſuo loco, ſi DEO ita viſum fuerit.

Praecipuè autem univerſalis ferè eſt, eaque veriſſima, ſententia, illam, quam primam ad *Theſſalonicenſes* dicimus, reliquas omnes tempore praecedere: Quantùm enim ad alteram attinet, illa ab *Athanaſio*, in *Synopſi*, (quae reperitur *Operum* ejus Tomo II. pag. m. 147.) ad tempora captivitatis *Pauli* ſub *Nerone* refertur; quam-

Digitized by Google

vis malè, noſtro quidem judicio; de quo infrà pluribus agetur.

Quid cauſſae ſit, quare hoc ordine, quo videmus, diſpoſitæ ſint, non facilè definiri poteſt, nec Eruditorum eadem eſt opinio: Ad me quod attinet, in eâ ſum ſententiâ, non eſſe unam eamdemque omnium, & ſingularum Epiſtolarum, diſpoſitionis rationem; uti quoque non in omnibus Codicibus Novi Teſtamenti antiquiùs eodem ordine collocatae fuerunt: Certè, in *Synopſi Athanaſii*, jam laudatâ, aliam ſeriem videre eſt.

Occaſionem huic diſpoſitioni dare potuit celebritas Urbis, in quâ haec illave, ad quam *Paulus* ſcribebat, Eccleſia ſuam ſedem habebat; vel momentum cauſſae, quae in Epiſtolâ diſceptabatur; major minorve Epiſtolae prolixitas; tempus, quo haec vel illa Epiſtola cum pleriſque *Chriſtianis* Eccleſiis communicari, atque ſic iis innoteſcere potuit; pluresque aliae, quae nos hodiè latent, circumſtantiae. Harum una hujus, altera alterius Epiſtolae, hoc ordine in ſerie Epiſtolarum locandae, cauſſa fuiſſe poteſt.

Qui eamdem diſpoſitionis rationem omnibus applicant, mihi hactenùs non ſatisfaciunt; Exempli cauſſâ: Sunt qui contendunt celebritatis Urbium rationem habitam eſſe: Haec ratio in Epiſtolam ad *Romanos* quadrabit; ſed an ad noſtras ad *Theſſalonicenſes* Epiſtolas accommodari poſſit, vehementer dubito; nam ſequuntur Epiſtolae ad *Theſſalonicenſes* in illâ, quam habemus, ſerie, poſt Epiſtolas ad *Philippenſes* & *Coloſſenſes*: Sed quo documento probabitur, minùs celebritatis habuiſſe *Theſſalonicenſium*, quam vel *Philippenſium*, vel *Coloſſenſium* Urbem?

Sed

Digitized by Google

Sed cauſſas diſpoſitionis ſingularum Epiſtolarum in hac ſerie, generatim ſpectata, tutò ignorare poſſumus.

Sed majoris momenti lis eſt, quam primus, quod ſciam, Illuſtris *Grotius* movit: Nimirùm, an hae duae Epiſtolae ad *Theſſalonicenſes* eo inter ſe ſint collocatae ordine, quo, ratione temporis, ſcriptae ſunt? Id eſt, an illa Epiſtola, quae prior ad *Theſſalonicenſes* dicitur, primoque loco collocata cernitur, quoque prima ſit tempore; illa autem, quae poſterior ad *Theſſalonicenſes* appellatur, & ſecundo loco poſita eſt, reverà poſt illam, quae prima dicitur, ſit exarata? An verò ſecùs ſe res habeat, atque illa, quae ſecunda dicitur, ſcripta, & ad *Theſſalonicenſes* miſſa ſit ante illam, quae prima appellatur, & primo loco conſpicitur, in omnibus veteribus, & recentioribus, quantùm ſcitur, Codicibus?

Priorem ſententiam omnes, niſi fallor, ante *Grotium*, Interpretes tuiti ſunt: Poſteriorem autem opinionem, quantumvis paradoxam, defendit Illuſtris *Grotius*.

Cauſſa, quae eum ad defendendum hoc paradoxum impulit, eadem eſt, propter quam varia illa, quae in ſuperioribus confutavimus, commenta excogitavit: Scilicet, ut eò faciliùs propugnare poſſet ſuam ſententiam, qua ſtatuit, de *Cajo Caligulâ* vaticinatum eſſe Apoſtolum, in poſteriori Epiſtolâ ad *Theſſalonicenſes*. Cap. II. 4.

Ad hanc enim ſententiam ſtabiliendam ſtatuere debebat, Epiſtolam, quae poſterior ad *Theſſalonicenſes* dicitur, ſcriptam eſſe in principio Imperii *Caligulae*. Hoc autem verum eſſe non poteſt, ſi ſcripta ſit, poſtquam *Paulus*, & *Silvanus*, & *Timotheus* Evangelium in Urbe *Theſſalonicenſium* praedicaſſent; Cum hanc praedicationem non niſi poſt mortem *Caji Caligulae* contigiſſe,

Digitized by Google

omni dubio careat. Atqui neceſſariò, poſt hanc praedicationem *Pauli* & ſociorum ejus in Urbe *Theſſalonicenſium*, ſcripta eſt; ſiquidem ſcripta ſit poſt illam, quae vulgò prima ad *Theſſalonicenſes* vocatur; hanc enim poſt memoratam illam praedicationem ſcriptam eſſe, evidentiſſimè conſtat ex iis, quae leguntur 1 *Theſ.* I. 7. II. 2. aliiſque locis ejusdem Epiſtolae. Hac ratione coactus, effugium ſibi quaeſivit *Grotius* in eo, ut ſtatueret illam, quae ſecunda dicitur ad *Theſſalonicenſes*, Epiſtolam, ſcriptam eſſe ante illam, quae prima ad *Theſſalonicenſes* vocatur, primoque loco reperitur.

De ipſâ Capitis ſecundi poſterioris Epiſtolae interpretatione diſputandi locus hic non eſt: Ipſam hanc *Grotii* hypotheſin in ſe ſpectatam examinare oportet. Hanc autem ipſam meritò rejicimus.

Primò, repugnat haec *Grotii* ſententia non tantùm ordini Epiſtolarum in omnibus Codicibus ſervato; ſed etiam ſuperſcriptionibus, & ſubſcriptionibus, quas his Epiſtolis praemiſſas & ſubjectas videmus; imò etiam teſtimonio quorumcunque, omnium ſaeculorum, Interpretum. Certè antiquiſſimus ferè omnium Patrum, *Irenaeus*, diſertis verbis *ſecundam* vocat illam ipſam ad *Theſſalonicenſes* Epiſtolam, quam nos pro ſecundâ habemus. *Irenaeus* Lib. V. Cap. 25. pag. m. 438.

Ut huic argumento ſua vis conſtet, notari velim, me quidem agnoſcere, quod ſuperſcriptiones & ſubſcriptiones memoratae recentiores ſint Apoſtolicis temporibus, & ſubleſtae aliquandò fidei, & a veritate nonnumquam recedentes; imprimis quantùm attinet ad loca, unde, & legatos, quorum ope, ad Eccleſias perlatae ſunt Epiſtolae.

Sed

Digitized by Google

Sed quamvis hoc agnoſcam, non putem tamen temerè rejiciendum argumentum, quod non ex his ſuperſcriptionibus & ſubſcriptionibus ſolis; ſed ex iis, cum ipſa diſpoſitionis ſerie, cum vetuſtiſſimorum Eccleſiae Doctorum, & omnium Interpretum ſententiâ, collatis, & conſentientibus, deſumitur.

Nec multùm juvat *Grotium* generalis illa obſervatio, Epiſtolas *Paulinas* non eſſe ſecundum temporis ordinem diſpoſitas; quamvis enim & hoc fatear, nullus tamen conceſſerim inter duas Epiſtolas, ab eodem Auctore, ad eamdem Eccleſiam datas, temporis ordinem in diſpoſitione eſſe neglectum: Hoc ſanè, nullo ex Veteribus teſte, fide digno, aſſerere velle, temerarium eſt.

Cum autem per ſe intelligeret *Grotius*, nemini non abſurdum viſum iri, abſque graviſſimâ cauſſâ, ὕστερον πρότερον ſtatuere, in diſponendis duabus, ejuſdem Apoſtoli, ad eamdem Eccleſiam miſſis, Epiſtolis, hujus rei cauſſam quoque comminiſci neceſſe habuit.

Hujus igitur μεταθέσεως cauſſam eſſe tradit, quod illa, quae poſterior dicitur, Epiſtola, priùs licet ſcripta, ſeriùs tamen aliis Eccleſiis innotuerit. Similem hujus diſpoſitionis rationem eſſe, qualis illa, quae cernitur in ſerie librorum *Maccabaicorum;* illum enim, qui tertius *Maccabaeorum* dicitur, primo loco poni debuiſſe, quoniam anteriorum temporum continet hiſtoriam; ſed tertio loco eſſe collocatum, quia ſeriùs duobus reliquis innotuit *Graecis Chriſtianis.* Vel, hujus Epiſtolae, quae poſterior ad *Theſſalonicenſes* dicitur, idem fatum fuiſſe, quod fuit Epiſtolae ad *Hebraeos*, & *Apocalypſeos*; quarum illa inter Epiſtolas *Pauli*, haec inter omnes Novi Teſtamenti libros, ultimum locum obtinet; quod factum ſit,

Digitized by Google

eam ob cauſſam, quod earum auctoritas diu fuerit in obſcuro poſita.

Verum haec, ex quacunque demùm parte ſpectentur, admodum diſſimilia ſunt exempla. Examinemus ea paulò accuratius.

Tertius liber *Maccabaeorum* quidem loquitur de rebus, maturiùs iis, quae in duobus reliquis narrantur, geſtis; concedo: Sed quo tempore ſcriptus ſit, aequè incertum eſt, ac ipſe libri auctor. Sed quid hoc ad rem? probandum erat duorum Librorum, vel potiùs Epiſtolarum, ab eodem Viro, ad eamdem Eccleſiam, perſcriptarum, poſteriorem locum prioris occupâſſe: Poteſt utique Auctor, multò recentior alio, ſcribere de rebus, dudùm ante illas, de quibus antiquior agit, geſtis, atque eo nomine, quod recentior ſit auctor, poſteriori loco poni: Sed hinc non ſequitur, abſque abſurditate Epiſtolam ſeriùs ſcriptam illi, quae antea ſcripta eſt, praemittere; contrarium potiùs doceret hoc exemplum; probare enim ferè videretur, non argumenti, ſed temporis potiùs ſcriptionis rationem haberi, in ordinandâ librorum ſerie.

Quaenam etiam haec argumentandi ratio eſt? Liber quidam Apocryphus, longo tempore à *Chriſtianis* non receptus, ab ipſis quoque *Pontificiis* rejectus, cujuſque Auctor ignoratur, licet antiquioris temporis hiſtoriam complectatur, poſtponitur tamen aliis libris, ſive noti, ſive ignoti Auctoris, ſed dudùm magni habitis, quamvis ſerioris temporis hiſtoriam deſcribentibus; ergò abſurdum non eſt ſtatuere, quod ex duabus Epiſtolis, ab eodem Apoſtolo, dictante Spiritu Sancto, ad eamdem Eccleſiam miſſis, poſteriorem tempore priori loco poſuerint priſci temporis *Chriſtiani?*

Nec

Digitized by Google

Nec plùs proficiet *Grotius* altero exemplo Epiſtolae ad *Hebraeos:* Nam

a. Non ſemper & ubique Epiſtola ad *Hebraeos* ad quartum decimum inter Epiſtolas Apoſtolicas locum detruſa fuit, ſed a nonnullis decimo loco collocata; uti videre eſt in *Athanaſii Synopſi.* Tomo II. pag. m. 148.

b. Quod Epiſtola ad *Hebraeos* ultimum locum inter Epiſtolas *Paulinas*, in illâ, quam nunc habemus, ſerie, nacta ſit, inde eſt, quod aliquamdiu ab Eccleſiis *Occidentalibus* non ſit admiſſa, quodque diſceptatum ſit, an *Paulus*, an *Barnabas*, an alius quiſpiam Vir Apoſtolicus, eam ſcripſerit: Adde quod nulli ſingulari Eccleſiae ſit dicata: An ex eo concludere licebit, quod Epiſtola, ad certam & notiſſimam Eccleſiam data, numquam in dubium vocata, ab omnibus, ſemper, pro genuinâ *Pauli* Epiſtolâ agnita, praeſumi poſſit collocata eſſe poſt aliam Epiſtolam, ab eodem Apoſtolo, ad eamdem Eccleſiam, ſed ſeriùs, ſcriptam?

Quod ſi *Grotius* probare potuiſſet, illam, quae poſterior dicitur ad *Corinthios*, vel ad *Timotheum*, ſcriptam eſſe ante illam, quae prior ad *Corinthios*, vel quae prior ad *Timotheum* vocatur, tunc labefactaſſet argumentum noſtrum a ſerie Epiſtolarum deſumptum: Aliquâ quoque ratione *Grotium* juviſſet, ſi demonſtrare potuiſſet Epiſtolam *Petri*, quae poſterior audit, ante eam, quae prior dicitur, eſſe exaratam. Sed cum haec exempla contrarium doceant, rationi conſentaneum eſt, idem de Epiſtolis ad *Theſſalonicenſes* ſentire.

Multò minus praeſidii *Grotius* reperire poteſt in *Apocalypſi Johannis.* Si enim ex eo, quod illa ultimo loco in codice Novi Teſtamenti ſit poſita, argumentari velit

Gro-

Grotius, priùs ipsi probandum erit, quo tempore, an post, an verò ante *Evangelium* & *Epistolas*, scripta sit & edita: Et si vel hoc demonstraverit *Grotius*, nondùm vicerit; nam aliud prorsùs scriptionis genus cum reperiatur in *Evangelio*, aliud in *Epistolis*, aliud in *Apocalypsi*; mirum videri non potest, quod veteres *Christiani*, scriptorum Apostolicorum collectores, Evangelium *Johannis* reliquorum Evangelistarum historiis, Epistolas *Johannis* Epistolis Apostolicis subjunxerint; *Apocalypsin* verò, tamquam librum profetici argumenti prorsùs singularem, ultimo loco collocaverint; praeterquam quod clausula ipsa *Apocalypseos* ferè tamquam obsignatoria totius Novi Testamenti Canonis videri queat. *Apoc.* XXII. 18. 19. 20. Ut jam taceam, quod aliquamdiu post reliquos Novi Testamenti libros, apud nonnullos, in Canonem demum recepta sit.

Nullo igitur modo hoc exemplo confici potest, nihil absurdi dici quando statuitur, Epistolam ad *Thessalonicenses*, in mediâ Epistolarum *Paulinarum* serie positam, licet numquam in dubium vocatam, positam esse post aliam, ad eamdem Ecclesiam, ab eodem Apostolo, seriùs scriptam.

Quid ad haec *Grotius?* Ut haec exempla aliquo modo similia faciat, novam hypothesin excogitavit, cui alteram illam inaedificaret. Scilicet statuit illam, quam posteriorem vocamus, Epistolam ad *Thessalonicenses*, seriùs illâ, quam primam vocare solemus, innotuisse.

Gratis autem hoc a Viro Magno dicitur, gratis quoque rejicitur. Nullâ enim solidâ nititur ratione, testimonio sanè Veterum nullo.

At causas dicet *Grotius*, propter quas Ecclesiae seriùs

Digitized by Googl

riùs ad notitiam illius, quam ſecundam dicimus, Epiſtolae pervenerint.

Prima eſt, quod ſcripta ſit ad paucos, legitimum cœtum non conſtituentes, quodque proinde non in Arcâ quadam Eccleſiae, ſed a privatis fuerit aſſervata. *Non ullis*, inquit *Grotius*, *Eccleſiae Archivis, ſed privatâ fide cuſtodita; utpote ſcripta ad JASONEM Judaeum, & alios Judaeos Chriſtianizantes, qui, ortâ poſt STEPHANI mortem perſecutione, ex JUDAEA in SYRIAM, indè longiùs conceſſerant.*

Verum haec omnia (de *Jaſonis*, & *Timothei*, & *Silvani* cognatione, de primorum credentium in Urbe *Theſſalonicenſium* ortu ex ſolis *Judaeis*; iiſque diſperſis perſecutione, poſt mortem *Stephani* ortâ; de eorumdem *Theſſalonicenſium* fide ante *Pauli* in iſtam Urbem adventum; de paucitate eorum; de nondùm conſtituto juſto Synedrio, & quae huc porrò ſpectant, haec, imquam omnia) nullo planè niti fundamento, in ſuperioribus ſatis ſuperque docuimus.

Hoc verò loco illud tantùm addimus, quod, ſi haec omnia demus, nihil tamen effecerit *Grotius*; Quicquid enim ſit, ſcripta utique eſt illa, quae poſterior ad *Theſſalonicenſes* vocatur, Epiſtola τῇ Ἐκκλησίᾳ Θεσσαλονικέων. Illi igitur fideles, quocumque demùm fuerint numero, ſive presbyterium habuerint, poteſtate excommunicandi praeditum, ſive non, in unum tamen coaluiſſe cenſendi ſunt corpus, in unam coiviſſe qualemcunque ſocietatem, mutua commercia habentes. Vid. 2 *Theſſ.* I. 4. & III. 14. 15. Nemini igitur eorum licebat ſibi ſoli hanc Epiſtolam vendicare, vel quaſi ſibi propriam ſervare; ne-

Digitized by Google

quaquam: Sed, epiſtola ad ſocietatem data membris iſtius ſocietatis erat communis; ſive jam in arcâ quadam publicâ, ſive ab aliquo hujus ſocietatis membro, ejus nimirùm juſſu, aſſervaretur: Nulla igitur ratione ex eo probabitur, hanc Epiſtolam in privatorum ſcriniis DELITUISSE.

Porrò & hoc certum eſt, Eccleſiam *Theſſalonicenſium* ante illud tempus, quo Epiſtola, quam primam vocamus, ſcripta eſt, in magnum ſatis numerum excreviſſe: Quo facto utique non licuit ampliùs *Jaſoni*, vel cuivis alii fideli, illam, quam hactenùs, juſſu ſocietatis, aſſervaverat, Epiſtolam ſibi ſoli ſervare, ſed debebat eam cum legitimo coetu, qui tunc ſaltem ſupponitur iſti Eccleſiae praefuiſſe, communicare: Hinc ſequitur, quod ſi omnes antè confutatae hypotheſes darentur, nihil ampliùs probatum eſſe, quam quod Epiſtola illa, quam ſecundam ad *Theſſalonicenſes* vocamus, delituerit in privatorum hominum ſcriniis aliquamdiu, ſed tamen non ad illud uſque tempus, certè non ultra illud tempus, quo illa, quam primam ad *Theſſalonicenſes* appellamus, ad eos ſit data: Unde porrò conſequitur in eo nullam reperiri poſſe cauſſam, quare hae duae Epiſtolae, in ſerie Epiſtolarum *Paulinarum*, praepoſtero ordine ſint collocatae. Noverat ſanè Eccleſia *Theſſalonicenſium*, quam Epiſtolam priùs, quamque ſeriùs accepiſſet; quis jam credat, quod haec Eccleſia duas Epiſtolas ad ſe datas cum aliis *Orientis*, *Occidentiſque* Eccleſiis communicatura, eas ſciens volenſque ordine inverſo diſpoſuerit, quaſi in animum induxiſſet illas Eccleſias fallere?

Ipſe quoque *Grotius* hoc, quod ſubjecerat ſuae hypotheſi, fundamentum lubricum nimis eſſe deprehendens,

Digitized by Google

dens, aliud addidit, quod majori probabilitatis ſpecie ſe commendaturum putabat. In haec enim verba ſcribit in *Prolegomenis* ad primam Epiſtolam: „ Ea Epiſtola „ (quam ſecundam vocare ſolemus) quia continebat „ facinora *Caji* Principis verbis valdè expreſſis, ſed „ quantùm res exigebat, aſperis, publicari ſine malo „ Eccleſiae non potuit, regnante *Romae Claudii* do- „ mo, id eſt, ante *Galbam*. Itaque cum primùm pu- „ blicari coepit, tunc Epiſtolis *Pauli* ad Eccleſias ſcri- „ ptis (nam ad ſingulos ſcriptae poſtremum habent lo- „ cum) coepit addi.

Et, in *Prolegomenis* ad ſecundam Epiſtolam, his verbis mentem ſuam exprimit: „ Mirari autem non debemus, „ ſi diu occultata fuit haec Epiſtola ab iis, ad quos „ ſcripta erat, cum ſine gravi periculo vulgari non po- „ terat, regnante *Caeſarum* domo, ideò, quod poſt „ conatum illum ſtatuae *Caji* collocandae in ipſo DEI „ ſummi templo, dubium eſſe nemini poterat, quin is ipſe „ deſignaretur atris illis nominibus: ὁ ἄνθρωπος τῆς ἁμαρ- „ τίας, ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας, & quae ſequuntur; quod „ non dubium, quin aegerrimè laturi fuerint & patruus „ *Caji Claudius*, & in familiam *Claudii* inſitus *Nero*. „ *Veſpaſiano* demùm imperante, everſâ *Judaeorum* „ gente, tutum & ex uſu fuit edi omnibus hanc Epiſto- „ lam, & conſpici, quam eventûs omnes a primo ad „ ultimum uſque praedictis congruerent. Et hanc eſſe „ cauſſam diximus, cur Epiſtola haec inter eas, quae „ Eccleſiis ſcriptae ſunt, poſtrema ſit, non ſcribendi „ ordine, ſed digeſtu.

Tria ſunt hujus ratiocinationis capita:

Primum eſt tutum non fuiſſe, nec ex uſu, publicari hanc, quam ſecundam ad *Theſſalonicenſes* dicimus, Epiſtolam, ante *Galbae* vel *Veſpaſiani* tempora.

Secundum eſt periculum, quod in iſtâ publicatione ſupponitur, ab eâ abſterruiſſe Eccleſiam *Theſſalonicenſium*.

Tertium, hanc eſſe cauſſam, quare Epiſtola, ſcribendi ordine prima, digeſtu ſit ultima.

Haec autem omnia fulciuntur unico hoc tibicine, quod atris illis nominibus, ὁ ἄνθρωπος τῆς ἁμαρτίας, ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας, deſignetur *Cajus Caligula*, idque adeò manifeſtò, ut illud nemini potuerit eſſe dubium.

Perluſtremus ſingula.

Non jam dicam peti ſic principium, & ſumi id, quod eſt in quaeſtione: Non conabor jam demonſtrare ne ipſis quidem phraſibus *Paulinis*, ſeorſim & in ſe ſpectatis, hac *Grotii* expoſitione ſatisfieri. Quâ de re ſuo, DEO volente, agetur loco.

Non tamen me contineo, quin hoc moneam, mirum cum maximè videri debere, ſi adeò manifeſtum ſit *Paulum* locutum eſſe de conatibus *Caligulae*, ut nec in aulâ *Caeſarum*, nec inter *Judaeos*, nec inter *Chriſtianos*, ullus de eo potuerit dubitare, quod, imquam, nullus tamen per ſedecim ſaecula & ultrà repertus ſit, quantùm ſcimus, ante *Grotium*, Epiſtolarum *Paulinarum* Interpres, qui dicta Apoſtoli de *Cajo Caligulâ* ſit interpretatus.

Imò, quod Patres omnium antiquiſſimi, quorum ſcripta ad manus noſtras pervenerunt, uti *Irenaeus* & *Tertullianus*, illa ad *Anti-Chriſtum*, ſuis temporibus adhuc exſpectandum, applicuerint. Vid. *Irenaeum* Lib. V. Cap. 25.

Digitized by Google

25. pag. m. 438. editionis *Grabii.* & *Tertullianum* pag. m. 607. editionis ſecundae *Rigaltii. Origenem* contra *Celſum* Lib. VI. pag. m. 306. & 307. editionis *Spenceri*, & alibi.

Sed ſeponamus tantisper quaeſtionem, de quo ſubjecto agat *Paulus* loco vexato; infirma ſunt ſingula, quae *Grotius* ſuae hypotheſi ſubſtituit fulcra.

a. Quod enim primo loco vidimus, eum praetexere periculi plenum fuiſſe, publicare hanc Epiſtolam, imperium tenente *Caeſarum* domo, gratis aſſeritur. Publicatio ſcripti alicujus iſtis temporibus multùm diverſa erat a publicatione librorum, quae hoc tempore, poſt inventam artem typographicam, locum habet: Iſta publicatio nihil aliud fuiſſet, quam communicatio hujus Epiſtolae cum aliis Eccleſiis, vel, ſi hoc non ſatis fuiſſet tutum, cum Praefectis ſaltem Eccleſiarum; uti erant apud *Coloſſenſes Archippus*, apud *Corinthios*, vel *Romanos*, alioſque *Aquila*, *Priſcilla*, *Apollos*, *Gajus*, *Tychicus*, *Epaphras*, ſimileſque Viri exploratae ſatis fidei; per tales enim Viros DEI, legatos Eccleſiarum, iſtis primis temporibus, fieri ſolebat communicatio Epiſtolarum Apoſtolicarum. Hi ſanè non proditorum more detuliſſent vel *Paulum*, vel *Theſſalonicenſes.*

Imò, quod magis adhùc ſtringit, memoriae proditum eſt, *Claudium*, qui *Caligulae* ſucceſſit, planè odio habuiſſe *Caligulam*, atque ea, quae is fecerat, reſcidiſſe. *Dio* pag. m. 667. de *Claudio* dicit, quod ἰδίᾳ τὰς εἰκόνας ἀυτῦ (ſcilicet τῦ Γαίυ) νυκτὸς ἁπάσας ἀφάνισε. *ipſemet noctu omnes ejus ſtatuas aboleverit.*

Et quod, propterea, τὸ μὲν ὄνομα αὐτῦ (τῦ Γαίυ) οὐκ ἐστινὲν τῷ καταλόγῳ τῶν αὐτοκρατόρων, οὓς μνήμην ἐπὶ τε τοῖς ὅρκοις καὶ ἐπὶ ταῖς εὐχαῖς ποιῦμεθα. *Nomen* Caji *non fuerit in catalogo Imperatorum, quorum mentionem in juramentis & votis faciendis facere solebant.* Item quod τὰ ὑπὸ Γαίυ οὐκ ὀρθῶς γενόμενα ἀπέτρεψε. quod *ea, quae non rectè a* Cajo *facta, mutaverit.* Et pag. m. 679. de Senatu loquens dicit: τῇ δὲ δὴ τῦ Γαίυ μνήμῃ ἀχθόμενοι τὸ νόμισμα τὸ χαλκῦν πᾶν, ὅσον τὴν εἰκόνα αὐτῦ ἐκτετυπωμένην εἶχε, συγχωνευθῆναι ἔγνωσαν. Caji *verò memoriam aegrè ferentes, omne aereum numisma, ejus imaginem impressam habens, conflari decreverunt.* Ex quo *Messalina Mnesteris* histrionis statuas fecit.

Ex quibus facilè perspicimus temerè asseri, non nisi maximo periculo *Christianismi* publicari potuisse, regnante *Claudii* domo, Epistolam, in quâ *Caji* impia facinora, idque presso nomine, paedicta fuerant. Nec *Philoni* nocuit contra facinora *Caji* calamum strinxisse; nec *Senecae*, imperante *Nerone*, quod *Claudii* Imperatoris Ἀποκολοκύντωσιν, sive *Relationem inter cucurbitas*, scripserit. Fictitium igitur planè est hoc periculum.

b. Sed fac, publicationi Epistolae, quae *Caji* vesaniam praedixerat, etiam post ejus mortem aliquid periculi subesse potuisse, an hoc statim *Christianos* a publicatione illius Epistolae deterruisset? An *Apocalypsis Johannis* non est communicata cum Ecclesiis, quamvis saevitia *Romae* (& quidem cum maximè, ex *Grotii* sententiâ, paganae) sanguinem *Christianum* sitientis, graphicè in eâ esset picta? An igitur *Christiani*

Thes-

Digitized by Google

Theſſalonicenſes, qui tantopere a patientiâ, & fortitudine, quâ tolerabant perſecutiones, laudantur, metu praepoſtero inducti fuiſſent, ut reliquos *Chriſtianos* tanto χαμηλίῳ, quale iſta *Pauli* Epiſtola cenſeri debebat, privarent, illo ſaltem tempore, quo cum maximè ex uſu fuiſſet eam Eccleſiis tradere.

Ipſe *Grotius* agnoſcit, quod „ *Chriſtianos*, lon„ gis miſeriis agitatos, monendos crediderit *Paulus*, „ ne quaedam, quae futura Apoſtoli praedixerant, „ praedicta ab iis, tamquam e proximo imminentia, „ crederent, cum ſi id non eveniſſet, id vel unum fa„ tis futurum fuiſſet ad labefactandam Apoſtolorum, „ & per hoc ipſius Evangelii fidem.

Hoc ſi ita ſe habeat, uti revera ſe habet, quis credat *Paulum*, cum monere vellet non inſtare diem Domini, praedicturum fuiſſe ea tantùm, quae intra pauciſſimos duos treſve ad ſummum annos eventura forent, quod tamen *Paulo* tribuit *Grotii* ſententia?

Porrò ſi Paulus hoc fine ſcopoque ſcripſit, quod cum *Grotio* agnoſcimus, ne ullâ ratione Apoſtolorum, ac per hoc ipſius Evangelii fides labefactaretur, ſequitur nullo prorsùs modo licitum fuiſſe Eccleſiae *Theſſalonicenſium* hanc Epiſtolam, hoc adeò ſalutari & perquam neceſſario fine ſcriptam, occultare, & alias Eccleſias tamdiù celare, ut eam cum illis eodemùm tempore communicarent, quando res praedictae, intra biennium poſt praedictionem eventum ſortitae, oblivioni tradi incipiebant.

Injuriâ igitur afficiuntur laudatiſſimi, atque in ferendis miſeriis conſtantiſſimi *Theſſalonicenſes*, quando

iis

iis impingitur, quod, ex metu neſcio cujus periculi, hanc Epiſtolam cum aliis Eccleſiis communicare tamdiu neglexerint: Et ſi adeò fuiſſent meticuloſi, ego ambiguum non habeo, *Paulum* illos eo nomine fuiſſe reprehenſurum.

His adde, quod hoc ſaltem partium illorum fuerit, cum publicarent hanc Epiſtolam, ſimul indicare & monere Eccleſias, illam jam dudùm ab Apoſtolo ſcriptam quidem fuiſſe, ſed ab ipſis, prudentiâ id ſuadente, occultatam: Niſi enim hoc indicaſſent, in ſummum diſcrimen Eccleſias induxiſſent, vel ſuſpicandi *Paulum* de re praeteritâ, poſt eventum, quaſi prophetiam conſcribere, adeoque fraudulenter pro prophetâ haberi voluiſſe: vel pro certo ſtatuendi ea, quae in iſtâ Epiſtolâ legebantur, ſuo demùm in poſterum tempore fore implenda; in quâ poſteriori ſententiâ fuiſſe antiquiſſimos pariter & recentiores Eccleſiae Doctores in ſuperioribus jam monuimus. Uterque autem iſte error fuiſſet longè periculoſiſſimus; quique vel primis ſtatim temporibus, vel ſequentibus, plurimos impuliſſet, ad omnem fidem *Paulo* derogandam.

Si igitur ſtatuendum ſit *Theſſalonicenſes*, cum Epiſtolam hanc cum reliquis Eccleſiis communicarent, ſimul indicâſſe, illam jam dudùm, & ante alteram illam eſſe ſcriptam, qui, quaeſo, fieri potuit, ut omnes, quantùm ad notitiam quidem noſtram pervenit, totius univerſi Eccleſiae, Epiſtolae huic poſteriorem locum aſſignarent, atque ſic omnes ſequentium temporum Doctores inducerent, donec *Grotius* iſti errori ſuis conjecturis obviam iret?

c. Ter-

Digitized by Google

6. Tertio denique loco & hoc notari velim, iſtam, quam *Grotius* fingit, hujus Epiſtolae ad tempora uſque *Galbae* occultationem perperam ſtatui fuiſſe cauſſam, propter quam haec Epiſtola reliquis Epiſtolis ad Eccleſias ſcriptis fuerit addita, idque poſtremo loco. Nam Epiſtola ad *Epheſios*, quae utramque ad *Theſſalonicenſes* digeſtionis ordine praecedit, ex *Pauli* poſtremis vinculis ſcripta eſt, adeoque circa *Galbae* demùm tempora, cum reliquis Eccleſiis communicata, adeoque diu ſatis poſtquam illa, quam nos primam ad *Theſſalonicenſes* vocamus, ad alias Eccleſias fuiſſet transmiſſa. Quaenam igitur ratio dari poterit, quare Eccleſiae, *Paulinas* Epiſtolas aſſervantes, Epiſtolam quidem ad *Epheſios* ſcriptam, longè ſeriùs licet ſibi traditam, tamen anteriori loco collocaverint, quam illam, quam primam ad *Theſſalonicenſes* vocamus, quâ dudum antea erant potitae; ſed Epiſtolam ad *Theſſalonicenſes*, quam ſecundam dicimus, etſi ordine ſcribendi omnium primam, in ultimum rejecerint locum, eo ſolo praetextu, quod ſeriùs eam acceperint?

Attentionem quoque meretur, quod licet vario ordine a variis Eccleſiis diſpoſitae reperiantur Epiſtolae, nonnullis utramque ad *Theſſalonicenſes* ante Epiſtolam ad *Coloſſenſes*, nonnullis etiam ante Epiſtolas ad *Epheſios*, ad *Philippenſes*, & ad *Coloſſenſes* collocantibus; tamen nuſpiam reperiantur Epiſtolae ad *Theſſalonicenſes* a ſe invicem divulſae, nec ullibi poſterior, quae dicitur, ad *Theſſalonicenſes*, priori loco diſpoſita.

Reſtat ut ad arcem cauſſae *Grotianae* deveniamus.

Ne rationibus deſtitutus videatur *Grotius*, ſuam ſententiam ſtabilire annititur ex 2 *Theſſ.* III. 17. ubi dicit *Paulus:* Ὁ ἀσπασμὸς τῇ ἐμῇ χειρὶ Παύλου, ὅ ἐστι σημεῖον ἐν πάσῃ ἐπιστολῇ· οὕτω γράφω. Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ πάντων ὑμῶν. Ἀμήν. Ex quibus verbis in *Annotationibus* ad hunc locum ſic argumentatur: „ Manifeſtum (inquit) hoc nobis indicium dat, alias a ſe Epiſtolas aliò miſſas, quales multae interciderunt, ſed hanc primam eſſe, quam *Theſſalonicam* miſerit. Alioqui ſi nota jam fuiſſet ejus manus, his verbis uſus non fuiſſet, ſicut eis non utitur in alterâ ad *Theſſalonicenſes*, ex *Judaeis* & *Gentibus* collectos, quae prior dicitur, cum reverà fuerit, ut diximus, poſterior." Et in *Prolegomenis* ad illam, quae poſterior ad *Theſſalonicenſes* dicitur, Epiſtolam: „ Epiſtolam hanc eſſe *Paulinarum*, quae quidem ad nos pervenêre, primam. Ejus rei magnum argumentum eſt in fine Epiſtolae, ubi vult eos, ad quos ſcripta haec Epiſtola eſt, obſervare, quod ſit manûs ſuae ſignum in ſubſcribendis litteris; quod minimè feciſſet, ſi jam antè aliqua ab ipſo Epiſtola *Theſſalonicam* veniſſet." Atque hanc cauſſam eſſe putat, quare in illâ, quam primam dicimus, Epiſtolâ, nihil tale inveniamus; quoniam nempe ſeriùs eſt ſcripta, cum manus Apoſtoli omnibus jam eſſet cognita.

Verùm hoc quoque argumentum ſuâ ruit mole. Attendamus tantùm ad id, quod dixit Apoſtolus hac ipſâ Epiſtolâ Cap. II. 15. Κρατεῖτε τὰς παραδόσεις, ἃς ἐδιδάχθητε, εἴτε διὰ λόγου, εἴτε δι' ἐπιστολῆς ἡμῶν. Ad quem locum *Grotius* comminiſcitur, ad tuendam hypotheſin (ne

ſci-

ſcilicet illam, quam nos cum omnibus reliquis Interpretibus primam vocamus Epiſtolam, cogatur pro primâ habere) *Paulum* aliam quoque Epiſtolam ſcripſiſſe ad *Theſſalonicenſes* ante utramque illam, quae ad manûs noſtras pervenit. Hoc autem commentum ſuo adhuc loco relinquimus. Sed hoc tamen urgere licebit, ex hoc laudato commate palam fieri, quod ex illis, quae *Grotius* ex 2 *Theſſ.* III. 17. objicit, verbis, vel ipſo *Grotio* judice, inferri nequeat, Epiſtolam, de quâ controvertitur, quae ſecunda ad *Theſſalonicenſes* dicitur, eſſe omnium, quas ab ipſo acceperant, primam.

Sed ne quis putet nos *Grotium* tantùm ſecum ipſo collidere, atque adverſus eum uti argumento, quod vocant, ad hominem, addimus ex verbis objectis neutiquam ſequi id, quod *Grotius* ex iis extorquere conatur. *Paulus* nullam in priori, quae vulgò & jure ita dicitur, Epiſtolâ mentionem facit ſigni, ex quo manus ejus internoſci poterat, quoniam illo, quo ſcribebatur, tempore nullum adhuc videbat periculum, quod ipſum pertimeſcere cogebat, *Theſſalonicenſes* ſuppoſititiis Epiſtolis, & *Paulo* falſò adſcriptis, deceptum iri. Accedere poterat, quod is, qui Epiſtolam iſtam perferebat, iis ſatis notus eſſet. Verùm in illâ, quae ſecunda dicitur, & eſt, Epiſtolâ, cum *Paulus* metueret ſucceſſu temporis fore, ut ſuis erroribus falſi doctores praetexerent Epiſtolas, quaſi ab Apoſtolo ſcriptas, quibus ipſi illi, quos docebant falſi doctores, errores continerentur, omninò conſultum duxit, *Theſſalonicenſes* monere, ut probè modum, quo ipſe ſignare ſoleret Epiſtolas ſuas, attenderent; quem probè attendentes facillimo negotio

diſcernere poſſent illas, quas dolo malo ipſis oſtentarent deceptores, Epiſtolas ab iis, quas reverà ſcripſerit.

Haec ſi ritè perpendamus, facilè intelligemus ex verbis, quae nobis ex 2 *Theſſ.* III. 17. opponit *Grotius*, potiùs argumentum peti poſſe pro noſtrâ ſententiâ, & contra illam *Grotii*. Si enim ſtatuas, quod ex illis verbis elicere ſatagit *Grotius*, numquam antè *Theſſalonicenſes* ab Apoſtolo aliquid litterarum accepiſſe, quid, quaeſo, haec cautela ipſos juviſſet? An non, ſi deceptor aliquis *Pauli* nomine fraudulenter voluiſſet abuti, apud eos, qui numquam *Pauli* manum conſpexerant, iisdem verbis uti potuiſſet? Haec utique juvare non poterant, niſi eos, qui jam antè viderant exemplum Epiſtolae ab Apoſtolo ſcriptae, & fidâ manu ad eos delatae: Ergò ſupponit Apoſtolus *Theſſalonicenſes* antea jam cognitam habuiſſe ipſius manum; adeoque rectiſſimè concludi hanc non eſſe primam ad illos datam Epiſtolam, nec ſcriptam illo tempore, quo credibile eſt, *Macedonas*, ne fando quidem, de *Paulo* quidpiam inaudîſſe.

Vidimus hactenùs argumenta, quibus *Grotius* utitur ad ſuam ſententiam paradoxam ſtabiliendam, nihil ponderis habere, nec firmitatis. Videamus an non pro communi ſententiâ (quae vel abſque probatione admitti poſſet, cum nitatur conſenſu omnium omnis aevi Interpretum) militent omnia, quae in ipſis his Epiſtolis reperiuntur.

a. In illâ Epiſtolâ, quae prima dicitur, Cap. II. 17—IV. multis oſtendit Apoſtolus anxiam ſuam curam, ſollicitudinem, ſtudium, & diligentiam, quam adhibuit,

Digitized by Google

hibuít, ut confirmaret & corroboraret *Theſſalonitenſes*, ne, dum ipſe abeſſet, a fide deficerent; ad quam ſuam curam & diligentiam demonſtrandam inter alia memorat, quod *Timotheum* ad *Theſſalonicenſes* miſerit: Verùm nullam prorsùs mentionem facit Epiſtolae cujusdam, nedum Epiſtolarum, quas ad ipſos antè ſcripſerit. Manifeſto indicio, quod Apoſtolus ante illam, quam primam vocamus ad *Theſſalonicenſes*, nullam ad iſtam Eccleſiam ſcripſerit.

b. E contrario in illâ, quae ſecunda dicitur Epiſtola ad *Theſſalonicenſes*, mentionem fieri videmus Epiſtolae antè ad ipſos ab Apoſtolo, *Silvano*, & *Timotheo* datae. 2 *Theſſal.* II. 15.

Abſonum eſt cum *Grotio* excipere, multas a *Paulo* exaratas Epiſtolas temporum injuriâ interiiſſe. Sic loquitur *Grotius* in *Appendice* ad *Comment*. pag. m. 17.

„ Epiſtolae autem *Pauli* multae quin perierint, non
„ eſt dubitandum. Satis nobis cavit Divina provi-
„ dentia, quod tam multas reliquerit. Periit illa
„ Epiſtola, de quâ *Paulus* 1 *Cor*. V. 9. ἔγραψα ὑμῖν
„ ἐν τῇ ἐπιστολῇ, μὴ συναναμίγνυσθαι. Periere & aliae,
„ illae, quas reſpiciebat *Paulus*, cum diceret ἐν πάσῃ
„ ἐπιστολῇ. 2 *Theſſal.* III. 17.

Non autem ſic evadit Vir Magnus. Nolo jam ad illam controverſiam excurrere, an nonnullae Epiſtolarum *Pauli* perierint; de quâ non idem ſentiunt Eruditi, etiam Orthodoxi. Hoc certum eſt, ſi quis hoc affirmet de Epiſtolâ ad *Theſſalonicenſes*, ante duas illas, quas habemus, datâ, illum hoc temerè aſſerere, absque ullo argumento, absque ullo teſte: imò

contra teſtimonium Eccleſiae omnium Saeculorum. An non ſtudium ſerviendi hypotheſi ſuae enixiſſimum ſapit de illâ Epiſtolâ, in quâ nulla vola reperitur, nullumque veſtigium ullius antè datae Epiſtolae, aſſerere velle, quod ſit ſeriùs ſcripta; & e contrario de illâ Epiſtolâ, quae mentionem facit Epiſtolae antè ad eosdem datae, pugnare, quod ſit quoad ſcriptionis tempus prior? Hoc autem eò magis abſurdum videri debet, quod in illâ, quae ſecunda dicitur, in memoriam revocetur officium *Chriſtiani* hominis, in aliâ jam antè datâ Epiſtolâ inculcatum, quod reverà reperitur in illâ, quam Orbis *Chriſtianus* pro primâ habuit ſemper. Confer 2 *Theſſal.* III. 6. cum 1 *Theſſal.* IV. 11.

Reverà omnia fingere, refingere, donec tandem hypotheſi congruant, illa autem, quae ſe ſponte ſuâ videnda praebent, videre nolle, non ſapit illam σοφίαν, quam Apoſtolus *Jacobus* laudat, in Epiſtolâ ſuâ Cap. III. 17. dicens: Ἡ δὲ ἄνωθεν σοφία πρῶτον μὲν ἁγνή ἐστιν, ἔπειτα εἰρηνική, ἐπιεικὴς, εὐπειθὴς. *caſta, pacifica, aequa, OBSEQUENS.*

Adde, quod ſi illa, quam ſecundam ad *Theſſalonicenſes* vocamus, jam in principio Imperii *Caligulae* ſit ſcripta, atque jam antea alia adhuc a *Paulo* & ſociis ejus ad *Theſſalonicenſes* data Epiſtola concipi debeat, haec ferè neceſſariò regnante adhuc *Tiberio* ſcripta eſſe debeat: Verùm illo tempore nondùm *Timotheus*, imò ne ipſe quidem *Silvanus*, in ſocietatem cum *Paulo* venerat.

c. Tertium argumentum, quo demonſtramus Epiſtolas has

Digitized by Google

has legitimo temporis ordine esse dispositas, petimus ex iis, quae in utrâque Epistolâ continentur.

(α) In illâ, quae prima dicitur, plantatio istius Ecclesiae describitur, atque laudabilis fit mentio conversionis *Thessalonicensium*. Vid. 1 *Thessal.* I. 9. II. 13.

In illâ, quae secunda dicitur, incrementum & profectus fidei *Thessalonicensium* celebratur. 2 *Thessal.* I. 3.

In illâ, quae prima dicitur, testatur Apostolus, *Thessalonicenses* a DEO doctos esse, se invicem diligere; hortatur autem, ut magis abundare studeant.

In illâ, quae posterior dicitur, laudantur eo nomine, quod ἡ ἀγάπη ἑνὸς ἑκάστου πάντων αὐτῶν πλεονάζει εἰς ἀλλήλους. Conf. 1 *Thessal.* IV. 9. 10. & 2 *Thessal.* I. 3.

(β) In illâ, quae prima dicitur ad *Thessalonicenses*, Apostolus eos nullo nomine reprehendit, nisi quis pro reprehensione habeat monitum illud, quod legimus 1 *Thessal.* V. 14. νουθετεῖτε τοὺς ἀτάκτους: Verùm ista non est reprehensio, sed tantùm institutio, quâ ratione, si fortè cum tempore eveniret, ut inter ipsos reperiantur ἄτακτοι, se ipsos adversus eos gerere deberent; quo monito non definit Apostolus, an hoc tempore jam inter ipsos sint, an verò in posterum tantùm metuendi tales, qui ἀτάκτως viverent.

Verùm in illâ, quam pro secundâ habemus Epistolâ, disertè dicit: Cap. III. 11. Ἀκούομεν γάρ τινας

Digitized by Google

τινας περιπατοῦντας ἐν ὑμῖν ἀτάκτως, μηδὲν ἐργαζομένους, ἀλλὰ περιεργαζομένους. (*inaniter ſatagentes.*)

Certè, ſi quis illud monitum νουθετεῖτε τοὺς ἀτάκτους, omninò pro reprehenſione ſumere velit, hoc tamen ut concedat, aequitas poſtulat, quod longè gráviorem ἀταξίαν indicent illa verba, quae reperiuntur in ſecundâ, quam quae in primâ Epiſtolâ. Praeſertim cum in primâ ſimpliciter dicat: νουθετεῖτε τοὺς ἀτάκτους, ſed in poſteriori ſeveriorem in modum loquatur, dicens. Cap. III. 14. Εἰ δέ τις οὐχ ὑπακούει τῷ λόγῳ, ἡμῶν διὰ τῆς ἐπιστολῆς, τοῦτον σημειοῦσθε· καὶ μὴ συναναμίγνυσθε αὐτῷ, ἵνα ἐντραπῇ. (ut in ſe ipſum deſcendat, atque ſic pudore perfundatur.)

In priori Epiſtolâ admonet eos πράσσειν τὰ ἰδία, καὶ ἐργάζεσθαι ταῖς ἰδίαις χερσὶν.

In poſteriori queritur, quod dentur qui hoc non faciant; & vult inobedientes notari, longè ſeveriori, magisque auſtero, quamvis ſimul adhuc ſuaviloquo, modo, eos alloquens, Cap. III. 6. Παραγγέλλομεν δὲ ὑμῖν, ἀδελφοὶ, ἐν ὀνόματι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, στέλλεσθαι ὑμᾶς ἀπὸ παντὸς ἀδελφοῦ ἀτάκτως περιπατοῦντος, καὶ μὴ κατὰ τὴν παράδοσιν, ἣν παρέλαβε παρ' ἡμῶν.

Utra igitur prior ſcripta eſſe cenſebitur? Nonne experientia omnium ſaeculorum comprobavit Eccleſias, accreſcente numero *Chriſtianam* fidem profitentium, ſenſim magis magiſque eſſe inquinatas?

Et ſi ſtatuas illam, quae ſecunda dicitur, Epiſtolam,

ſtolam priùs eſſe ſcriptam, ſimul ſtatuere debebis *Theſſalonicenſes* eâ lectâ Epiſtolâ vitam ſuam emendâſſe, idque antequam ſcriberetur illa, quae prior ad *Theſſalonicenſes* dicitur, Epiſtola. Hoc autem ſi verum foret, an non gratulatus fuiſſet Apoſtolus *Theſſalonicenſibus* iſtam emendationem? An non eo nomine ipſos laudâſſet, uti caeteras eorum virtutes inſignibus encomiis perſequitur? Eo autem nomine, quod monito prioris Epiſtolae morigeros ſe praeſtiterint, non videmus illos laudatos in primâ, quae dicitur, Epiſtolâ.

(γ) Ultimo denique loco, his omnibus accedit, quod in illâ, quae prior vocatur, Epiſtolâ, Cap. IV. 15. 17. & Cap. V. 4. talia reperiantur, ex quibus videntur anſam arripuiſſe ſeductores, jactandi ſecum in eâdem ſententiâ eſſe *Paulum*, nimirùm *inſtare diem CHRISTI:* quam vanam hariolationem ipſe quoque *Grotius* ex illis verſibus exſculpere, atque *Paulo* impingere non veretur. Haec autem ſeductorum falſa jactatio occaſionem quoque, ſaltem ex parte, videtur dediſſe Apoſtolo, alteram illam, quae poſterior dicitur, Epiſtolam ſcribendi; quâ moneret, ne *Theſſalonicenſes* ſibi paterentur imponi, nec crederent adventum CHRISTI brevi eſſe exſpectandum, quâque (ne videretur ipſemet mutâſſe ſententiam, atque crederetur, cum primam ſcriberet Epiſtolam, iſti errori fuiſſe obnoxius) provocaret ad illa, quae ipſis dixerat, dum inter eos verſaretur: Ex quibus ipſimet per ſe intelligere poterant, illam non

fuiſſe mentem verborum Apoſtoli, quam eis affictam vellent adverſarii. Vide 2 *Theſſal.* II. 1. 5.

Omnia igitur, quae in utrâque reperiuntur Epiſtolâ, indicia clamant, illam, quae prima dicitur, verè eſſe primam, non digeſtionis tantùm, ſed & temporis ſcriptionis ratione; illamque, quae ſecunda dicitur, verè eſſe ſecundam.

Unde hoc conſectarium elicitur, neutram ſcriptam eſſe, antequam *Paulus*, cum *Silvano* & *Timotheo*, *Theſſalonicam* perveniſſet.



CA-

Digitized by Google

CAPUT QUARTUM

PRAELIMINARE.

De Circumſtantiis Temporis, & Loci, quibus utraque ſcripta eſt ad Theſſalonicenſes *Epiſtola.*

DE his circumſtantiis acturos, primo jam loco, priorem Epiſtolam conſiderare oportet.

Ut tempus, quo ea ſcripta eſt, indagemus, generatim duo notanda ſunt:

Primum eſt, quod ſcripta ſit, poſtquam *Paulus*, & *Silvanus*, & *Timotheus* in *Macedoniâ* fuiſſent, atque Evangelium, primùm quidem *Philippis*, deinde quoque *Theſſalonicae* praedicâſſent.

Hoc omnes cordati Interpretes agnoſcunt, &, ſi quis negare vellet, ex collatione *Act.* XVI. & XVII. cum 1 *Theſſal.* II. & III. manifeſtò demonſtrari poteſt.

Alterum eſt, quod ſcripta ſit non ſtatim ſive proximè poſt Apoſtoli ab Urbe *Theſſalonicâ* diſceſſum, neque tamen diu poſt illum.

Haec temporis circumſtantia eruitur ex iis, quae de ſe ipſo narrat, atque proteſtatur *Paulus.* 1 *Theſſal.* II. 17--- III. 9. Nimirùm

Poſtquam *Paulus Theſſalonicâ Beroeam*, atque hinc,

Digitized by Google

novo tumultu orto, *Athenas* concesserat, *Silvano* & *Timotheo Beroeae* relictis; postquam Apostolus abhinc *Corinthum* profectus esset; postquam *Silvanus* & *Timotheus Corinthi Paulum* convenissent; postquam Apostolus plùs semel conatus esset reverti ad *Thessalonicenses*, atque irrito facto conatu suo, *Timotheum* ad eos misisset, ac reditu ipsius laetum nuncium de *Thessalonicensium* constantiâ accepisset; postquam haec omnia a discessu *Pauli* ab Urbe *Thessalonicensium* contigissent; tùm demùm scripta est haec Epistola. Hoc discimus ex collatione locorum *Act.* XVII. 10. 14. 15. XVIII. 1. 5. cum 1 *Thessal.* II. 17. 18. III. 1. 2. 6. 7.

Ut autem paulò pressiùs indagemus, quousque accuratè definiri possit tempus, quo haec Epistola scripta est, agendum erit in transcursu de Loco, ubi scripta, vel unde missa sit.

Ad locum quod attinet, subscriptiones vulgatae dicunt, quod *Athenis* missa sit: Maxima tamen pars doctissimorum Interpretum contendit *Corintho* missam esse.

Certum est subscriptiones illas posterioribus demùm temporibus additas esse, & nonnunquam a vero aberrare: Rationes igitur pro hac, atque pro illâ sententiâ sunt perpendendae.

א. Qui hanc Epistolam *Athenis* missam esse statuunt, his videntur niti rationibus:

1. Quod subscriptio *Syriacae* quoque versionis, quae admodùm antiqua habetur, idem quoque habeat.
2. Quod *Paulus* ipse 1 *Thessal.* III. 1. hoc dicere videatur,

ב. Qui

Digitized by Google

ב. Qui e contrario pugnant, *Corinthum* esse locum, unde scripta est haec Epistola, sic ratiocinantur:

1. Subscriptiones subtestae saepiùs esse fidei. Heic loci praesertim. Nec ipsi *Syriacae* versionis subscriptioni fidendum; cum illa & hoc habeat, quod manu *Timothei* haec Epistola ad *Thessalonicenses* sit perlata; quod tamen minùs videatur verosimile, cum *Timotheus* inter Scriptores hujus Epistolae nomen suum professus fuerit.

2. *Paulum*, cum *Beroeâ Athenas* proficiscceretur, *Silvanum*, & *Timotheum Beroeae* reliquisse. *Act.* XVII. 14. Illosque quidem *Athenis* praestolatum fuisse, sed desiderio suo eos secum habendi demùm potitum esse, cum jam *Corinthi* esset. *Act.* XVIII. 5. Cum itaque haec Epistola *Pauli*, *Silvani*, & *Timothei* nomina in fronte gerat, atque ex arbitrio horum trium scripta sit, sequi videtur, quod non *Athenis*, sed *Corintho* scripta sit.

Atque hac ratione difficultatem suam habebit conciliatio locorum *Act.* XVII. 14. 15. XVIII. 1. 5. cum 1 *Thessal.* III. 1.

Doctissimus *Launaeus*, qui *Gallicam* Epistolarum *Paulinarum* Paraphrasin, atque breves in illas Notas in lucem misit Anno 1650. *Charentonae*, in eâ est sententiâ, quod *Paulus*, qui *Beroeâ Athenas* profectus, *Silvanum* & *Timotheum Beroeae* reliquerat, postea, *Athenis* adhuc degens, *Timotheum* arcessiverit, atque socium operis nactus sit, *Silvano* adhuc *Beroeae* morante; quodque *Paulus*, hoc tempore admodùm sollicitus de statu *Thessalonicensium*, propter furorem *Judaeorum*,

Timotheum Thessalonicam miserit, atque hoc facto *Corinthum* sit profectus: Quodque *Timotheus Thessalonicâ* revertens *Beroeam*, ubi eum exspectabat *Silvanus*, iterùm transiverit; quod hac ratione *Silvanus* & *Timotheus* unà *Corinthum* petierint, & sic cum *Paulo* iterùm sociati sint, quodque hac ratione, & hoc tempore, hi tres ὁμοθυμαδὸν hanc Epistolam *Corintho* scripserint.

Celeberrimus *Coccejus* in eumdem ferè modum rem concipit, eo solo excepto, quod non statuat *Timotheum* ad *Paulum Athenas* excurrisse, sed opinetur, quod *Paulus*, postquam praecepisset *Silvano* & *Timotheo*, ut quam citissimè ad ipsum venirent *Athenas*, ex anxiâ, quâ erga *Thessalonicenses* affectus erat, curâ, paulò pòst alium nuncium miserit *Beroeam*, atque per eum praeceptum dederit *Timotheo*, ut priusquam ad ipsum veniret, quam citissimè denuò excurreret *Thessalonicam*; *Silvano* verò, ut hoc illove loco *Timotheum* praestolaretur: Atque hac ratione Vir summus conciliari posse putat id, quod dicitur 1 *Thessal.* III. 1. quod *Paulus Athenis* solus sit relictus, misso ad *Thessalonicenses Timotheo*, cum eo, quod dicitur *Act.* XVIII. 5. *Silvanum* & *Timotheum* ad *Paulum* accessisse, cum *Corinthi* degeret.

Verùm neutra sententia, quod pace tantorum Virorum dixerim, mihi omnem scrupulum videtur adimere, quod enim *Paulus* 1 *Thessal.* II. 17. 18. & Cap. III. 1. 2. 6. phrasibus pluralis numeri utatur, indicare videtur, *Timotheum* non a solo *Paulo*, prout doctissimi Viri arbitrati sunt, missum esse *Thessalonicam*, sed a *Paulo* simul & *Silvano*; unde sequitur *Timotheum* demùm missum esse *Thessalonicam*, postquam ipse & *Silvanus Paulum Corinthi* convenissent.

Haec

Digitized by Google

Haec igitur hac ratione ordinanda videntur: Cum *Silvanus* & *Timotheus Beroeâ Corinthum* ad *Paulum* veniſſent, (quod narratur *Act.* XVIII. 5.) atque hi triumviri odium *Judaeorum* adverſùs *Chriſtianos* perpenderent, anxia ſollicitudo de *Theſſalonicenſibus* animum eorum occupavit. Omnem igitur operam adhibuerunt, ut, ſi poſſent, ad *Theſſalonicenſes* reverterentur: Imprimis autem Apoſtolus *Paulus*, qui, quantùm potuit, omnem lapidem movit, ut ſibi ſaltem, ſi non etiam ſociis ſuis, liceret invisere *Theſſalonicenſes.* Hoc fine conjicio illos *Corintho* rediiſſe *Athenas*; atque ibi tot impedimenta, aſtu *Satanae*, ipſis objecta eſſe, ut nec omnibus tribus, nec *Paulo* ſoli, multò minùs *Paulo* & *Silvano*, *Theſſalonicam* excurrere licuerit.

Verùm cum hac ratione curâ & ſollicitudine nondùm eſſent liberati, praeſertim *Paulus*, ardoris pleniſſimus, conſultum duxerunt, ſuadente Apoſtolo, *Timotheum Theſſalonicam* mittere, ejuſque reditum *Athenis* exſpectare. Eo igitur profecto, atque inde ad *Paulum* & *Silvanum* reverſo *Timotheo*, haec Epiſtola omnium nomine ſcripta eſt.

Atque hac ratione haec Epiſtola *Athenis* ſcripta eſſe poteſt, quod equidem uti audacter aſſeverare nolim, ita quoque non abſque gravi ratione recedere ab Antiquorum ſententiâ, quam ſubſcriptio nos edocet; in rebus enim facti, uti loquuntur, in hiſtoricis, niſi graves obſtent rationes, tutiùs ſtamus a partibus Veterum, qui propiùs ad Apoſtolorum tempora accedentes, nonnullorum geſtorum traditionem, vel documenta nonnumquam habuiſſe poſſunt, quibus nos nunc caremus.

Atque tantò tutiùs Veterum traditioni aſſentimur,

quo

quo illa magis cum ipsâ Sacrâ Scripturâ consentire videtur. Quod equidem hic obtinere videtur, quu niam verba, quae 1 *Thessal.* III. 1. 2. leguntur: Διὸ μηκέτι στέγοντες ἐυδοκήσαμεν καταλειφθῆναι ἐν Ἀθήναις μόνοι. Καὶ ἐπέμψαμεν Τιμόθεον τὸν ἀδελφὸν ἡμῶν, καὶ διάκονον τοῦ Θεοῦ, καὶ συνεργὸν ἡμῶν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ τοῦ Χριστοῦ, εἰς τὸ στηρίξαι ὑμᾶς, καὶ παρακαλέσαι ὑμᾶς περὶ τῆς πίστεως ὑμῶν. omninò ansam praebent cogitandi, *Athenis* unà fuisse *Paulum*, *Silvanum*, & *Timotheum*, atque illos hunc ad *Thessalonicenses* ablegasse, & ejus reditum ibidem exspectasse, eoque reduce facto, hanc Epistolam scripsisse.

Hactenùs igitur fidem habendam esse putem subscriptioni; saltem illi, quae *Graeco* Textui subjecta legitur, quae sic se habet: Πρὸς Θεσσαλονικεῖς πρώτη ἐγράφη ἀπὸ Ἀθηνῶν, absque illo additamento, quod *Syrus* Interpres de suo adjecit, quod sit missa per manum *Timothei*; quod additamentum meritò rejicitur.

Interim tamen ex his, quae diximus, patet, tempus scriptionis hujus Epistolae referri debere ad tempus illud sesqui-anni (& paulò ultrà) quod *Paulum Corinthi* transegisse, antequam in *Syriam* transfretaret, legimus *Act.* Capite XVIII. verss. 1. 5. 11. 18.

Opponi quidem potest, *Lucam* hujus excursûs Apostoli *Athenas* nullam facere mentionem laudato *Actuum Apostolicorum* Capite; imò & testari versu 11, quod *Paulus Corinthi* ἐκάθισεν ἐνιαυτὸν, καὶ μῆνας ἓξ, διδάσκων ἐν αὐτοῖς τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ.

Sed respondeo, *Lucam* non omnia, non minima quaevis, itinera *Pauli* narrâsse; quod indubitatè probari potest ex 2 *Cor.* XI. 25. ubi Apostolus dicit: Τρὶς ἐναυάγησα,

ter

Digitized by Goog

ter naufragium paſſus ſum. Quod triplex tamen naufragium in *Actibus Apoſtolicis* non legitur narratum: Opponi igitur non poteſt *Lucae* ſilentium, praeſertim quoniam haec ipſa ad *Theſſalonicenſes* epiſtola aliquot annis, antequam *Lucas Actûs Apoſtolicos* conſcriberet, jam erat ſcripta, & publicata. Forte huc pertinet dictum C. II. 17. 18.

Quod autem *Lucas* dicat *Paulum* annum & ſex menſes conſediſſe *Corinthi*, intelligi poteſt de fixo domicilio; quod non impedit, quò minùs poſſit feciſſe excurſum paucarum ſeptimanarum verſùs *Athenas*, cujus *Lucas* nullam facit mentionem, quoniam in illo excurſu nihil fortè contigit, quod quidem admodùm memoratu ſit dignum, praeter id, quod *Paulus* ipſe indicat in hac Epiſtolâ, ſcilicet ſe ſummo ſtudio allaborâſſe, ut *Theſſalonicenſes* denuò inviſeret.

Sed quicquid ſit de loco, unde ſcripta & miſſa ſit haec Epiſtola, tempus ſcribendi quaerendum eſt in octodecim illis menſibus, quos, & paulò ultrà, Apoſtolus *Corinthi* tranſegit. An autem haec Epiſtola ſcripta ſit ante illum tumultum, quem legimus *Act.* XVIII. 14. *Judaeos* contra *Paulum* excitâſſe, an vero poſt illum, quaeri poteſt.

Primâ quidem fronte videri poteſt haec Epiſtola ſcripta poſt illum tumultum, ex verbis Apoſtoli 1 *Theſſal.* III. 7. ubi teſtatur de ſe & *Silvano:* Διὰ τοῦτο παρεκλήθημεν, ἀδελφοὶ, ἐφ' ὑμῶν, ἐπὶ πάσῃ τῇ θλίψει καὶ ἀνάγκῃ ἡμῶν, διὰ τῆς ὑμῶν πίστεως. Quae verba *Beza* vertit: *Propterea conſolationem accepimus, fratres, ex vobis, in omni afflictione, & neceſſitate noſtrâ:* Quâ ratione ſi accipias, πᾶσα θλῖψις καὶ ἀνάγκη videtur referenda ad accuſatio-

Digitized by Google

nem *Judaeorum*, *Paulo*, coram tribunali *Gallionis*, intentatam.

Verùm nullam video cauſſam, ob quam praepoſitio ἐπὶ duplici modo ſit ſumenda in hoc eodem verſu: Verterem igitur potiùs, praeeunte *Eraſmo*, verba, ἐπί πάσῃ τῇ θλίψει καὶ ἀνάγκῃ, *ſuper omni afflictione & neceſſitate noſtrâ*.

Videtur Apoſtolus reſpicere *afflictionem & neceſſitatem*, quibus indeſinenter premebantur ipſe & *Silvanus*, quibus cruciati fuerant *Philippis*, *Theſſalonicae*, *Beroeae*; *Paulus* deinde ſolus *Athenis*; uterque rurſùs *Corinthi*, acerbiſſimis, etiam ante illum tumultum, calumniis & blaſphemiis a *Judaeis* laceſſiti: uti diſcere poſſumus ex *Act.* XVI. XVII. XVIII. 6. Quas afflictiones ſimul ſumtas reſpici, indicare videtur particula πᾶσα.

Illarum autem omnium dolorem mitigabat laetus ille nuncius, de *Theſſalonicenſium* perſeverantiâ in fide & charitate. Tanto nimirùm *Theſſalonicenſium* amore flagrabant Apoſtolus & *Silvanus*.

Nihil igitur nos cogit, ut ſtatuamus, poſt accuſationem coram *Gallione* hanc Epiſtolam eſſe ſcriptam. Primo potiùs trium illorum ſemeſtrium, quae *Corinthi* transegit Apoſtolus, vel ad finem vergente, vel paulò antè elapſo, hanc Epiſtolam ſcriptam eſſe putem.

Certè lis illa coram *Gallione* non legitur *Silvano*, ſed ſoli *Paulo* mota. *Act.* XVIII. 12--18. Et ſi tam ſerò (ſcilicet poſt memoratam accuſationem *Pauli* coram *Gallione*) ſcriptam ſtatuas hanc primam Epiſtolam, vix reperies tantum temporis intermedii, inter primam hanc & alteram Epiſtolam, quanto opus eſt, ut poſteriorem quo-

que

Digitized by Google

que ſcribere potuerit Apoſtolus ante ſuum in *Syriam* diſceſſum. Quod autem ſecunda ad *Theſſalonicenſes* ante Apoſtoli in *Syriam* diſceſſum ſcripta ſit, ex eo colligi poſſe videtur, quod in illo itinere, & ſequentibus porrò temporibus, *Silvanus* noſter nuſpiam in *Pauli* conſortio compareat; ſed in priori *Petri* Epiſtolâ Cap. V. vers. 12. memoretur ut *Petri* adjutor.

Ex his jam fundamentis ipſum annum eruere conabimur.

Paulum Anno Ærae Vulgaris LV. circa feſtum *Pentecoſtes Hieroſolymis* vinctum eſſe, in *Prolegomenis* meis ad poſteriorem Epiſtolam ad *Corinthios* pluribus, & nuper paucis, in *diſputationibus ad hiſtoriam PAULI*, demonſtravi, quod mihi jam ſupponere liceat. Hujus feſti *Pentecoſtes* mentio fit *Act.* XX. 16.

Circa *Paſchatis* tempus ejuſdem anni, Apoſtolus abiit ex *Graeciâ*, *Macedoniam* tranſiens. *Act.* XX. 3. 6. In *Graeciâ* autem tranſegerat tres menſes. *Act.* XX. 3. Antea autem fuerat in *Macedoniâ* ad colligendum eleemoſynas *Macedonum*, in uſum pauperum credentium in *Judaeâ* erogatas; uti diſcimus ex *Act.* XX. 1. 2. coll. 2 *Cor.* VIII. 1. IX. 4.

In *Macedoniam* autem profectus erat per *Troada*, unde, uti videtur, transfretavit in *Macedoniam*; quod elici poteſt ex 2 *Cor.* II. 12. 13.

Probabile igitur eſt ante hyemem, autumnali tempore, Anni LIV^ti. ex *Aſiâ*, vel *Epheſo*, diſceſſiſſe: Atqui *Epheſi* tranſegit tres annos, uti ipſe teſtatur *Act.* XX. 31. Ergò *Epheſum* venit in autumno, vel ineunte hyeme, Anno AErae noſtrae LI^mo.

Vetùm antequam *Epheſum* veniret, peragravit ſuperiores partes, *Act.* XIX. 1. poſtquam *Galaticam* regionem & *Phrygiam* pertranſiviſſet, *confirmans diſcipulos. Act.* XVIII. 23. Hoc autem fecit, poſtquam aliquamdiu egiſſet *Antiochiae: Antiochiam* deſcendit *Hieroſolymis. Act.* XVIII. 22. *Hieroſolymam* autem adſcendit *Caeſareâ. Act.* XVIII. 22. *Caeſaream* venerat *Epheſo*; *Epheſum* autem appulerat *Corintho*, ſive *Cenchreis*, portu *Corinthiaco. Act.* XVIII. 18. 19.

Cum autem *Epheſii* illum retinere vellent, legimus eum non annuiſſe, ſed dixiſſe: *oportet omninò me diem feſtum, qui inſtat, agere Hieroſolymis. Act.* XVIII. 21. Hic dies feſtus non poteſt concipi ſerior die *Pentecoſtes* Anni LI^mi. AErae *Chriſtianorum.* Hoc igitur *Pentecoſtes*, vel, ſi mavis, *Paſchatis* Anni LI^mi. feſto *Hieroſolymis* fuiſſe Apoſtolum, plusquam probabile eſt. Ergò ante hujus Anni *Pentecoſten*, vel fortè *Paſcha* Apoſtolus *Corintho* abiit. Atqui *Corinthi* degerat ultra octodecim menſes. Vid. *Act.* XVIII. 11. 18. Non poteſt igitur niſi vel autumno, vel ineunte hyeme, Anni XLIX. *Corinthum* veniſſe.

Hinc jam eruitur tempus, quo ſcripta eſſe debeat Epiſtola prior ad *Theſſalonicenſes*, nimirùm Anno AErae noſtrae *Chriſtianae* L^mo. Et quidem, quantùm conjectando aſſequi poſſum, circa vernum tempus vel aeſtatem ineuntem, Anni L^mi.

Quod enim non multò maturiùs ſcripta ſit, facilè ex eo colligimus, quod non poſſit confeſtim, poſt Apoſtoli in Urbem *Corinthum* adventum, ſcripta eſſe; quoniam Apoſtolus, antequam hanc Epiſtolam ſcripſit, *Corinthi* ex-

Digitized by

exſpectavit ſocios ſuos *Silvanum* & *Timotheum*, eoſque recepit: uti ex *Act.* XVIII. 5. in ſuperioribus notavimus. Poſtea plùs ſemel tentaverunt *Paulus* & *Silvanus*, annon poſſent invenire occaſionem *Theſſalonicenſes* inviſendi; uti teſtatur Apoſtolus 1 *Theſſal.* II. 17. 18. Cumque hi conatûs non ſuccederent ex voto, *Paulus* & *Silvanus* miſerunt ad *Theſſalonicenſes Timotheum*, atque, eo demùm reduce facto, ſcripſerunt hanc Epiſtolam.

Utique ſi haec probè perpendantur, facilè patebit aliquot menſes interceſſiſſe & effluxiſſe poſt *Pauli* in Urbem *Corinthum* adventum, & ante ſcriptionem hujus Epiſtolae. Cum igitur ineunte ferè hyeme Anni XLIX. *Corinthum* venerit, & interjectis aliquot menſibus, ſequenti anno ſcripſerit, vero quam maximè ſimile videtur, exaratam eſſe hanc Epiſtolam ineunte ferè aeſtate Anni AErae Vulgaris L^mi. labente Anno *Claudii* X^mo. Anno XVIII^mo. poſt mortem CHRISTI. XVII^mo. poſt *Pauli* converſionem. III°. poſt Concilium *Hieroſolymitanum.*

In quo verè admirandam ſe oſtendit Divina potentia, & erga mundum clementia, & bonitas in CHRISTO, quod Evangelium CHRISTI tam brevi temporis ſpatio uſque in *Macedoniam* propagaverit, idque eo cum ſucceſſu, ut *Paulus* potuerit tantis laudibus exornare hanc *Theſſalonicenſium* Eccleſiam.

Meritò exclamare licet cum *Jeſaiâ* Cap. LXVI. 7. 8. *Quum nondùm parturiit, peperit; quum nondùm invaſit dolor eam, jam poſuit marem. Quis audivit rem hujusmodi? quis vidit talia? an efficeretur, ut pa-*

Digitized by Google

riat terra die uno? an gigneretur gens vice unâ? quod parturit, ſimulque parit Zion *filios ſuos.*

Inveſtigemus jam tempus, quo altera ad *Theſſalonicenſes* exarata eſt.

Ante omnia autem ex iis, quae jam demonſtravimus, manifeſtum eſſe arbitramur, ſecundam ad *Theſſalonicenſes* eſſe ſcriptam, diu poſtquam fato ſuo functus eſt *Cajus Caligula*, quod contigit Anno AErae Vulgaris XLI^mo. die 22 *Januarii.*

Si enim prima ad *Theſſalonicenſes* ſcripta eſt Anno L^mo. AErae *Chriſtianae* Vulgaris, & ſi poſterior diſpoſitione Epiſtola quoque ſit poſterior tempore, haec non ante exeuntem Annum L^mum. ſcripta eſſe poteſt. Quod autem poſterior digeſtione tempore quoque ſit poſterior, ſuperiori Capite pluribus demonſtravimus.

Verùm ſepoſitâ jam tantiſper hac theſi, quod Epiſtola, quae ſecunda dicitur, verè ſit poſterior illâ, quam primam vocamus; Dato, non conceſſo, quod ordine praepoſtero hae Epiſtolae ſint diſpoſitae, ſequetur nihilominùs ex antè dictis & probatis, Epiſtolam quae poſterior dicitur, non niſi novem vel decem circiter annis poſt *Caligulae* mortem ſcriptam eſſe: data enim eſt haec Epiſtola ad Eccleſiam vocatam miniſterio *Pauli*, *Silvani*, & *Timothei*, & miniſterio quidem, quod peregerunt cùm voce, tùm ſcriptis. 2 *Theſſal.* II. 14. 15. Probavimus autem, ante *Pauli*, *Silvani*, & *Timothei* adventum nullos *Theſſalonicae* fuiſſe credentes. Atqui oſtendimus, non ante Annum XLIX. AErae *Chriſtianae*, hos triumviros *Theſſalonicam* veniſſe; ante quod tempus non potuere hanc Epiſtolam ſcribere. Ergò haec Epi-

Digitized by Google

Epiſtola, ſive ante, ſive poſt alteram ſit ſcripta, ante nonum *Claudii* Annum data eſſe non poteſt.

Imò, ſi vel detur, *Theſſalonicae* fuiſſe credentes in JESUM, antequam illuc veniſſent *Paulus*, & *Silvanus*, & *Timotheus*, ſcribere tamen non potuerunt hi triumviri ad *Theſſalonicenſium* Eccleſiam, ut ſervarent τὰς παραδόσεις, quas ab illis acceperant, quaſque vel voce vel ſcripto erant edocti, antequam operas ſuas junxiſſent Apoſtolus, *Silvanus*, & *Timotheus*. Hoc autem non contigiſſe niſi poſt primum illud & celebratiſſimum *Hieroſolymitanum* Concilium, ex *Act.* XV. & XVI. Capite probatum dedimus. Hoc autem Concilium non poteſt eſſe habitum ante XLVIII^um. Annum AErae Vulgaris; nam quatuordecim Annos interjectos eſſe inter *Pauli* converſionem & adſcenſionem ad Urbem *Hieroſolymorum*, ut agnoſceretur bonitas cauſſae ſuae, praeconii nimirùm Evangelii libertatis, patet ex *Gal.* II. 1. *Paulum* autem Anno CHRISTI emortuali non eſſe converſum, palam eſt ex iis, quae octo prioribus Capitibus *Actuum Apoſtolicorum* traduntur praeceſſiſſe converſionem Apoſtoli. CHRISTUM Anno AErae Vulgaris XXXIII^tio. crucifixum eſſe, praecipuorum Chronologorum eſt ſententia; quam pluribus demonſtravi in *Commentario* meo in *Danielis* IX. Caput. Ex quo ſequitur *Paulum* non ante Annum XXXIV^tum. eſſe converſum, adeoque Concilium *Hieroſolymitanum* non ante Annum XLVIII^um. AErae *Chriſtianae* habitum: Poſt quod demùm tempus *Paulus*, & *Silvanus*, & *Timotheus* in opere Evangelii ſunt conſociati, & deinde demùm haec Epiſtola ſcripta.

Imò,

Imò, ſi haec omnia tantiſper ſeponamus, tamen facile erit probatu, hanc Epiſtolam non eſſe ſcriptam, antequam *Cajus Caligula* eouſque veſaniae fuerat progreſſus, ut mandaret ſtatuam ſuam in Templo *Hieroſolymitano* collocari. Quod ita demonſtramus: *Cajus* hoc mandatum dedit *Petronio*, *Syriae* Praeſidi, Anno Imperii ſui IIItio. Anno XXXIXo. AErae *Chriſtianae* Vulgaris. Ergò haec Epiſtola, quam ſecundam ad *Theſſalonicenſes* dicimus, ſcripta eſſet Anno XXXVIIIo. AErae Vulgaris, qui ſecundus eſt *Caligulae*, quod ſtatuit *Grotius*. Hoc autem cum veritate conſiſtere nequit.

Paulum, non ante Annum AErae Vulgaris XXXIVum. converſum eſſe, vidimus; poſt converſionem ſuam in *Arabiam* excurrit, & reverſus eſt *Damaſcum*. *Gal.* I. 17. Elapſis tribus annis, primâ vice redit *Hieroſolymam*, ubi manſit 15 dies. *Gal.* I. 18. coll. *Act.* IX. 26. 27. Sic devenimus ad Annum XXXVIIum. jam labentem. Hinc profectus eſt in regiones *Syriae*, & *Ciliciae*. *Gal.* I. 21. a fratribus *Hieroſolymitanis Caeſaream* ductus, atque hinc *Tarſum* ablegatus. *Act.* IX. 30. Hoc autem tempore Eccleſiae καθ' ὅλης τῆς Ἰουδαίας, καὶ Γαλιλαίας, καὶ Σαμαρείας εἶχον εἰρήνην, οἰκοδομούμεναι καὶ πορευόμεναι τῷ φόβῳ τοῦ Κυρίου, καὶ τῇ παρακλήσει τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐπληθύνοντο. verſu 31.

Hoc demùm tempore, fingit *Grotius*, *Paulum* illos vidiſſe fideles diſperſos perſecutione, a nece *Stephani* ortâ, hoſque ſe contuliſſe *Theſſalonicam*. Illuc ergò appuliſſe non poſſunt, niſi Anno XXXVIIIo. Interim *Paulus* a *Barnabâ* evocatur *Antiochiam*, ubi integrum annum *Antiochiae* magnam turbam docent, ubi Diſcipuli

Digitized by Google

puli demùm accipiunt nomen *Chriſtianorum*. *Act.* XI. 25. 26. Sic igitur jam delapſi ſumus ad Annum XXXIX^um.

Jam quaeſo Te, qui verum amas, an credere poſſis hoc tempore jam exaratam eſſe Epiſtolam, quam ſecundam ad *Theſſalonicenſes* vocamus? An hoc tempore concipi poteſt ſtabilitam jam fuiſſe Eccleſiam *Theſſalonicenſium*, ad quam ſcribere potuit Apoſtolus: *ſervate traditiones, quas didiciſtis a NOBIS*, (*Paulo*, *Silvano*, & *Timotheo*) *ſive verbo*, *ſive Epiſtolâ?* An hoc tempore, quo vix eorum adventum (quem fingit *Grotius*) in Urbem *Theſſalonicenſium* reſciviſſe poteſt, ſcribere potuit nonnullos ἀτάκτως περιπατεῖν, *inordinatè ambulare*, & non ſecundum traditionem, quam ab ipſo, & *Silvano*, & *Timotheo* acceperant, nec ad eorum exemplum, utpote qui dies noctesque operati fuerint inter ipſos, ne cuipiam inter eos oneri eſſent? 2 *Theſſal.* III. 6-13.

Plura addi poſſent, ſed haec, ut opinor, abundè ſufficient ad fidem faciendam, non tam maturè ſcriptam eſſe hanc Epiſtolâm, ut de *Caligulâ* prophetâſſe *Paulum* ullâ cum ſpecie veri cenſeri poſſit.

Ut jam ipſum tempus, quo ſcripta eſt haec Epiſtola, definiamus, ſtatuimus eam ſcriptam eſſe poſt priorem, ſed non admodùm longo temporis intervallo interjecto. Cauſſas ita ſentiendi has habeo:

Nullam in hac Epiſtolâ mentionem facit Apoſtolus itineris ſui in *Syriam*; atque in *Graeciâ* multò faciliùs percipere poterat Apoſtolus, quâ ratione ſe gererent *Theſſalonicenſes*, quam in *Syriâ*. Poſt diſceſſum *Pau-*

Digitized by Google

li ex *Graeciâ* in *Syriam* nullam mentionem reperimus *Silvani*, tamquam comitis & ſocii *Pauli*, nec in Epiſtolis *Paulinis* poſtea ſcriptis, nec in *Actis Apoſtolorum*. Hinc probabile planè fit, ſcriptam eſſe hanc Epiſtolam ante illum *Pauli* in *Syriam* diſceſſum, qui narratur *Act.* XVIII. 18.

Accedit, quod *Paulus* 1 *Theſſal.* III. 10. 11. ſpem fecerit, ſaltem teſtatus ſit, quàm avidè exoptarent ille, ut & *Silvanus*, & *Timotheus*, *Theſſalonicenſes* denuò inviſere: Ex eo autem colligere datur *Paulum*, quamprimùm ſciebat DEO non placere, ut hoc quidem tempore in *Macedoniam* rediret, abſentiam ſuam hac Epiſtolâ, quâ *Theſſalonicenſes* inſignem in modum conſolabatur, compenſare voluiſſe.

Porrò credibile non eſt, *Paulum*, quâ erat prudentiâ & curâ, diu ſiviſſe graſſari iſtum errorem, de adventu *Domini* brevi tempore exſpectando, atque illi ſuam priorem Epiſtolam praetexi.

Denique nullam reperimus in hac Epiſtolâ ſalutationem, horum illorumve ſociorum *Pauli* verbis factam. Nullius Viri Apoſtolici nomen in hac Epiſtolâ memoratum occurrit, ſecùs ac in omnibus aliis *Pauli* Epiſtolis, ſolâ illâ ad *Galatas* exceptâ. Unde colligere datur has Epiſtolas ſcriptas eſſe, antequam reliquorum *Pauli* ſociorum maxima pars Eccleſiae *Theſſalonicenſium* innotuerat.

Non admodùm multum temporis igitur inter ſcriptionem prioris & poſterioris Epiſtolae ad *Theſſalonicenſes* effluxiſſe, maximè probabile eſt.

Neque tamen hoc ſpatium intermedii temporis nimiùm

Digitized by Goog

miùm coarctare licet; tempus enim requiritur, quo potuit fides eorum ὑπεραυξάνειν & ἑνὸς ἑκάστου αὐτῶν πάντων πλεονάζειν, quo nomine laudantur. 2 *Theſſal.* I. 3. Labente quoque tempore factum videtur, quod nonnulli ad deſidiam prolapſi, hactenùs ceperint ἀτάκτως περιπατεῖν, quo nomine eos redarguit *Paulus.* 2 *Theſſal.* III. 6. 11.

Aliquod etiam intervallum temporis interveniſſe concipiendum eſt, antequam *Paulum* metus inceſſerit, ne error de die *Domini* brevi exſpectando *Theſſalonicenſes* inficeret; quem metum indicat gravis dehortatio, quam legimus 2 *Theſſal.* II. 1.

Huic intervallo igitur ſi Anni ſpatium, vel circiter, ex conjecturâ aſſignemus, commodè concipiemus hanc Epiſtolam ſcriptam eſſe illis diebus ſatis adhuc multis, quos *Paulum*, poſt motam adverſus ipſum ſeditionem, *Corinthi* adhuc manſiſſe, narrat *Lucas. Act.* XVIII. 18. Quo reſpexiſſe putem Apoſtolum, quando petebat, ut *Theſſalonicenſes* pro ipſo ipſiuſque ſociis orarent, ἵνα ῥυσθῶσιν ἀπὸ τῶν ἀτόπων, καὶ πονηρῶν ἀνθρώπων. 2 *Theſſal.* III. 2.

Scripta igitur videtur haec Epiſtola poſt inchoatum Annum AErae *Chriſtianae* Vulgaris LI^um.

Atque ex his omnibus, quae hactenùs diſputavimus, patet, rectè ſentire pleroſque, poſt *Chryſoſthomum*, Interpretes, qui ſtatuerunt Epiſtolas ad *Theſſalonicenſes* omnium *Paulinarum* Epiſtolarum, temporis ratione, eſſe primas. Ex quibus proinde haurienda eſt idea vera florentiſſimi ſtatûs Eccleſiae CHRISTI primitivae, praeſertim ex *Gentilibus*, iiſque *Europaeis*, collectae.

Digitized by Google

De Loco autem, unde haec Epiſtola ad *Theſſalonicenſes* miſſa eſt, an *Corintho*, an *Athenis*; parùm certi habemus: Nec opus eſt, ut admodùm de eo ſimus ſolliciti, cum nihil, vel parùm ad notitiam veri ſenſûs Epiſtolae conferre valeat. Prius affirmant plerique Doctiſſimi Interpretes. Poſterius teſtantur ſubſcriptiones, etiam antiquiſſimae; a quibus non niſi invitus recedo: Nec video, quid vetet concipere, vel *Paulum* cum *Silvano* & *Timotheo* iterùm, & plùs ſemel *Corintho Athenas* excurriſſe, atque ibi, occaſionem nactum, hanc Epiſtolam ſcripſiſſe.

Verum res tanti non eſt, ut ei diu immoremur.

Prae-

Digitized by Google

Praemiſſis hiſce Praeliminaribus ad ipſas Epiſtolas accedamus; Conſideremuſque CAPITE QUINTO *De OCCASIONE, SCOPO, & METHODO ſcribendi, in his Epiſtolis obſervandis.*

UT Occaſionem, & ex Occaſione Scopum, hujus Epiſtolae inveſtigemus, atque ex his methodum, quam ſervavit Apoſtolus in ſcribendis hiſce Epiſtolis, teneamus, ſingulas ſeorſim ſpectare oportet.

SECTIONE itaque PRIMA, *HUJUS CAPITIS* DISPUTABIMUS *De PRIMA ad THESSALONICENSES epiſtolâ.*

DE illâ Epiſtolâ, quae omnium quoque *Pauli* Epiſtolarum prima eſt, & quam alteri, ad eamdem Eccleſiam datae, anteponendam eſſe jam evicimus, diſpicere aggredior.

Ad primam igitur hanc Epiſtolam quod attinet, ex facie temporis, quod jam definivimus, ex iis, quae narrata legimus *Act.* XVII. collatis cum ipſo argumento, contentiſque hujus Epiſtolae, attendenti facile pateſcit ſcribendi Occaſio. Nimirùm

Vexationes patiebatur πάθητος haec Eccleſia, *Judaeis Gentiles* concitantibus ad odium *Chriſtianorum*, calumniantibus *Chriſtianorum* religionem novas res moliri, atque ad ſubverſionem Imperii tendere, adeoque Imperatori adverſariam eſſe. Haec calumnia, atque eâ concitati motûs, coëgerant Apoſtolum, ejuſque συνέργους, *Theſſalonicâ* diſcedere, atque ſic relinquere ad tempus hanc recens natam Eccleſiam. Reverti quidem ſtuduerant, atque eo omnem curam & laborem impenderant, ſed irrito conatu, niſi quod *Timotheo* licuerit breviusculum excurſum facere ad *Theſſalonicenſes*, eorumque conſtantiam & vigorem Apoſtolo, laetiſſimum ſane nuntium, nuntiare.

Scopus igitur Apoſtoli eſt abſentiam ſuam ſcriptione hujus Epiſtolae compenſare, & calamo praeſtare, quod vivâ voce non licebat.

Intendit igitur Apoſtolus *Theſſalonicenſes* in fide Evangelii confirmare, ad conſtantem Evangelii profeſſionem inflammare, ſimulque hortari ad cohoneſtandum *Chriſtianiſmum*, converſatione hunc ſtatum decente; imprimis ad praeſtanda illa *Chriſtiani* hominis officia, quae hujus temporis ratio cum maximè poſtulabat; quo praecipuè pertinebat, ipſis factis palam facere mutationem, quam ſuſceptione *Chriſtianiſmi* ſubierant, eſſe Spiritualem, animi praeſertim ad meliorem ſtatum converſionem; quâ non bonorum terrenorum, non nummorum, non honorum cupidine, ſed ſolo verae, ſpiritualis & aeternae ſalutis animae immortalis deſiderio flagrarent, eamque in CHRISTO certò ſperarent: Praeterea ita ſe gerere, ut ingruentibus magis magiſque per-

Digitized by Google

perſecutionibus non deficerent, ſed indies quoque magis magiſque ſpem & fiduciam in DEO ponere liceret, & ut a ſe invicem quoque mutua ſolatia acciperent; ut ita nec corpus Eccleſiae, nec ſingula membra hujus corporis quidpiam detrimenti, ſed multum potiùs incrementi, caperent. Hoc agere temporis ratio, & hujus temporis Eccleſiae ſtatus, poſtulabant: ad hoc agendum, ſtudium ardorque amoris CHRISTI, & Eccleſiae ipſius, Apoſtolum ſtimulabant.

Scopus igitur Epiſtolae praeſenti *Theſſalonicenſium* ſtatui erat accommodatus, & Apoſtolum *Gentium* decens. Quâ verò ratione hunc Scopum aſſequi conetur, quâ methodo, quove ordine procedat, paucis diſpiciendum.

Laudabile teſtimonium de documentis fidei, de conſtantiâ, virtutibuſque *Chriſtianos* decentibus, quod undiquaque perhibebatur *Theſſalonicenſibus*, a *Timotheo*, ab illis reverſo, confirmatum, movit Apoſtolum, ut a gratulatione ordiretur. Gratulans igitur feliciſſimam illam ſtatûs & conditionis mutationem, quam ſubierant *Theſſalonicenſes*, eo ipſo hortatur & ſtimulat, ne umquam hunc ſtatum mutent, a *Chriſtianae* religionis profeſſione deficiant, neve, quibuscunque vexationibus, ſe deterreri patiantur a confeſſione & celebratione nominis CHRISTI. Hanc autem adhortationem, quam quaſi per circuitum facit, propius urget, ſubjectis adhortationibus, expreſſis, monitiſque ſaluberrimis, ad vitam, *Chriſtiano* nomine dignam, agendam.

Quae Methodus, uti ſaepiùs quoque in aliis, ſic in hac imprimis Epiſtolâ, *Paulo* placuiſſe videtur, hanc praecipuè

Digitized by Google

cipuè ob cauſſam, ne monita ſua *Theſſalonicenſes* in eam partem interpretarentur, quaſi Apoſtolo in ſuſpicionem aliquam veniſſent; id quod laudatiſſimos hoſce *Japhetitarum*, ad tentoria *Semi* pellectorum, anteſignanos inſigni triſtitiâ affeciſſet. Voluit igitur, contrà, Apoſtolus, ut haec monita acciperent, tamquam ſtimulos currentibus additos. Eleganter *Ovidius* in fine *Triſtium:*

Nec te credideris, quia non facis, iſta moneri:
Vela damus, quamvis remige puppis eat.
Qui monet, ut facias, quod jam facis, ille monendo
Laudat, & hortatu comprobat acta ſuo.

Id igitur agebat, atque omni ſtudio operam dabat *Paulus*, ut *viam mandatorum Domini percurrerent, dilatato corde;* quod *Hieropſaltae* cum maximè in votis fuiſſe legimus *Pſ.* CXIX. 32.

Quam appoſitae autem in hanc rem hae *Pauli* ſint laudationes, quam convenientes *Theſſalonicenſium* ſtatui adhortationes, quas in hac Epiſtolâ reperimus, ex ipſo earum argumento pateſcet.

Quam concinno ordine omnes & ſingulas hujus Epiſtolae, maximas, minimas, partes diſpoſuerit, Analyſis Epiſtolae declarabit. Pondus autem habere rationes, ſingulaſque phraſes, quibus uſus eſt Apoſtolus, earum intentior conſideratio docebit.

ANA-

Digitized by Google

ANALYSIS
Prioris *Pauli* Epiſtolae,
AD
THESSALONICENSES.

In priori igitur Epiſtolâ ad *Theſſalonicenſes* cernere licet

I. Inſcriptionem. Cap. I. 1. In quâ conſiderare oportet
   A. Perſonas, a quibus, & ad quas, data eſt haec Epiſtola.
   B. Salutationem, Epiſtolae praemiſſam.

II. Praecipuum Epiſtolae argumentum. Cap. I. 2-V. 25. Quod ad duo ſumma capita revocari poteſt:
   A. Gratulationem de *Chriſtianismo* ſuſcepto, tamquam feliciſſima ſtatûs permutatione. Cap. I. 2-IV. 1. Quae gratulatio non tantùm concipienda eſt tamquam indicium tenerrimi ſcribentium erga *Theſſalonicenſes* amoris, verùm etiam conſideranda, ut tendens ad excitandam in animis *Theſſalonicenſium* perceptionem vividiſſimam excellentiae illius felicitatis, ad quam perducti erant, cum a *Gentilismo* ad *Chriſtianismum* tranſirent. Hujus autem felicitatis vivida perceptio ſtimuli inſtar eſſe poterat, & debebat, quo concitarentur, ut eo, quo coeperant, pede pergerent, fidem, quam *Paulus* & Socii ejus praedicaverant, numquam defererent,

Digitized by Google

II.A.

nec a profeſſione Evangelii deficerent, ſed, contrà, in *Chriſtianismo* ſuo exultarent, & gloriarentur, eumque omnis generis virtutibus exornarent.

Habet autem haec gratulatio

א. Propoſitionem. Cap. I. 2--5 Quâ teſtatur Apoſtolus, Se, Sociosque ſuos, propter fauſtiſſimam conditionis *Theſſalonicenſium* mutationem, DEO gratias agere, & ſupplicare.

ב. Propoſitionis hujus ἐξεργασίαν, & confirmationem. Cap. I. 5---IV. 1.

a. Reſpectu gratiarum actionis. Cap. I. 5--II. 17. Ubi

(α) Succinctè probat, ſe habere juſtas, nomine *Theſſalonicenſium* DEO gratias agendi, cauſſas. Cap. I. 5--II. 1. Quo fine

1. Breviter oſtendit, qualis fuerit ſua, Sociorumque ſuorum apud *Theſſalonicenſes* praedicatio. Cap. I. 5.

2. Indicat, quam decenter & feliciter illi Evangelium acceperint, eique morem geſſerint. Cap. I. 6--II. 1. Atque hoc

AA. Aſſerit Apoſtolus. Cap. I. 6.

BB. Exaggerat atque confirmat. Cap. I. 7--II. 1. Ubi nota

אא. Exaggerationis brevem propoſitionem. Cap. I. 7.

בב. Ejusdem confirmationem & amplificationem. Cap. I. 8. 9. 10. Ubi

Digitized by Googl

II.A.ב.a.(α)2.BB.בב.

Ubi

aa. Probat exaggerationem, verſu 7. propoſitam. Cap. I. 8.

bb. Dicta ſua ulteriùs amplificando confirmat. Cap. I. 9. 10.

(β) Pluribus demonſtrat, quam juſta & legitima ſit cauſſa, ob quam gratias agebat DEO pro *Theſſalonicenſibus*. Cap. II. 1--17.

In hac demonſtratione praecipuè intendit probare, iſtam, quam ſubierant *Theſſalonicenſes*, mutationem, eſſe veram & ſalutarem converſionem ad DEUM verum, omnis beatitatis fontem: Hoc ut probaret, duo demonſtranda erant; Nimirùm, Ab unâ parte, vocationem, quae illis obtigerat, fuiſſe vocationem ipſius DEI; eos ad communionem bonorum Filii ſui invitantis: Ab alterâ parte, illos huic vocationi obtemperâſſe. Prius paucis verbis docuerat Cap. I. 5. Poſterius paulò fuſiùs oſtenderat Cap. I. 6-II. 1. Hanc ob cauſſam, prius illud aſſertum jam uberiùs exſequitur, & confirmat: Poſterius paucioribus verbis iteratò inculcat, atque hinc conficit ſe juſtas habere cauſſas, eorum nomine gratias DEO agendi maximas.

In hac igitur demonſtratione notare oportet

1. Documenta, quibus *Paulus*, ejusque Socii oſtenderant, ſe tamquam DEI legatos

Digitized by Google

II.A.ב.a.(β)1.

gatos ad *Theſſalonicenſes* veniſſe. Cap. II. 1—13.

Haec documenta

AA. Summatim proponuntur. Cap. II. 1. & 2.

אא. Κατ' ἄρσιν Cap. II. 1. Teſtatur Apoſtolus non vanum fuiſſe ſuum ingreſſum.

בב. Κατὰ θέσιν Cap. II. 2. Quod fiduciâ haud levi & inſigni ardore Evangelium DEI annunciaverint.

BB. Enucleatè confirmantur, Cap. II. 3-13. Ubi Apoſtolus

אא. Removet ſe & ſocios a ſuſpicione quorumcunque perverſorum principiorum, pravarumque concupiſcentiarum. Cap. II. 3--10. Hanc ſui defenſionem videmus

aa. Acervatim propoſitam. C. II. 3.

bb. Illuſtratam, & confirmatam. Cap. II. 4-10. Ubi

(*aa*) Illuſtratio fit per antitheſin, gravi & ſeriâ ad DEI omniſcientiam provocatione communitam. Cap. II. 4.

(*bb*) Confirmatio deducitur ex ipſis factis, rerumque documentis. Cap. II. 5--10. Quibus oſtenderat

§. Se-

Digitized by Google

II. A. ב. *a*. (β) : B B. א. *bb*. (ββ)

§. Se, Sociosque suos longè abfuisse a vitiis, quae seductores solennia habent, quaeque iis incitamenta seductionis esse solent. Cap. II. 5. & 6.

§§. Et, contrà, oppositis virtutibus diligentissimam operam navâsse. Cap. II. 7. 8. & 9. Ubi

i. Oppositas virtutes enarrat. Cap. II. 7. & 8.

ii. Provocat ad ipsam *Thessalonicensium* experientiam, quae eos de hoc studio Apostoli, & sociorum ejus, convinceret. Cap. II. 9.

בב. Demonstrat, quâ ratione se ipsos *Thessalonicensibus* duces praebuerint. Cap. II. 10--13.

aa. Vivendi ratione. Cap. II. 10.

bb. Et doctrinâ. Cap. II. 11. 12.

Quam ostenderant, a se traditam

(αα) Animo tenerrimi amoris pleno. Cap. II. 11.

(ββ) Modo DEUM cum maximè decente. Cap. II. 12.

2. Gratiarum actionem, propter justissimum

Digitized by Google

II.A.ב.a.(β)2. & decentiſſimum obſequium, ſuae praedicationi a *Theſſalonicenſibus* praeſtitum. Cap. II. 13--17.

Hic notare oportet

AA. Repetitam gratiarum actionem pro *Theſſalonicenſibus*. Cap. II. 13. p. primâ.

BB. Materiam hujus gratiarum actionis. Cap. II. 13. p. alterâ-17. Quae eſt

אא. Aſſenſus benè fundatus, quem praedicationi Apoſtoli, & Sociorum ejus praebuerant *Theſſalonicenſes*. Cap. II. 13. p. ſecunda.

בב. Fructûs, ſive effectûs laudabiles hujus aſſenſûs. Cap. II. 13. p. poſtremâ--17.

aa. Generatim indicati. Cap. II. 13. parte poſtremâ.

bb. Speciatim demonſtrati, ex tolerantiâ perſecutionum. Cap. II. 14. 15. & 16.

Haec autem tolerantia

(*aa*) Laudatur, tamquam imitatio Eccleſiae primitivae ex *Judaeis*, quae reliquarum quaſi mater eſt. Cap. II. 14.

(ββ) Exaggeratur deſcriptione execrandae malitiae *Judaeorum*. Cap. II. 15. 16.

b. Re-

Digitized by Googl

II. A. B. *a.*

b. Reſpectu obſecrationis, ſive precum ſuarum pro *Theſſalonicenſibus.* Cap. II. 17.-IV. 1. In hac parte ἐξεργασίας propoſitionis, verſu quinto Capitis primi factae, id agit Apoſtolus, ut oſtendat, quanto ardore amoris in *Theſſalonicenſes* flagret, quantoque ſtudio pro ſalute eorum indeſinenter ardeat ipſe, cum adjutoribus ſuis: Quod uti ipſos impulerat, ut omnem lapidem moverent, ut aliquid in eorum commodum & utilitatem poſſent conferre; ſic eos etiam nunc inſtigabat, ut calidiſſimas pro eorum incremento & ſalute preces funderent.
Hujus pericopae duas facimus partes. Oſtendit enim

(α) Reſpectu praeteriti temporis, quantum ſtudium, quantaque cura de ſalute ipſorum ſe, ſociosque ſuos tenuerit. Cap. II. 17--III. 6. Quod
1. Παθητικῶς exponit. Cap. II. 17--III. 1. Ubi
AA. Enarrat enixum ſuum eos viſendi ſtudium, quamvis *Satanae* malitiâ irritum factum. Cap. II. 17. & 18.
BB. Inçitamentum hujus ſtudii. Cap. II. 19. & 20.
2. Ipſis factis comprobat. Cap. III. 1--6. miſſione nimirùm *Timothei*, quae indicium erat
AA. Enixi ſtudii Apoſtoli, & Sociorum ejus,

II. A. ב. *b*. (*α*) 2. AA.

ejus, conſervandae & augendae felicitatis *Theſſalonicenſium*. Cap. III. 1-5.

BB. Sollicitae, quâ erant, curae de illorum ſalute. Cap. III. 5.

(*β*) Reſpectu temporis praeſentis, quantopere etiam nunc, animo tamen hilariori, & anxiae illius ſollicitudinis vacuo, commodis & utilitatibus *Theſſalonicenſium* invigilent. Cap. III. 6--IV. 1. Ubi

1. Commemorat Apoſtolus gaudium, quod conceperant ſuper laeto nuncio de *Theſſalonicenſium* conſtantiâ. Cap. III. 6--10. Hoc autem

AA. Declarat. Cap. III. 6. & 7.

BB. Illuſtrat, & confirmat. Cap. III. 8. & 9.

א א. Illuſtratio continetur. Cap. III. verſu 8.

ב ב. Confirmatio ejusdem ex agnitione, quantopere ſemet ipſos eo nomine ſentiant DEO eſſe obſtrictos. Cap. III. 9.

2. Teſtatur de calidiſſimis ſuis ſociorumque precibus, pro *Theſſalonicenſibus*. Cap. III. 10. 11. 12. & 13. In quibus

AA. Eas generatim declarat. Cap. III. 10.

BB. Formulam earum ſubjicit. Cap. III. 11. 12. & 13. Quâ oſtendit ſe optare

א א. Occaſionem ad *Theſſalonicenſes* redeundi

Digitized by Google

II.A.ב.*b*.(β)2.BB.אא.

deundi, ad promovendam illorum fidem. Cap. III. 11.

בב. Ipſum omnimodum *Theſſalonicenſium* profectum. Cap. III. 12. & 13. Quem

aa. Generatim exprimit. Cap. III. 12. parte priori.

bb. Diſtinctiùs deſcribit. Cap. III. 12. parte poſteriori. & 13. Tamquam

(αα) Incrementum mutui amoris. Cap. III. 12. parte poſteriori.

(ββ) Et inculpatae ſanctificationis. Cap. III. 13.

B. Admonitiones ſaluberrimas (quibus hortatur, & inſtigat eos, ut eum in modum vitam ſuam inſtituant, uti conveniebat huic conditionis ſuae mutationi) voto perquam ſerio obſignatas. Cap. IV. 1-V. 25. Ubi videas

א. Praecepta pietatis inculcata. Cap. IV. 1-V. 23.

a. Generatim. Cap. IV. 1--3. Ubi nota

(α) Admonitionis propoſitionem. Cap. IV. 1.

(β) Ejuſdem confirmationem. Cap. IV. 2.

b. Membratim, ſecundum partes illas, quas (Cap. III. 12. & 13) voto ſuo complexus erat; quas tamen ordine retrogrado exſequitur. Nimirùm proſequitur

(α) Speciales illas partes voti ſui, quas verſu

II.B.N.a.(a)

13. Capitis tertii, obſervare licet. Hinc hortatur, cùm ad inculpatam ſanctitatem, tùm ad incrementum uberius mutui amoris. Cap. IV. 3-V. 12. Obſervemus igitur graviſſimas Apoſtoli adhortationes

1. Ad ſtudium inculpatae ſanctificationis. Cap. IV. 3-9. Hoc monitum

AA. Acervatim proponitur. Cap. IV. 3. parte priori.

BB. Membratim exponitur. Cap. IV. 3. parte poſteriori---9. Ubi reperiuntur praecepta

ℵℵ. De vitandâ ſcortatione. Cap. IV. 3. parte poſteriori. ---6. Quod praeceptum

aa. Succinctè proponitur. Cap. IV. 3. parte poſteriori.

bb. Amplificatur. Cap. IV. 4. & 5. Quo fine

(*aa*) Exigit puritatem requiſitam. Cap. IV. 4.

(*ββ*) Eamque impuris *Gentilium* motibus opponit. Cap. IV. 5.

ג. De non opprimendis, nec fraudandis fratribus. Cap. IV. 6--9. Ubi notare oportet

aa. Officia juſtitiae erga fratres praeſtanda. Cap. IV. 6. Scilicet abſtinendum (*aa*) Ab

II.B.א.*b*.(α)I.BB.בב.*aa*.

(*aa*) Ab omni violentiâ.
(*ββ*) Ab omni fraude.

bb. Rationem, quâ adſtringit hanc ſuam dehortationem. Cap. IV. 6. parte poſteriori. 7. & 8. Haec autem ratio, deſumpta a vindictâ DEI,

(*aa*) Proponitur, vel in memoriam revocatur. Cap. IV. 6. parte poſteriori.

(*ββ*) Confirmatur, ratione deſumptâ a fine, ad quem DEUS eos vocaverat. C. IV. 7. & 8.

§. Finis hic ob oculos ponitur. Cap. IV. 7.

§§. Hinc conſequentia argumenti, a vindictâ DEI deſumpti, confirmatur, & illuſtratur. Cap. IV. 8.

2. Ad mutui amoris incrementum uberius. Cap. IV. 9-V. 12. Hoc pariter monitum AA. Acervatim proponitur. Cap. IV. 9. 10. Ubi reperimus

אא. Laudabile teſtimonium, quod Apoſtolus *Theſſalonicenſibus* perhibet. Quod

aa. Proponitur. Cap. IV. 9. parte priori.

bb. Confirmatur. Cap. IV. 9. parte poſte-

posteriori. & 10. parte priori. Ubi illis tribuit

(aa) A DEO concessam hujus officii cognitionem. Cap. IV. 9. parte posteriori.

(ββ) Insigne praxios studium. Cap. IV. 10. parte priori.

בב. Incitamentum, ut ulteriùs proficiant. Cap. IV. 10. parte posteriori.

BB. Quoad duo singularia officia, huc spectantia, distinctiùs exponitur. Cap. IV. 11---V. 12. Ubi ab eo removetur

אא. Vita desidiosa. Cap. IV. 11. & 12.

בב. Luctus immoderatus propter mortuos. Quo refero pericopam a Cap. IV. 13. usque ad Cap. V. 12. In quâ observare licet

αα. Dehortationem ab immoderato luctu. Cap. IV. 13-18. Quam

(aa) Proponit. Cap. IV. 13.

(ββ) Corroborat, ratione desumptâ a felicitate illorum, qui mortui sunt in CHRISTO. Cap. IV. 14-18.

§. Generatim declarata. Cap. IV. 14.

§§. Speciatim exposita. Cap. IV. 15-18. per revelationem ordinis, quo defuncti

&

Digitized by Google

II B. א. b. (α) 2. B B. בב, aa. (ββ) §§.

& superſtites ad CHRISTUM adducentur. Fit autem haec declaratio

/. Κατ' ἄρσιν. Cap. IV. 15.

//. Κατὰ θέσιν. Cap. IV. 16. & 17. Ubi agitur

— De ſingulis.

†. De mortuorum reſuſcitatione. Cap. IV. 16.

††. De ſuperſtitum cum illis in aërem tranſlatione. Cap. IV. 17. parte priori.

= De utrorumque aeternâ felicitate. Cap. IV. 17. parte poſteriori.

bb. Adhortationem ad mutuam conſolationem, & admonitionem. Cap. IV. 18-V. 12. Hanc adhortationem

(αα) Proponit. Cap. IV. 18.

(ββ) Amplificat. Cap. V. 1-12. In hac amplificatione notare oportet

§. Διατύπωσιν. Cap. V. 1-11. In quâ

/. Laudabile teſtimonium

Digitized by Google

II.B.א.b.(α)2. BB.בב.bb.(ββ)§.I.

perhibet *Theſſalonicenſibus*; quo teſtatur illos non eſſe deſtitutos iis, quae ad hanc παράκλησιν ſunt neceſſaria. Cap. V. 1-5. p. poſteriori.

II. Ipſemet eos admonet, & conſolatur, ut exemplum ipſis praebeat παρακλήσεως, ſibi invicem faciendae. Cap. V. 5. parte poſteriori. --- II.

Hanc admonitionem

— Proponit, quâ ſemet ipſum pariter & illos inſtigat, ad vigilantiam, & ſobrietatem. Cap. V. 5. parte poſteriori. & 6.

= Urget. Cap. V. 7. 8. 9. 10.

§§. Concluſionem, propoſitioni, Cap. IV. 18. factae, reſpondentem. Cap. V. 11.

(β) Generalem illam voti ſui partem: Quâ (uti Cap. III. 12. vidimus) optaverat, ut DEUS illos velit πλεονάσαι. Cap. V. 12-23.

Hortatur igitur ad illa officia, quae quam maximè ad eorum πλεονασμὸν conducere videbantur. I. In

II. B. ℵ. *b*. (β)

1. In ordine ad alios. Cap. V. 12-16. Eosque
AA. Vel praefectos. Cap. V. 12. & 13. parte priori.
BB. Vel pares. Cap. V. 13. parte posteriori --16. Ubi commendat
ℵℵ. Pacem servandam. Cap. V. 13. parte posteriori.
בב. Observandum prudentem ex charitate agendi modum. Cap. V. 14. & 15.
aa. Ad prudentiam pertinet, cum singulis agere, prout cujuscumque status postulat: Hoc itaque docet *Thessalonicenses* Cap. V. 14.
Ubi videmus, nonnunquam tractandos esse:
(αα) Magis voluntariè peccantes; quos ἀτάκτους vocat, quosque monendos vult Apostolus.
(ββ) Minùs voluntariè peccantes. Qui sunt
§. Pusillanimes. consolandi.
§§. Infirmi. corroborandi.
bb. Ad charitatem, cum istâ prudentiâ conjungendam, pertinet:
(αα) Mansuetudo, demonstranda
§. Longanimitate.
§§. Abstinentiâ accuratâ ab omni vindictâ.
(ββ) Studium & ardor, pro salute aliorum. §. Cùm

II. B. א. *b.* (β) I. BB. בב. *bb.* (ββ)

§. Cùm fratrum.

§§. Tùm aliorum.

2. In ordine ad ſe ipſos. Cap. V. 16-23.

AA. Suadet gaudium perpetuum, gratiarum actionibus & precibus fovendum. Cap. V. 16-19. Ubi

א. Hortatur ad ſpirituale hoc gaudium. Cap. V. 16.

בב. Oſtendit, quâ ratione hoc gaudium ſit fovendum ſimul & declarandum. Cap. V. 17. & 18.

aa. Hoc docet fieri debere. Cap. V. 17. & 18. parte priori.

(αα) Precibus indeſinenter fundendis. Cap. V. 17.

(ββ) Gratiarum actionibus perpetuis. Cap. V. 18. parte priori.

bb. Confirmat. Cap. V. 18. parte poſteriori.

BB. Commendat prudentiam obſervandam:

א. Utendo donis, ſibi aliiſve, a DEO conceſſis. Cap. V. 19. & 20. Ubi

aa. Generatim monet, non eſſe exſtinguendum Spiritum. Cap. V. 19.

bb. Speciatim, profetias non eſſe contemnendas. Cap. V. 20.

בב. Cavendo ſibi

aa. Ab errore; per explorationem omnium, retentis bonis. Cap. V. 21.

bb. Ab

Digitized by Google

II.B.א.*b*.(β)2.BB.בב.*aa*.

bb. Ab omni mali ſpecie.

ב. Votum, cum parrheſiâ, ab Epiſtolæ Auctoribus factum pro *Theſſalonicenſibus*, ut nempe DEUS eis largiatur illa, ad quæ eos hortatus erat. Cap. V. 23. & 24. Ubi nota

a. Votum. Cap. V. 23.

b. Fiduciam. Cap. V. 24.

III. Clauſulam, Cap. V. 25. 26. 27. & 28.

Digitized by Google

CAPITIS QUINTI

SECTIO ALTERA.

De posteriore Epistola

AD

THESSALONICENSES.

AD Secundam Epistolam quod attinet, Occasio eam scribendi non nisi ex ipso ejus argumento, ejusque collatione cum argumento prioris Epistolae, investigari potest.

In priori Epistolâ id egerat Apostolus, ut recens plantatam hanc Ecclesiam in fide confirmaret, & adversus persecutiones, quas perpeti necesse habebant, muniret: Cum autem hae persecutiones essent diuturnae, cum nondùm cessarent (uti ex Cap. I. 4. discimus) nec brevi fortè tempore cessaturae essent, tentationibus gravioribus materiam praebebant; ac proin Apostolo occasionem, tanto majorem curam & laborem impendendi, ut eorum animos erigeret vel firmaret.

In priori Epistolâ Apostolus *Thessalonicenses* incitaverat ad conversationem, *Christianam* religionem condecorantem; quâ pateret non hac illâve concupiscentiâ stimulatos fuisse *Thessalonicenses*, ad amplexandam religionem *Christianam;* sed, solo amore DEI & veritatis, se ipsos CHRISTO in obsequium tradidisse, ut sanguine ipsius redemti, ipsi & Patri in Spiritu & veritate servirent.

Digitized by Google

virent. Nec colla ſua alii terreno imperio, vel regno mundano ſubmiſiſſe; vel CHRISTUM tamquam Regem hujus mundi, cujus regnum Imperatoris Imperio adverſaretur, venerari; quae adverſariorum erat, uti ex *Act.* XVII. 7. vidimus, calumnia. Hoc ſtrenuè functi erant hactenùs officio, uti ex Cap. III. 4. intelligimus. Hinc nata Apoſtolo occaſio illos & hoc nomine laudandi, atque currentibus denuò calcar addendi.

Sed praeter has paulò generaliores occaſiones, aliae dabantur magis ſpeciales. Inter officia, *Chriſtianum* hominem decentia, & hoc ſpeciale erat, ad quod eos hortatus erat Apoſtolus, nimirùm ut diligenter manibus ſuis laborarent, ſibique victum & amictum pararent, quod, uti ſemper, ſic ſingulari ratione hoc tempore, conducebat. Hoc autem officium nonnulli negligere incipiebant, uti Apoſtolus indicat Cap. III. 11. Hinc nata occaſio eos ad hanc *Chriſtianae* converſationis partem acrioribus ſtimulis incitandi.

Specialiſſima autem, & quam *Paulum* ad ſcribendum praecipue moviſſe crediderim, ratio haec fuit: Ut eos alacres redderet, ſaltem curaret, ne ſegnes fierent propter perſecutiones in promovendo regno CHRISTI, iteratis vicibus illis ob oculos poſuerat illuſtriſſimum illum diem adventûs CHRISTI ex coelis, ad conſummationem felicitatis redemtorum. vide 1 *Theſſal.* I. 10. II. 19. III. 13. Sed praeterea uſus erat Apoſtolus hac illâve phraſi, quae, ſi nimiùm premeretur, & ultra ſcopum Apoſtoli urgeretur, nec cum aliis Sacrae Scripturae dictis, de eodem CHRISTI adventu, & ſignis eum antegreſſuris, loquentibus, conferretur, anſam dare

Digitized by Google

poterat cogitandi, intra breve temporis ſpacium exſpectandum eſſe hunc CHRISTI *Domini* ad judicium adventum. vide 1 *Theſſal.* IV. 15. 16. 17. & V. 4. Accedebat, quod vel jam tunc fuerint, vel quod praeviderit Apoſtolus excituros, qui hunc errorem *Theſſalonicenſibus* perſuadere vellent; in hanc rem ipſâ quoque Apoſtoli auctoritate abuſuri: uti innuit Apoſtolus 2 *Theſſ.* II. 1. 2. 3.

Hoc duplicem ſcribendi occaſionem Apoſtolo ſuppeditabat. Scilicet, hoc Apoſtolum movebat, ab unâ parte, ut ipſis denuò in mentem revocaret adventum *Domini* noſtri JESU CHRISTI, eoſque de illo iteratò certos redderet; ab alterâ verò parte, ut eorum animis evelleret iſtum errorem de propinquo adeò CHRISTI *Domini* ad judicium adventu: qui ſanè error admodùm periculoſus & noxius eſſe poterat: Eventu enim comprobante CHRISTUM tam ſubitò ex coelis non redire, illi, qui crediderint *Paulum* tam ſubitum & brevi tempore exſpectandum reditum CHRISTI ex coelis praedixiſſe, eo ipſo adduci poſſent, ut ipſum adventum CHRISTI, atque ſic porrò omnem veritatem Evangelii, a *Paulo* praedicati, in dubium vocarent.

Ex hac occaſionis attentâ conſideratione, ſcopus Epiſtolae facilè innoteſcit.

Quoad ſummam rei ſcopus hujus Epiſtolae idem eſt, qui fuit prioris Epiſtolae: Denuò in eo eſt Apoſtolus, ut hortetur *Theſſalonicenſes* ad conſtantiam, in ſervandâ fide Evangelii, ejusdemque intrepidâ profeſſione, & converſatione, *Chriſtiano* homine dignâ: Speciatim verò id agit, ut ipſos permoveat ad emendationem ἀταξίας, ne-

Digitized by Google

negligentiae nimirùm in laboribus, & peragendis iis, quae muneris ratio ab unoquoque eorum exigebat.

Ut autem ad conſtantiam fidei & profeſſionis Evangelii, ſaevientibus licet perſecutionibus, eos incitaret, iterùm ob oculos ponit certò exſpectandum illis exoptatiſſimum, illiſque ſaluberrimum, adventum *Domini* noſtri JESU CHRISTI, atque de hoc adventu eos denuò ſtudet reddere quam certiſſimos; atque hac ipſâ, ſanè commodiſſimâ, occaſione, animis eorum evellere ſtudet perverſum, & quam maximè noxium, praejudicium de adventu *Domini* poſt breve admodùm temporis ſpacium exſpectando.

Appoſitè ad ſcribendi occaſionem accommodatus erat hic ſcopus. Sic invigilare commodis & utilitati Eccleſiae, recens plantatae & perquam laudabilis, conveniens cum maximè erat muneri *Pauli*, *Silvani*, & *Timothei*, quorum miniſterio uſus erat *Dominus* in pelliciendis hiſce primis *Japhetitis* ad tentoria *Semi*.

Hunc reverà Apoſtoli & ſociorum ejus ſcopum eſſe in hac Epiſtolâ, ex ipſo ejus argumento innoteſcit. Id enim, quo tendunt omnes partes operis, & in quo quaſi centro colliguntur, meritò pro ſcopo Auctoris habetur. Si quis vel leviter inſpiciat Epiſtolam, ſtatim obſervabit in eâ reperiri adhortationes ad conſtantiam, praecipuè propter exſpectandum certò diem *Domini*. Cap. I. 4-11. Vota calidiſſima, quibus Auctores Epiſtolae gratiam, ad conſtantiam neceſſariam, *Theſſalonicenſibus* apprecantur. Cap. I. 11. 12. II. 16. 17. Serium admodùm & graviſſimum monitum, ne ſe paterentur ſeduci ad noxium errorem, ad labefactandam ſpem adventûs

Digitized by Google

CHRISTI aptum natum. Cap. II. 1–13. Stimulos ad alacritatem, vigilantiam, aſſiduitatem in precibus. Cap. II. 15. III. 1. 13. Praecepta de diligentiâ in negotiis, unicuique datis, gnaviter peragendis, ad pudorem & confuſionem eorum, qui ἀτάκτως vivere inſtituebant, & confutationem eorum, qui fortè *Chriſtianam* religionem, quaſi hujus ἀταξίας originem, calumniari ſuſtinerent.

Quam concinno autem ordine omnes hujus Epiſtolae ſuae partes diſpoſuerit Apoſtolus; quanta in vi argumentorum, & nervoſâ Apoſtoli ſcribendi ratione, quanta denique in verborum & phraſium ſelectu eluceat ſapientia, partim ex Analyſi, partim ex Exegeſi hujus Epiſtolae conſtabit.

Analyſin autem perbrevem Tibi, Lector Benevole, exhibeo, quoniam uberior, cum Commentario Exegetico, praelum exercebit, vernaculo idiomate conſcripta; poſtquam commentarius in priorem, qui nunc ſub prelo eſt, illud liberaverit: ἐὰν Θεὸς θελήσῃ καὶ ζήσωμεν.

ANA-

Digitized by Google

ANALYSIS
Posterioris *Pauli* Epistolae,
AD
THESSALONICENSES.

I. Inscriptio. Cap. I. 1. 2.
II. Argumentum Epistolae. Cap. I. 3.---III. 17. Quod constat
A. Excitatione animos erigente, quâ Apostolus *Thessalonicenses* consolari, & ad constantiam animare studet, ex firmâ spe adventûs *Domini* JESU, superiori Epistolâ saepiùs ob oculos positâ. Cap. I. 3--III. 1.
Excitat autem *Thessalonicensium* animos Apostolus
&. Oratione gratuloriâ. Cap. I. 3--II. 1. Habet autem haec oratio gratulatoria
a. Testificationem gratitudinis, quam Auctores Epistolae profitebantur se DEO, *Thessalonicensium* nomine, debere. Cap. I. 3--11. Ubi nota
(α) Propositionem. Cap. I. 3. parte priori.
(β) Propositionis ἐξεργασίαν. Cap. I. 3. parte posteriori—— 11. Quâ materiam suæ gratiarum actionis amplissimè repræsentat.

1. Ge-

Digitized by Google

II. A. N. α. (β)

1. Generatim eam proponens. Cap. I. 3. parte posteriori.
2. Singulatim eam amplificans. Cap. I. 4-11. In quâ amplificatione cernere est

AA. Singulare encomium patientiae & fidei in omnibus afflictionibus, quo *Thessalonicenses* ubique exornabant *Paulus*, ejusque socii. Cap. I. 4.

BB. Demonstrationem utilitatis, felicisque exitûs afflictionum, quas fideles pati necesse habebant. Cap. I. 5--11. Ubi videas

אא. Propositionem. Cap. I. 5. Quâ testatur hunc esse usum harum persecutionum, ut

aa. In genere documentum praebeant justi DEI judicii. Cap. I. 5. parte priori.

bb. In specie eò inserviant, ut *Thessalonicenses* illo in statu collocentur, ut digni judicentur regno DEI. Cap. I. 5. parte posteriori.

בב. Hujus propositionis confirmationem. Cap. I. 6--11. Ubi Apostolus

aa. Propositionem confirmare incipit, argumento generali, a justitiâ DEI desumpto. Cap. I. 6.

Digitized by Google

II.A.א.a.(β) 2.BB.בב. *aa.*

I. 6. & 7. Ubi oſtendit, quid juſtitia divina poſtulet.

(*aa*) In ordine ad perſecutores. Cap. I. 6.

(*ββ*) In ordine ad illos, qui perſecutionem patiebantur. Cap. I. 7.

bb. Hanc confirmationem ulteriùs elaborat. Cap. I. 8–II. 1.

(*aa*) Argumento, ab ipſâ demonſtratione juſtitiae Divinae per effectûs, deſumpto. Cap. I. 8–10. p. pr. In quo argumento oportet, ut notemus

§. Judicia praeambula, quae Apoſtolus tamquam praeambula ſpectanda exhibet, quae, ipſâ experientiâ ſaepiùs atteſtante, a *Domino* exercentur in duplicis generis homines. Cap. I. 8.

§§. Conſequens, & ſupremum judicium, poſtea exſpectandum. Cap. I. 9. & 10. parte priori. Ubi

II. A. א. *a*. (β) 2. BB. בב. *bb*. (αα) §§.

/. Horrendum aeternum ſupplicium, ad quod impii rapientur, praedicit. Cap. I. 9.

//. Simulque (quod ad exaggerationem quoque interminati ſupplicii facit) ex oppoſito praenunciat conſummatam gloriam, quam idem ille *Domini* adventus piis afferet. Cap. I. 10. parte priori.

(ββ) Et in ordine ad *Theſſalonicenſes* ulteriùs ſtabilit, argumento deſumpto a fide, quam illi teſtimonio *Pauli* & συνέργων ipſius habuerant. Hanc enim fidem DEUS confundere, vel pudefacere non poteſt. Cap. I. 10. parte poſteriori.

b. Teſtificationem precum, quas Auctores Epiſtolae pro *Theſſalonicenſibus* fundebant. Cap. I. 11. & 12. De hiſce ſuis precibus

(α) Generatim teſtificantur. Cap. I. 11. parte priori.

(β) Speciatim explicant:

1. Quid

Digitized by Google

II. A. N. b. (β)

1. Quid pro illis orarent. Cap. I. 11. parte posteriori.
2. Horumque beneficiorum finem ultimum. Cap. I. 12.

ב. Oratione informatoriâ de summo quodam discrimine, Ecclesiae subeundo, superando tamen, quod adventum *Domini* de coelo, nequaquam brevi tempore exspectandum, praecedere debebat. Cap. II. 1--III. 1.

In hoc Capite notare oportet

a. Institutionem propheticam de Apostasiâ, ejusque concomitantibus, & consequentibus, ante diem CHRISTI exspectandis; oppositam errori de propinquitate illius diei; quem errorem nonnullos vel jam spargere sciebat, vel sparsuros praevidedebat, & metuebat Apostolus. C. II. 1-13.

In hac institutione propheticâ Apostolus

(α) Graviter admodùm, & seriò hortatur *Thessalonicenses*, ut sibi caverent ab errore, de brevi instante die *Domini*. Cap. II. 1-3. parte secundâ.

(β) Docet Apostasiam singularem, ejusque sequelas, longè gravissimas, exspectandas esse, antequam credere liceat diem *Domini* brevi adfuturum. Cap. II. 3. parte secundâ--13.

In hac pericopâ Apostolus

1. Summatim praedicit Apostasiam, ejusque Ducem singularem comparere debere, antequam dies *Domini* instet. Cap.

Digitized by Google

II. A. ב. *a.* (β) 1.

II. 3. parte secundâ & 4. Quibus verbis vaticinatur

AA. De venturâ defectione. Cap. II. 3. parte secundâ.

BB. De Capite hujus defectionis revelando. Cap. II. 3. parte tertiâ. & 4. De quo

אא. Acervatim loquitur. Cap. II. 3. parte tertiâ.

בב. Uberiorem ejusdem delineationem subjiciens. Cap. II. 4.

2. Hanc praedictionem amplificat. Cap. II. 5--13.

AA. Eam, ex praedictione antea coràm factâ, & in memoriam revocandâ, confirmans. Cap. II. 5.

BB. Eandemque enucleatiùs exponens. Cap. II. 6--13.

In hac distributâ expositione

אא. Distinctè proponit consideranda tempora memorati Capitis defectionis. Cap. II. 6--9. Ubi docet

aa. Illud post moram aliquam demùm revelandum. Cap. II. 6-8. parte posteriori. Quibus verbis

(αα) Occultâ quâdam ratione indicat, quaenam remora revelationi ipsius, istis qui-

Digitized

II. A. ב. *a.* (β) 2. BB. אא *aa.* (αα)

quidem temporibus, obſtaret. Cap. II. 6. & 7.

(ββ) Praedicit revelationem ſcelerati illius, remotâ iſtâ remorâ, confeſtim exſpectandam. Cap. II. 8. parte priori.

bb. Neque perenne habiturum imperium. Cap. II. 8. parte poſteriori. cum abolendus ſit

(αα) *Spiritu oris CHRISTI.*

(ββ) Illuſtri ejusdem adventu.

גב. Graviter, & conceptis verbis admonet de difficultate tentationis, & ſeveritate judicii Divini, juſtiſſimi tamen, Eccleſiae *Chriſtianae* externae ſubeundi. Cap. II. 9--13.

U bi oſtendit

aa. Quanta hujus tentationis foret difficultas. Cap. II. 9. & 10. parte priori.

bb. Quam ſeverum, ſed juſtum ſimul foret judicium, quod DEUS exerceret in illos, qui oretenùs tantùm ſe Eccleſiae CHRISTI adjunxerint. Cap. II. 10. parte poſteriori. 11. & 12.

Digitized by Google

II. A. ב. *a.*

b. Corroborationem fidelium *Theſſalonicenſium* contra metum, quem fortaſſis ex hac triſtiſſimâ praedictione conciperent. Cap. II. 13—III. 1. In quâ pericopâ Apoſtolus

(α) Animos eorum erigit, teſtificatione gratiarum, quas, pro *Theſſalonicenſium* verâ & ſalutari converſione, ſe ſociosque ſuos DEO debere profitetur. Cap. II. 13. & 14.

(β) Eosdemque confirmat. Cap. II. 15. 16. & 17.

1. Adhortatione, quâ docet eos, quomodo effugere debeant, ſibique cavere, ne malo iſtius tentationis implicentur. Cap. II. 15.

2. Precibus, fiduciâ plenis, pro illorum conſolatione, & confirmatione fuſis. Cap. II. 16. & 17.

B. Adhortationibus ad varii generis officia, *Chriſtiano* homine digna, quaeque ſtatus Eccleſiae, iſto cum maximè tempore, ſingularem in modum inculcari flagitabat. Cap. III. 1--17.

Hortatur autem eos Apoſtolus

א. Ad preces, pro ſe & adjutoribus ſuis; difficillimis hiſce temporibus, fundendas. Cap. III. 1--6. Ubi

a. Summatim petit illorum pro ſe & adjutoribus ſuis interceſſionem. Cap. III. 1. parte priori.

b. Membratim exponit, quid, & quam ob cauſſam orare debeant.

(α) In

II. B. א. *b.*

(α) In genere, glorioſos ſermonis DEI progreſſûs. Cap. III. 1. parte poſteriori.

(β) In ſpecie, huc conducentem liberationem ſui & ſociorum ſuorum a protervis & ſceleratis hominibus. Cap. III. 2--6.

In quibus verbis attendere oportet

1. Propoſitionem, quâ indicat, quid illos petere velit. Cap. III. 2. parte priori.

2. Hujus propoſitionis amplificationem. Cap. III. 2. parte poſteriori--6. In quâ

AA. Prudenter exponit periculum, propter quod ita orare deceat. Cap. III. 2. parte poſteriori. & 3.

אא. Periculum indicat. Cap. III. 2. parte poſteriori.

בב. Prudentiam oſtendit, ſubjungens ſolatium, ne illorum animos dejiceret. Cap. III. 3.

BB. Ad officium, quod poſtulaverat, eos inſtigat. Cap. III. 4. & 5.

אא. Teſtificando ſpem de illorum obedientiâ conceptam. Cap. III. 4.

בב. In eodem officii genere ipſis praeeundo. Cap. III. 5.

ב. Ad converſationem decentem, & benè compoſitam. Cap. III. 6--17.

Hic videas Epiſtolae hujus Auctores

a. Seriò & graviter admonentes Eccleſiam *Theſſalonicenſium*. Cap. III. 6--16. Ubi

(α) Ge-

Digitized by Google

II. B. ב. *a*.

(α) Generatim, hortantur ad evitandam & fugiendam communionem cum ἀτάκτους. Cap. III. 6. & 7. Quam admonitionem
1. Proponunt. Cap. III. 6.
2. Urgent, argumento desumpto ab exemplo suo, *Thessalonicensibus* agnito & probato. Cap. III. 7.

(β) Speciatim, ἀταξίαν in remissione laborum, ad vitam sustentandam requisitorum, corrigere student. Cap. III. 8--16.

In quibus versibus notare juvat
1. Praeparationem ad hanc correctionem. Haec constat duabus partibus:

AA. Commemoratione suae ipsorum conversationis, & admonitionis. Cap. III. 8--11.

אא. Conversationem suam in memoriam revocant. Cap. III. 8. & 9. Ostendendo,

aa. Quâ ratione se gesserint, diligenter nimirùm, ad comparandum sibi victum, laborantes. Cap. III. 8.

bb. Quas habuerint ita se gerendi causas. Cap. III. 9.

בב. Praecepta, quae dederant, quorumque gratiâ ipsi *Thessalonicensibus* praeiverant, commemorant. Cap. III. 10.

BB. Querimoniâ de nonnullorum, hac in par-

Digitized by Google

II.B.ב.a.(β)1.BB.

parte, ingruente ἀταξίᾳ Cap. III. 11. Quae cauſſa erat ſpecialis hujus admonitionis & correctionis.

2. Ipſam correctionem. Cap. III. 12-16. Ubi

AA. Ipſos ἀτάκτους ſeriò adhortantur. Cap. III. 12.

BB. Meliorem Eccleſiae partem admonent. Cap. III. 13--16.

אא. Ad perſeverantiam in praeſtatione officii. Cap. III. 13.

בב. Ad confuſionem & convictionem τῶν ἀτάκτων. Cap. III. 14. 15. Quam

aa. Praecipiunt. Cap. III. 14.

bb. Eique modum praeſcribunt. Cap. III. 15.

b. Voto claudunt. Cap. III. 16.

III. Obſignatio Epiſtolae. Cap. III. 17. & 18. Ubi videas

A. Cautelam, quâ docet notam diſcretivam, quâ genuinae ſuae Epiſtolae a ſpuriis dignoſci queant, & debeant. Cap. III. 17.

B. Votum, quo hanc Epiſtolam finit. Cap. III. 18.

Digitized by Google

CAPUT SEXTUM,

De Divinâ Auctoritate harum Epiſtolarum.

EX his omnibus, quae hactenùs tradidimus, ſponte patet Divina harum Epiſtolarum Auctoritas. Neque dubitare licet, an hae Epiſtolae jure in numerum *Canonicarum* Epiſtolarum ſint relatae.

Si enim puritatem ſcopi, ad quem Scriptores earum omnia dirigunt, conſideres; ſi ſanctitatem omnium & ſingularum adhortationum ſpectes; ſi perpendas convenientiam dogmatum cum doctrinâ CHRISTI, reliquorum Apoſtolorum, & antiquorum Prophetarum; ſi vim argumentorum, ſi admirandam ſapientiam, in digerendis omnibus, accuratiſſimo, maximè quoque concinno, ordine, ad animum revoces: Si hiſce jungas, quod omnium, ab ipſo primo *Chriſtianiſmi* ortu, ſaeculorum, Eccleſiarum teſtimonio comprobatum ſit, has Epiſtolas Auctores habere *Paulum*, *Silvanum*, & *Timotheum*, quod Capite primo praeliminari fuſè probatum dedimus: Si debito modo Divinitatem vocationis *Pauli*, celebritatem *Silvani*, tamquam Prophetae, ſi pietatem laudatiſſimam *Timothei* attendas: Si denique conſideres, quâ ratione hi Triumviri ſe geſſerint inter *Theſſalonicenſes*, cujus rei teſtes eſſe volunt ipſam *Theſſalonicenſium* Eccleſiam, uti prioris Epiſtolae Cap. I. & II. videri poteſt: Dubium eſſe non poteſt, quin *Theſſalonicenſes* non tantùm, iique pri-

Digitized by Goog

primo loco, ſed etiam reliquae Eccleſiae debuerint has Epiſtolas recipere, tamquam Scripturas Θεοπνεύστους.

Haec autem Θεοπνευστία ſequentibus temporibus eò magis innoteſcere potuit, conſpecto (ex parte ſaltem) ſingulariſſimae illius, quam Cap. II. poſterioris Epiſtolae legimus, praedictionis implemento.

Digitized by Google

CAPUT ULTIMUM,

De Utilitate harum Epiſtolarum.

QUem uſum praeſtent hae Epiſtolae, non poteſt latere vel modicè attendentem.

Continent enim egregiam deſcriptionem felicitatis *Chriſtianorum.* Quae ſummopere facit ad conſolationem, laetitiamque ſpiritualem.

Simul autem habent efficaciſſimas adhortationes, ad converſationem iſto ſtatu dignam; adeoque quam maximè ad pietatem facit ſedula harum Epiſtolarum meditatio.

Speciatim autem uſûs longè maximi eſt illa de apoſtaſiâ & homine peccati praemonitio. Ut diſcamus fugere & averſari communionem cùm Regno & Rege, Regi noſtro adverſario. Simulque ſtudeamus ſedulò cavere, ne, defectu amoris veritatis ad ſalutem, DEO juſtas praebeamus cauſſas nos ſimili horrendo judicio puniendi, quo ultus eſt orbem *Chriſtiani* nomen mentitum: Atque, contrà, omni virium contentione conemur imitari primaevam illam CHRISTI Eccleſiam, omni virtutum genere conſpicuam; qualis hic, in priori imprimis Epiſtolâ, facies Eccleſiae *Theſſalonicenſium* depingitur: Quod faxit DEUS ter Optimus Maximus, propter Filium, & per Spiritum ſuum Sanctum. Amen!

FINIS.

Digitized by Google

ANALYSIS
EPISTOLARUM *PAULI* APOSTOLI
AD
THESSALONICENSES,
PRIORIS ET POSTERIORIS.

Praemissis quibusdam Praeliminaribus:

Quorum conspectus patebit vertâ tantùm hac plagulâ.

Digitized by Google

EXEGESIS LOCI PAULINI

1 *Theſſal.* IV. 16.

Ὅτι αὐτὸς ὁ Κύριος ἐν κελεύσματι, ἐν φωνῇ Ἀρχαγγέλου, καὶ ἐν σάλπιγγι Θεοῦ καταβήσεται ἀπ' οὐρανοῦ, καὶ οἱ νεκροὶ ἐν Χριστῷ ἀναστήσονται πρῶτον.

HAud ingratum fortè erit Lectoribus, ſaltem Auditoribus meis, qui poſtea demùm ad ſcholas meas acceſſerunt, ſi cum illis quoque communicavero hoc ſpecimen exegeſios, convenienter analyſi, elaboratae, in locum vexatum 1 *Theſſal.* IV. 16. Quod in principio Anni Academici, ad diem 16. *Septembris* & ſeqq. Anni MDCCXVII. (atque hoc pacto ante hos XXIV. annos) Lectionibus Publicis cum Auditoribus iſtius temporis communicavi.

Immutatum illud exhibeo, quoniam in eâdem ſententiâ perſiſto, licet ab eâ diſſenſerit, illo tempore, Vir Doctus, τὸν ἐν ἁγίοις, amicus meus, dum viveret, certiſſimus, quoad ſenſum commatis hujus, aliquâ ex parte, ſpeciatim de verbis ἐν φωνῇ Ἀρχαγγέλου: Cujus quasdam rationes, pro concione expoſitas, examinabam, qui diſſenſum meum, abſque ullâ amicitiae noſtrae diminutione, ferebat; uti Ego quoque, eâdem aequitate, ipſius objectiones, quamvis concioni meae, *Amſtelodami*, aliquot annis ante, habitae, e diametro oppoſitas

Digitized by Google

clariſſime ſentirem: Sic decet, incolumi amicitiâ, diverſum ſentire, συζητεῖν, rationes conferre, nihilque (cum errare humanum ſit) magis cupere, quam ut veritas vincat.

Praecedat hanc noſtram

EXPOSITIONEM EXEGETICAM,

Verſus 16. Capitis IV. Epiſtolae prioris ad *Theſſalonicenſes*,

OSTENSIO COHAERENTIAE.

EX Analyſi noſtrâ patet, *Paulum* a verſu 14. uſque ad 18. hujus Capitis in eo eſſe, ut dehortationem ab immoderato propter defunctos luctu, verſu 13. propoſitam, corroboret, ratione deſumptâ a felicitate illorum, qui in CHRISTO mortui ſunt. Eâque

§. Generatim declaratâ. verſu 14.

§§. Speciatim expoſitâ, per revelationem ordinis, quo defuncti & ſuperſtites, ad CHRISTUM adducentur. verſu 15-18.

/. Κατ' ἄρσιν. verſu 15.

//. Κατὰ θέσιν. verſu 16. & 17.

Ubi agitur

— De ſingulis. verſu 16. & 17. parte priori.

†. De mortuorum reſuſcitatione. verſu 16.

††. De ſuperſtitum cum illis in aërem tranſlatione, verſu 17. parte priori.

= De utrorumque aeternâ felicitate. verſu 17. parte poſteriori.

Se-

Digitized by Google

Sequatur nunc

ANALYTICA EXEGESIS.

OStendit igitur Apoſtolus hoc 16. verſu, quomodo *Dominus*, cum multâ ſuae gloriae demonſtratione, mortuos die noviſſimo ſit excitaturus.

Cohaerent haec verba cum praecedentibus per conjunctionem cauſſalem ὅτι. Quâ oſtendit Apoſtolus ſe id, quod verbis proximè praecedentibus dixerat, paulò diſtinctiùs velle exponere, uberiùs illuſtrare, atque eo ipſo magis confirmare. Ex hâc enim ulteriori & ampliori expoſitione videre poterant *Theſſalonicenſes*, ſe non feſtinanter, ſed diligenter, atque animo deliberato, Auctore DEO, haec tradere.

Ad rem ipſam quod attinet, videmus in his verbis:

1. Amplam deſcriptionem adventûs *Domini*.
2. Cum eo conjunctam reſurrectionem mortuorum in CHRISTO.

I. Adventus hic Domini

A. *Generatim* deſcribitur tamquam *deſcenſus*, ſive καταβασις ἀπὸ τῦ ὐρανῦ.

B. *Speciatim* autem additur, quantâ magnificentiâ gloriam potentiae ſuae, in iſto deſcenſu, demonſtraturus ſit *Dominus*.

A. Primo igitur loco dicit Apoſtolus: Αὐτὸς ὁ Κύριος καταβήσεται ἀπ' ὐρανῦ.

N. Subjectum orationis eſt Αὐτὸς ὁ Κύριος. Intelligit Servatorem noſtrum JESUM CHRISTUM, qui, & tamquam verus JEHOVAH, & tamquam ſui populi Redemtor, quique, ad liberationem po-

Digitized by Google

I. A N.

puli ſui, ſoluto precio, jus acquiſitum habet in populum ſuum; ad demonſtrandas, in ipſius pleniſſimâ ſalute, divitias Suae gloriae.

Nec emphaſi caret pronomen αὐτὸς: Hoc enim non tantùm generatim indicat ſe eumdem, de quo jam aliquoties locutus fuerat, *Dominum* reſpicere; ſed facit quoque hoc pronomen ad excitandam attentionem, atque ad confirmandam conſolationem, quam animis *Theſſalonicenſium* inſtillare volebat. Quid enim majori ſolatio eſſe poſſet fidelibus *Theſſalonicenſibus*, quam quod ille, qui venturus eſt ad reſuſcitationem mortuorum, ſit ipſe ille *Dominus*, qui fideles, tamquam peculium ſuum, redemit proprio ſuo, eoque precioſiſſimo, ſanguine? An fieri poſſet, ut τὺς ΔΙ' ΑΥΤΟΥ κοιμηθέντας morti in aeternum relinqueret?

ב. De ipſo igitur hoc *Domino* teſtatur, quod ſit *deſcenſurus de coelo.*

א. Conſiderat igitur hunc *Dominum*, tamquam qui ſit in *coelo; coelo* nimirùm ſupremo, excellentiſſimo, quod alibi *coelum coelorum* dicitur, quodque a DEO conditum eſt, ut ſit domicilium illorum, quibus DEUS gloriam atque ſufficientiam ſuam pleniſſimo modo demonſtratam vult, unde *coelum* κατ' ἐξοχὴν dicitur. In hoc *coelum* adſcendit *Dominus*, eo tranſlatus quod ad humanam naturam. *Luc.* XXIV. 51.

Illuc autem profectus eſt, ut locum Suis pararet, in illâ Patris ſui domo; inde reverſurus, eosque ad ſeipſum adſumpturus: uti Ipſe docuit *Joh.* XIV. 3.

ב. De

Digitized by Google

I. A ב. *a.*

b. De hoc igitur reditu loquitur Apoſtolus; eumque vocat *deſcenſum de coelo;* per quem nimirùm ad hanc terram propiùs accedet, eique propinquior fiet. Jam eſt in excelſis, ἄνω, uti loquitur Apoſtolus. *Coloſſ.* III. 1. Terra autem conſideratur tamquam quae eſt inferiori loco poſita, κάτω: Sic illa duo loca ſibi invicem opponente Apoſtolo, loco citato. Hinc adventus ille *Domini*, quamvis non ſit deſcenſurus in terram uſque, ſed tantùm in aërem, uti ſequens verſus indicat, tamen conſiderandus eſt tamquam κατάβασις; cum *coelum*, domicilium beatorum, thronus DEI, in Sacrâ Scripturâ collocetur ſupra reliquos coelos, quos proin tranſiiſſe dicitur CHRISTUS, iiſque altior factus. Vid. *Epheſ.* IV. 10. *Hebr.* VII. 26. & IV. 14.

De hoc deſcenſu, ſive adventu *Domini* frequens eſt ſermo in hac Epiſtolâ, ſingulisque ejus Capitibus. Hunc autem Apoſtolus, hoc loco, non nudè proponit *Theſſalonicenſibus*, ſed

B. Accuratam adjicit deſcriptionem, quantâ magnificentiâ, in hoc deſcenſu, ſit demonſtraturus gloriam ſuae potentiae & Majeſtatis; dicit enim Illum deſcenſurum ἐν κελεύσματι, ἐν φωνῇ Ἀρχαγγέλου, καὶ ἐν σάλπιγγι Θεοῦ.

Triplici phraſi mentem ſuam exprimit Apoſtolus: ἐν κελεύσματι, ἐν φωνῇ Ἀρχαγγέλου, καὶ ἐν σάλπιγγι Θεοῦ.

א. Priorem mentionem facit κελεύσματος. Hoc κέλευσμα, cum nulli alii tribuatur, omninò concipiendum videtur, tamquam κέλευσμα αὐτοῦ, τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Digitized by Google

I.B.ℵ.

ב. Duae posteriores autem phrases audiendum sonitum tribuunt,

Secunda quidem *Archangelo*,
Tertia verò DEO.

ℵ. Ἐν κελεύσματι dicitur descensurus *Dominus*. Κέλευσμα *Belgae* Interpretes verterunt **geroep**. *Beza*, videns unâ voce Latinâ non satis posse emphasin vocis exprimi, transtulit *clamorem hortationis*. In Sacrâ Scripturâ Novi Testamenti nuspiam, hoc loco excepto, reperitur vox κέλευσμα; sed verbum κελεύω, a quo derivatur, saepiùs, & quidem *imperandi* significatione: praefecto copiarum tribuitur *Act.* XXIII. 10. XXI. 34. Mandatum judicis hac voce exprimitur *Act.* IV. 15. V. 34. XII. 19. XXIV. 8. XXV. 23. *Matth.* XXVII. 58. 64. *Act.* XVI. 22. XXI. 33. XXIII. 3. 35. XXV. 6. 17. 21. Quando igitur *Dominus* dicitur descensurus ἐν κελεύσματι, innuitur ipsum descensurum, tamquam supremum Dominum & judicem, jussa dantem, omnipotente suâ voluntate, quam (uti videtur) simul voce articulatâ & sonorâ declarabit. Jussurus, ut coram suo tribunali omnes compareant, simulque voluntatis suae jussu effecturus, ut omnia instrumenta, quibus uti volet, Angeli, nubes, vel quaevis alia, praestò sint, & omnibus viribus actuosa, ad exsecutionem illius operis, ad quod de coelo descendet: Jussurus, ut benedicti Patris Sui possideant regnum ipsis paratum a jacto mundi fundamento; reliquis autem exsecratis dicet, ut abeant in ignem aeternum, paratum Diabolo & Angelis ejus. Conf. 2 *Cor.* V. 10. *Matth.* XXV.

Digitized Google

I.B.N.

XXV. 31--XXVI. 1. Haec non voce ſolâ pronunciaturus, ſed ſimul omnipotente voluntatis ſuae juſſione (uti in ſuſcitatione *Lazari*, *Joh.* XI. 43.) effecturus, *Dominus* dicitur deſcenſurus ἐν κελεύσματι. Ad hoc κέλευσμα pertinet vox illa, quam omnes, qui ſunt in ſepulchro, audient, prodituri in reſurrectionem vel vitae, vel condemnationis. *Joh.* V. 28.

Hoc igitur κέλευσμα erit ipſius *Domini* JESU *CHRISTI* JUSSUM IMPERATORIUM.

ב. Hoc κέλευσμα comitabuntur φωνὴ Ἀρχαγγέλου, & σάλπιγξ Θεοῦ.

א. Prima phraſis exigit, ut

(α) Inquiramus, quis, qualisve ſit Ἀρχάγγελος, cujus hic ſit mentio.

(β) Et perpendamus *vocem*, Φωνὴν, quae ipſi tribuitur.

(α) Ἀρχάγγελος idem ſignificat, quod *Angelus princeps*, *Legatus primus*, principalis, primarius, ſupremus. Nonnulli φωνὴν Ἀρχαγγέλου, quoniam articulus omittitur, vertunt *vocem Archangeli* (*cujusdam*;) ſtatuentes plures dari *Archangelos*. Verum fruſtra hoc ex omiſſione articuli praepoſitivi extunditur, quod vel ex ipſis verbis ſequentibus, σάλπιγγι Θεοῦ, colligere eſt. Nuſpiam in Sacrâ Scripturâ haec vox reperitur in plurali. *Dan.* X. 13. quidem *Michaël*, qui in Epiſtolâ *Judae* verſu 9. *Archangelus* vocatur, dicitur fuiſſe אחד השרים הראשונים atque ſic, ſi שרים הראשונים vertas per *Archangelos*, *Michaël* unus illorum dice-

I.B.ב.a.(α)

diceretur. *Graeci* tamen Interpretes non verterunt ἑις τῶν Ἀρχαγγέλων, ſed ἑις τῶν ἀρχόντων, vel, ſecundum Codicem *Alexandrinum*, ἑις τῶν πρώτων. Neque, ſi *Kircheri* Concordantiae non fallant, hoc nomen Ἀρχάγγελος ullibi reperitur in Textu *Graeco* Veteris Teſtamenti, ut & in Novo Teſtamento, excepto hoc noſtro loco, & illo, quem ſtatim indicavimus, *Judae* verſu 9. An igitur *Archangelorum* in plurali liceat facere mentionem, hactenus non ſatis liquet.

Nec multum difficultatis habet illa omiſſio articuli, cum ſatis ſit uſitata; imprimis quando nomen, quod abſque articulo ponitur, adeo eſt emphaticum, ut per ſe ſatis poſſit declarare, quis ſignificetur. Vid. *Matth.* IV. 4. V. 9. VI. 24. XII. 28. *Joh.* I. 6. 12. 13. 18. 1 *Cor.* VII. 25. 2 *Cor.* I. 21. V. 5. 1 *Theſſal.* I. 9.

Relinquamus igitur tantisper indefinitum, an plures *Archangeli* dentur, an unus. Teneamus tamen in Sacrâ Scripturâ hoc nomen ſoli *Michaëli* conceptis verbis tributum legi.

Si *Pontificios* audiamus, (quamvis multùm quoque inter ſe diſſentiant) ſtatuunt plerique novem ordines ſeu choros Angelorum, Hos novem ordines diſtinguunt in tres claſſes, quas hierarchias vocant; quarum ſingulis tres ordines adſcribunt: Primae hierarchiae tribuunt ordines illorum, quos *Seraphim*, & quos *Cherubim*, & quos *Thronos* appellant. Secun-

Digitized by Google

I.B.ב.*a*.(α)

cundae ſive mediae hierarchiae adſcribunt ordines illorum, quos *Dominationes*, & quos *Virtutes*, & quos *Poteſtates* vocant. Ad Infimam vero hierarchiam referunt ordines illorum, quos *Principatus*, & quos *Archangelos*, & quos *Angelos* dicunt. Sic *Archangeli* penultimum tantùm locum obtinent.

Hoc figmentum fruſtrà extundere conantur ex *Epheſ.* I. 21. *Coloſſ.* I. 16. cum neutiquam probent denotari ab Apoſtolo his vocibus *Angelorum* ordines. Et ſi ex ſingulis nominibus, quibus pro diverſo reſpectu inſigniuntur Angeli, ordines conflare velimus, longè plures ſtatuere neceſſe foret. Si quis hoc commentum fuſè refutatum legere velit, is adeat Celeberr. *Voetii Diſpp.* Tomo I. pag. m. 882-897.

Nititur imprimis haec ſententia auctoritate *Dionyſii Areopagitae*, qui falſò ita dictus eſt, ut idonei teſtis munere fungi non poſſit: Sed ſcripta illa, quae nomen *Dionyſii Areopagitae* prae ſe ferunt, ſuppoſititia eſſe, non tantùm *Rivetus* noſter, ſed etiam ipſe *Pontificius* Scriptor, *Elias du Pin*, pluribus probavit. Vid. Illum *Operum* Tomo II. pag. m. 1079. ſeqq. Hunc *Biblioth. Eccleſ.* Tomo I. pag. m. 34 & ſeqq.

His igitur miſſis factis, perpendamus Orthodoxorum ſententias, & ponderemus loca, quae *Archangeli*, & quae *Michaëlis* mentionem faciunt; quae, praeter noſtrum, ſunt *Dan.*

Digitized by Google

I.B.ב.a.(a)

X. 13. 21. XII. 1. *Apoc.* XII. 7. *Judae* verſu 9. Horum nonnulli omnibus hiſce in locis

1. Intelligunt Angelum aliquem creatum, reliquis tamen certâ quâdam ratione praeſtantem.

2. Alii ferè idem ſentientes, largiuntur tamen, quod *Apoc.* XII. 7. *Michaël* non denotet *Angelum* quendam creatum; ſed, illorum ſententiâ, ipſum *Dominum* noſtrum JESUM CHRISTUM. De quâ ſententiâ mox deliberabimus.

3. Alii omnibus in locis, ubi *Archangeli*, aut *Michaëlis* mentio occurrit, neminem alium, quam CHRISTUM *Dominum*, Angelum foederis, Angelum facierum, intelligunt: collatis locis *Exod.* XXIII. 20. 21. *Jeſ.* LXIII. 9. *Mal.* III. 1. Ubi nonnulli exiſtimant *Meſſiam* adpellari *FACIEM* DEI.

4. Alii denique nomine *Michaëlis*, ſive *Archangeli*, intelligunt *Spiritum Sanctum.*

Singulorum rationes ſigillatim exponere longum nimis foret. Legi poteſt Clariſſ. *Witzius Miſcell.* Tomo II. Exercitat. IV. pag. m. 118. & ſeqq. & Celeberr. *Van den Honert* Waarachtige Wegen pag. m. 953. & 954. editionis Amſtelodamenſis.

Poſterior ſententia his rationibus probabilis viſa fuit jam ante triginta & ultra annos.

1. Rationi conſentaneum videtur omnibus hiſce

Digitized by Google

I.B.ב.a.(α)

hiſce locis eumdem intelligere, qui dicatur *Archangelus* & *Michaël:* Cum enim in totâ Veteris & Novi Teſtamenti Scripturâ bis tantùm occurrat nomen Ἀρχάγγελος; neque ullibi in plurali mentionem factam legamus Ἀρχαγγέλων; cumque loco poſtremo (*Judae* verſu 9.) praeponatur articulus demonſtrativus; vix videtur poſterior locus de alio, quam de quo prior, intelligi poſſe. Hinc ſequitur, quod, ſi *Paulus* & *Judas* eumdem hoc titulo Ἀρχαγγέλου deſignent, *Michaëlem* non minus *Paulus*, quam *Judas*, intelligere ſit cenſendus.

Pari ratione quoque cum ratione conveniens videtur, ut omnibus in locis, in quibus *Michaëlis* nomen occurrit, eumdem intelligamus: Eſt enim nomen proprium, quod pluribus tribui non debet praeter neceſſitatem; quod eò magis ſtringit, quoniam nomen proprium eſt non hominis, qui, uti inter homines fieri ſolet, praenomine vel cognomine ab aliis, idem nomen habentibus, diſtingui poſſet; ſed Angeli, cui ab ipſo DEO datum, a *Daniële* ſcripto conſignatum, atque ex *Danielis* prophetiâ ab Apoſtolis *Judâ* & *Johanne* quaſi mutuò ſumptum eſt. Ex quo rectè colligimus hoc nomine certam quamdam perſonam diſtinctè ſignificari: Quod etiam indè confirmatur, quod *Michaëli*, *Apoc.* XII. 7. tribuantur Angeli, Ei ſubjecti: hoc autem ipſum nomine Ἀρχαγγέλου ſignificari videtur. Uti quoque *Mi-*

I.B.ב.a.(α)

chaël apud *Danielem* describitur tamquam העומד על בני עמו, *Stans pro filiis populi* Ipsius, deficiente omni alio auxiliatore. *Dan.* XII. 1. Quod sanè parùm abludit a descriptione *Apocalypticâ*, ubi *Michaël* sistitur tamquam qui praeliatur adversus *Draconem.*

II. Posito, quod idem sit, qui omnibus hisce antè laudatis locis intelligatur, secundo loco dicimus, omnibus praedicatis, si non unicè, saltem longè melius, satisfieri, si per *Archangelum* intelligamus Angelum increatum, id est, Personam Divinam, ab aliâ Personâ Divinâ missam.

Praesupponimus hic cum omnibus Orthodoxis, quod Pater Filium & Spiritum Sanctum mittere dicatur in Sacrâ Scripturâ. Et per consequens, quod res ipsa clamet, nihil in eo esse absurdi, si Filius & Spiritus Sanctus appellentur מלאכים. Vid. *Jes.* XLVIII. 16. quae verba non videntur vertenda: *Dominus JEHOVAH me misit, & Spiritus Ejus;* sed *Dominus Jehovah* ME *misit & SPIRITUM SUUM.* (a)

Per-

(a) Nequicquam reluctantibus quibusdam Viris Celeberrimis.

Ratio, quae Viros doctos movit, ad statuendum, quod illo loco, ורוחו, non debeat verti *& Spiritum ejus*; sed, *& Spiritus ejus*, est, quod non adsit particula את. Sed haec ratio non est solida.

Particula את est nota accusativi; fateor: Sed non verum est, quod, ubicumque accusativi casûs nomen est, semper haec particula ei praefigatur. Ex. C. *Genes.* XXV. 26. *Jerem.* II. 13. & plura apud *Noldium.*

Digitized by Google

I.B.ב.*a* (α)

Perſaepè legimus tales apparitiones commemoratas, in quibus *Angelus JEHOVAE* talia dixiſſe narratur, quae, abſque blaſphemo ſacrilegio, nulla mera creatura dicere potuiſſet. *Geneſ.* XXII. 11. 12. XXXI. 11. *Exod.* III. 2. XXIII. 21. *Geneſ.* XLVIII. 15. 16. *Jeſ.* LXIII. 9. *Mal.* III. 1. *Jobi* XXXIII. 23. *Zach.* I. & II.

Inter *Judaeos* reperiuntur de hac veritate convicti, uti ex *Bechai* & *Philone* probat *Johannes Jacobus Cramerus*, *Theol. Iſraëlis* parte 2. pag. m. 8. & 9. Et Clariſſimus *Lampe* in *Pſalmum* XLV. pag. m. 119. & 120. inſignem locum ex *Bechai*, *Altingio* obſervatum, profert: Quibus alia, praeſertim ex R. *Meir*, a Doctiſſ. *Eiſenmengero*, *Revelati Judaismi* Tomo I. pag. m. 848. & 849. notata, addi poſſunt.

Michaëlem autem non eſſe unum ex creatis Angelis, plures rationes perſuadent.

Primò. Nuſpiam docet Sacra Scriptura bonos Angelos creato alicui Angelo ſubeſſe, qui illorum *Archangelus* dicatur; multò minus Angelos bonos poſſe dici *alicujus*, niſi ſolius DEI, *Angeli.* In *Apocalypſi* autem ſermo eſt de *MICHAELE & Angelis* IPSIUS. Neque uſpiam Angelus, quisquis ſit, creatus titulo *principis* העמר על בני העם nedum *magni principis*, inſignitur. Magnifica haec elogia auguſtius quid ſonant, & quod, ſecundum ſtylum Scripturae Sacrae, ſoli DEO

Digitized by Google

I.B ב.a.(a)

competit. Angeli vocantur *Angeli DEI*, non alius Angeli, qui non ſit DEUS. *Paulus* Deitatem CHRISTI ſignificat, quando dicit, quod διαφορώτερον ὄνομα conſecutus ſit. *Hebr.* I. 4. quodque *Angeli DEI* Ipſum adorare debeant. Filio DEI, at non excluſo Spiritu Sancto, competunt illa elogia, quod audiat *princeps exercitûs DEI. Joſ.* V. 14. 15. Vid. quoque *Dan.* VIII. 11. 25. *Jeſ.* LV. 4. *Dan.* IX. 25. *Ezech.* XXXIV. 24. XXXVII. 25. *Jeſ.* IX. 5.

Secundò. Quis credat Virum illum, lino veſtitum, *Danïeli* Cap. X. 13. 21. XII. 1. memoratum, laudaturum fuiſſe ſolius *Michaëlis* auxilium, quo liberatus ſit populus DEI, niſi tale auxilium in animo habuiſſet, quale a nullâ creaturâ exſpectari poſſet: Si enim loqui voluiſſet de tali auxilio, quale etiam creaturae, tamquam cauſſae ſecundae, praeſtare poſſunt, non ignoraſſet omnes bonos Angelos DEI מלאכים esse גבורי כח. *Pſ.* CIII. 20. & πνεύματα λειτουργικὰ &c. *Hebr.* I. 14.

Tertiò Eodem nos ducere videtur ipſum nomen *Michaëlis*: Significat enim *quis eſt ſicut DEUS fortis.* Vel, fortè adhuc magis emphaticè: *Quis eſt ſicut Hic DEUS FORTIS.*

Non ignoro talia nomina, ſymboli inſtar, imponi quoque poſſe creaturis, ut per ea in memoriam perpetuò revocetur haec, tantopere notatu digna, veritas; DEI potentiam planè eſſe incomparabilem. Neque me latet

Digitized by Google

I.B.ב.a.(a)

latet nomen *Michaëlis* hominibus quoque hoc pacto tributum eſſe. *Numer.* XIII. 13. 1 *Chron.* V. 13. & 14.

Verum enim verò non ex ſolo nomine argumentamur, ſed ex hoc nomine, conſiderato cum omnibus circumſtantiis, in quibus illud huic perſonae tribuitur. Non jam urgebo hanc nomenclaturam inter ipſos Angelos nulli, quantum nobis conſtat, uſui eſſe poſſe; ſuprà enim dixi, de eo nihil nos affirmare, nihil negare poſſe. Sed hoc praecipuè attendi velim, hoc ſcilicet nomen dari illi, qui ſimul *magnus princeps*, השר הגדול / *Dan.* XII. 1. appellatur; cui liberatio ex ſummâ anguſtiâ accepta fertur; cui *Apoc.* XII. 7. victoria de Dracone, & ipſius Angelis tribuitur, quae, ſi *Matth.* XII. 29. conferamus, non niſi CHRISTO & Spiritui DEI adſcribi poteſt. Hinc rectè nobis colligere videmur, nomen *Michaëlis* huic *Archangelo* dari, non ut generatim, tamquam per Symbolum, indicetur, DEI potentiam eſſe incomparabilem, ſed hunc ipſum *Archangelum* illum eſſe, cui infinita iſta potentia competat, & de quo exclamare oporteat: מיכאל *Quis DEO huic forti ſimilis?* atque hac ratione acceptum hoc nomen nulli, niſi ſoli DEO, tribui poteſt.

Adde, quod *Judas* in ſuâ Epiſtolâ ſatis manifeſtò videatur reſpicere locum, qui apud *Zachariam* Cap. III. reperitur, verſu 2. quod

ſi

I.B.ב.a(α)

ſi detur, *Archangelus* ipſe erit *JEHOVAH.*

Atque ſic cogimur, ut credamus, *Michaë-lem* eſſe vel Filium DEI, vel Spiritum Sanctum.

Negari tamen non poteſt duas praecipuè difficultates contra hanc ſententiam, quae ſtatuit *Michaëlem*, ſive *Archangelum*, eſſe Angelum increatum, moveri poſſe, quas ſingulas perpendere aequum videtur.

Prima eſt, quod *Dan.* X. 13. *Michaël* vocetur אחד השרים הראשנים *unus ex principibus primis.* Ex quibus verbis elici poſſe videtur, quod in numerum Angelorum creatorum referatur.

Ut haec difficultas e medio tollatur, probè tenendum eſt, quod iſta narratio, quae verſibus 12--16. *Daniëli* facta legitur, non ſit narratio propriae dictae hiſtoriae, ſed dramatica, vel emblematica, vel, ſi malis, aenigmatica expoſitio ſtatûs rerum, factorumque, quae *Daniëlem* ſollicitum tenebant, quaeque ipſi & populo ipſius, & a quibus, exſpectanda forent.

Ille igitur, qui in hac viſione verba facit, (quem cum *Annotationum Belgicarum* Auctoribus facimus Filium DEI) aenigmaticè *Daniëli* verum ſtatum, in quo ipſe *Daniël* populuſque ipſius, & nunc eſſent, & ſequentibus temporibus futuri, exponit.

Idque hac ratione:

Ut repraeſentet quaſi DEUM Patrem, tam-

Digitized by

1.B.ב.*a*.(*a*)

tamquam judicem, in throno ſuo ſedentem; cui *Danïël* ſuas preces, quibus liberationem populi flagitaret, obtulerat.

Utque ſeipſum, & Spiritum Sanctum, nec non Angelos, primoreſque populi DEI contemplandos ſiſtat, tamquam Principes, majoris minorisve dignitatis; per quos, tamquam Duces, Supremos, & his ſubjectos inferiores, populum ſuum Pater ducere velit, & regere, & defendere; quique hactenùs omnes compareant quaſi coram throno DEI Patris.

Porrò ut introducat *Satanam*, tamquam in hoſtibus, idololatricis ſcilicet *Perſarum* Regibus vel Principibus, operantem, & interitum populi *Judaici* molientem; atque proin *Judaeos* coram DEO accuſantem, *Danielisque* orationem & preces, quas pro ſalute populi ſui fuderat, impugnantem.

Denique ut ſeipſum introducat tamquam patronum *Danïëlis* & populi ejus.

Hac ratione is, qui ſermonem hîc habet ad *Danïëlem*, ſcenam adornat, atque ſub hoc repraeſentamine ſtatum rerum praeſentem, & fata, quae exſpectanda forent, ἀινιγματικῶς depingit.

In hac igitur ſcenâ DEUM Patrem inducit, tamquam qui ab ipſo illo, quo *Danïël* oraverat, tempore, fuerit propitius, & proclivis ad populum *Judaicum* liberandum, & hoc ſuum propoſitum *Danïëli* declarandum, hac ipſâ viſione, vel apparitione.

I.B.ב.*a*.(*a*)

Ab alterâ autem parte introducit Vir ille, lineis veſtibus indutus, Adverſarium, tamquam qui ſuâ querelâ & accuſatione hoc impediverit hos 21 dies; quae cauſſa fuerit, quare *Danïël* tamdiu in hac humillimâ ſupplicatione perſeverare debuerit.

In hac igitur quaſi litis conteſtatione, inter ſe & Adverſarium *Danïëlis*, populique *Iſraëlitici*, ſub Judice quaſi pendente, & brevi decidendâ, indicat alium quoque Advocatum, ſive Paracletum prodiiſſe, qui a ſuis partibus in hac lite ſteterit, & a quo quaſi adjutus fuerit. Cap. X. 13.

Hunc dicit fuiſſe *Michaëlem*, unum ex Principibus Regis: non vulgaribus illis, ſed Primoribus; Spiritum nempe Sanctum, qui pari modo, uti ipſe quoque Filius, Princeps eſſet in hac Theocratiâ; omnibus reliquis, inferioris ordinis principibus, hiſce Duobus Primariis ſubjectis.

Exitum ſuae & *Michaëlis* interceſſionis narrat fuiſſe duplicem; partim, ut ipſe relinqueretur apud Reges *Perſarum*, ut eos induceret, ut ne in poſterum populum *Danïëlis* tam duriter haberent, & vexarent, uti quidem vellet populi DEI Adverſarius; partim, ut jam, poſt 21. illos dies humiliationis, venerit ad *Danïëlem*, ut ipſum conſolaretur, certumque redderet, preces ſuas exauditas eſſe, necnon ut erudiret de fatis, cùm populi ipſius, tùm hoſtium ejus.

Si quaeras, quid ſibi jam velit emblemati-

ca

Digitized by Goog

I.B.2.a (α)

ca haec & aenigmatica narratio? Myſterium ejus paucis explicare conabor. Scilicet,

Quod DEUS Pater, qui in opere ſalvationis populi electi occurrit tamquam Judex, propenſâ fuerit voluntate ad populum *Judaicum* (cujus typum gerebat *Daniel*) jam humiliatum, & exilio *Babylonico* ad poenitentiam adactum, denuò conſolandum, & liberandum. Conf. *Jerem.* XXIX. 11–15.

Quod DEUS Pater hanc voluntatem non tantùm habuerit, ſed etiam declarare coeperit jam ab illo tempore, quo populus *Judaicus* viſus eſt ſuam humiliationem & poenitentiam teſtatam facere.

Quod, e contrario, *Satanas* omni molimine & conatu, non tantùm inſtigatione Regum *Perſarum*, ſed etiam accuſatione populi apud DEUM, atque exprobratione, & multifariâ demonſtratione ſaepiùs repetitae perfidiae & hypocriſeos *Judaeorum*, etiam quando reſipiſcere videbantur, huic propoſito DEI adverſatus fuerit; inſimulans etiam hanc poenitentiam, ὑποκρίσεως.

Quod DEO ſapientiſſimo viſum fuerit populum *Judaicum* per XXI. annos, poſtquam jam preces ipſius exaudire coeperat, ulteriori tentationi permittere; & tamdiu plenariam ejus reſtitutionem, cultûsque & politiae ipſius inſtaurationem differre.

Quodque illa precum exauditio fructus fuerit, ſive effectus interceſſionis, id eſt, pro-

Digitized by Google

I.B.ב.a (2)

penſae voluntatis Filii DEI, Angeli foederis, ſuo tempore, ad veram peccatorum expiationem in terra *Cananeâ* apparituri.

Quodque porrò eadem precum exauditio fructus ſive effectus fuerit interceſſionis, id eſt, prolixae erga populum DEI voluntatis Spiritûs Sancti, conſtantiam, & perſeverantiam, in promovendâ hac inchoatâ reſipiſcentiâ, electis largituri.

Porrò, quod hac ratione, convenienter Sanctitati & juſtitiae DEI, Filius DEI curaverit, ne interea temporis populus *Iſraëliticus* a Regibus *Perſarum* exſcinderetur; atque animos eorum flecteret, ut, elapſis, poſt primam a *Cyro* impetratam, at deinde revocatam, libertatem, XXI annis, populus *Iſraëlicus*, magno ſuo gaudio, inſtaurationem cultûs, & miniſterii prophetarum, & legis peritorum conſequeretur.

Sic in hoc Symbolico & AEnigmatico repraeſentamine cernitur elegans & ingenioſa deſcriptio fatorum populi *Judaici*, tempore reditûs ejus ex captivitate *Babylonicâ*. Cui deſcriptioni egregiè reſpondit eventus; quoniam a primo anno univerſalis Monarchiae *Cyri*, uſque ad ſextum annum *Darii*, *Hyſtaſpis* Filii (quo Templum ſecundum abſolutum, miniſterium Prophetarum & Doctorum, per *Zachariam*, *Haggaeum*, *Ezram*, alioſque, reſtitutum, populuſque *Judaicus* inſigni laetitiâ perfuſus eſt) XXI anni ſunt elapſi,

Digitized by Google

I.B.ב.*a*.(α)

elapſi. Vid. Commentarium noſtrum in *Danielis* IX. Caput. parte 2.

Ut igitur e diverticulo in viam revertar, dico, quod ipſe hic locus *Danielis*, ſic explanatus, argumentum praebeat pro noſtrâ ſententiâ. Nam hoc ipſum, quod Vir ille, lineis veſtibus indutus, qui cum *Daniele* loquebatur, & illius ſocius, conſiderentur, tamquam Primi & Supremi duces, & Principes in iſto regno DEI; quibus & liberatio, & conſolatio populi DEI accepta ferri deberet (uti *Dan.* X. 13. & 21. videri poteſt) noſtram opinionem confirmat; illos nimirùm non eſſe habendos pro creatis Angelis, ſed reverà fuiſſe τὸν λόγον & Spiritum DEI, quibus idem hoc gratiae opus etiam alibi, uti exempli cauſſâ *Hagg.* II. 6. (verſu 4. 5. Hebr.) tribuitur.

Sed, cum aliqua tamen adhuc ſuperſit difficultas, nimirùm quod *Dan.* X. 13. *Michaël* adnumeretur Angelis: Ad illam quoque reſpondendum eſt. Scilicet per השרים הראשונים contendunt Angelos intelligendos eſſe; Horum autem *unus* dicitur *Michaël.*

Verum ſimus liberales, demus, ſi ita placeat, apud *Danielem* Cap. X. 13. השרים הראשונים denotare Angelos, ex eo nihil aliud ſequeretur, quam quod *Michaël* illis jungatur, & quaſi adnumeretur certâ ratione, quando dicitur אחד השרים: Sed haec conſociatio non probaret illum his per omnia ſimilem, vel dignitate & perfectione aequalem eſſe; ſed

Digitized by Google

I.B.2.a.(a)

tantùm dari analogiam quamdam, per quam, tamquam tertium quoddam, cum iis comparari poteſt: Nimirùm, quod ille cum his mittatur ad gubernationem, & in auxilium regni DEI, populi ſcilicet *Iſraëlitici*; ferè eâdem ratione, uti in *Apocalypſi Johannis* non tantùm Angeli, creati ſcilicet, exhibentur, tamquam qui ſint circa thronum DEI, quo ipſo indicatur, quod ſint πνεύματα λειτουργικὰ &c. (uti *Paulus* loquitur *Hebr.* I. 14.) ſed praeterea quoque dicitur, quod ἑπτὰ τοῦ Θεοῦ πνεύματα, τὰ ἀπεσταλμένα εἰς πᾶσαν τὴν γῆν, (quo titulo procul dubio Spiritus Sanctus inſignitur) fuerint ἐνώπιον τοῦ θρόνου τοῦ Θεοῦ. Conf. *Apoc.* I. 4. IV. 5. V. 6.

Sic ſponſor & interceſſor Filius DEI, *Jobi* XXXIII. 23. quando dicitur מלאך מליץ & אחד מני אלף non indicatur, quod iſte & & mille illi, e quibus unus dicitur, omnes ſint ejusdem naturae; ſed tantùm quod certâ quâdam ratione inter ſe ſocientur: Scilicet, uti exercitus, & ejus Imperator.

Imò, quod omnem hic dubitandi occaſionem videtur praecidere, *Pſalmo* CXVIII. 7. dicit Pſaltes: *DEUS eſt mihi* בעזרי *inter auxiliatores meos* (niſi cum nonnullis vertendum cenſeas *in auxiliatoribus*, eos Spiritu ſuo confortans.) Ex quo tamen nemini liceret concludere, quod Pſaltes reliquis ſuis auxiliatoribus aequiparaverit DEUM.

Sic igitur *PRIMUS inter primos principes*

I.B.ב.*a*.(α)

cipes commodè denotare poterit Principem etiam excellentiſſimorum Miniſtrorum DEI, ſive Principum, quos illis vel regendis vel tutandis voluit adhibere, atque adeò illum, qui in omnes, etiam primarios, Miniſtros imperium habet, Ἀρχάγγελον.

Altera primaria objectio deſumpta eſt ex phraſi, quâ utitur *Judas* Apoſtolus verſu 9. de *Michaële Archangelo*, ſcilicet, quod οὐκ ἐτόλμησε κρίσιν ἐπενεγκεῖν βλασφημίας &c. Hoc autem οὐ τολμᾷν nonnulli autumant non poſſe dici de Filio aut Spiritu Sancto, niſi laeſam velimus eorum auctoritatem.

Reſpondeo, οὐ τολμᾷν hic mitiori vel tenuiori ſenſu debere accipi, pro *non ſuſtinere*, vel propter decentes rationes non velle, eouſque non progredi: Sic verbum τολμᾷν uſurpatur pro *in animum inducere ſuum*, vel *conſultum*, vel *aequum cenſere*.

Si quis inſtet, τὸ μὴ τολμᾷν ſignificationem habere metûs alicujus, per quem quis ex reverentiâ quâdam cohibetur, ne faciat id, quod caeteroquin facturus fuiſſet: atque poſteriori ſignificatione hic eſſe ſumendum; tali autem modo hoc de vero DEO praedicari non poſſe.

Reſpondeo, quod metus equidem propriè loquendo non cadat in DEUM, ſed quod hic, aliique affectus tamen nonnumquam DEO tribuantur ἀνθρωποπαθῶς, qui poſſint & debeant θεοπρεπῶς explicari: Scilicet DEO metus adſcribitur, ut ſignificetur DEUM ſa-

1.B.2.a.(a)

ſapientiſſimo modo agere, atque hoc ſuâ ſapientiâ efficere, ne id fiat, quod vel facere, vel permittere Sanctitatem ejus non deceret.

Sic in Cantico *Moſis* innuitur, DEUM quaſi ex metu proterviae hoſtium ſe continuiſſe, ne *Iſraëliticum* populum planè perderet, & deleret. Vid. *Deuter.* XXXII. 26. & 27. quae verba nihil aliud ſignificant, quam quod DEI ſapientiae non viſum fuerit faciendum, neque cum ejus Sanctitate conveniret, ut hanc gloriandi anſam hoſtibus daret, atque quod hoc quoque fine *Iſraëlem* penitùs delere non voluerit.

Pari ratione, quando *Michaël* (quem ſtatuimus, vel Filium DEI fuiſſe, vel Spiritum Sanctum) in viſione quâdam propheticâ, ſeipſum ſiſtens tamquam Advocatum populi, atque omnibus exemplum praebere volens reverentiae, quam DEI, qua Judicis Supremi, tribunali deberent, dicitur non auſus eſſe *Satanae* impingere notam maledicti; id nihil aliud ſignificat, quam quod per ſummè perfectam ſuam ſapientiam & Sanctitatem hoc in iſtâ ſcenâ facere noluerit, utpote quod cum ſuâ decentiâ minus conveniret.

Eſt, qui legendum mallet ὑπενέγκειν, ut ſenſus ſit *Michaëlem* noluiſſe pati, ut conviciis lacerarentur *Joſua* & Proceres *Judaeorum*: ὑποφέρειν ſic vide 2 *Tim.* III. 11. 1 *Cor.* X. 13. 1 *Petri* II. 19. Conferri vult 2 *Petri* II. 11. Ubi φέρειν, non verò ὑποφέρειν legitur.

Ne-

Digitized by Google

I.B ב.a (α)

Neque video quod φέρειν l. c. ſignificet tolerare, pati : & reliqua exempla ſunt nimiùm diſſimilia. Mihi videtur ſufficere illa, quam dedi, ſolutio.

Poſito jam quod *Michaël*, vel Filius DEI ſit, vel Spiritus Sanctus, inquirendum reſtat, utram perſonam Sacro Sanctae *Triados*, an ſecundam? an tertiam? Sacra Scriptura hoc nomine *Michaëlis*, ſive Ἀρχαγγέλου, denotet.

Plerique Theologi, qui *Michaëlem*, vel *Archangelum* habent pro Angelo increato, ſtatuunt *Michaëlem* eſſe Filium DEI, de quo *Elihu. Jobi* XXXIII. 23. Quippe qui imperet Angelis, Princeps exercitûs DEI, quem omnes Angeli adorare debent, quique proin rectè *Archangelus* dici poſſit.

Haec ſententia quoque, magnâ illâ, quâ pollet, probabilitatis ſpecie, ſe mihi probaret, niſi *Michaël* vel *Archangelus* ferè omnibus in locis, in quibus ejus mentio fit, compareret tamquam a Filio DEI diſtinctus, atque Ei quaſi conſociatus.

Si conferamus *Dan.* X. 5. 6. cum *Apoc.* I. 13--16. & *Dan.* XII. 7. cum *Apoc.* X. 5. & 6. evidens mihi ferè videtur, quod Vir ille lino indutus, qui cum *Daniële* ſermones miſcebat, fuerit Angelus Foederis, ſive Filius DEI: Non dico, quod Spiritus Sanctus non poſſit apparere, vel, non adparuerit aliquando, corpore Symbolico, *lineis* veſtibus induto. Non ignoro loca *Ezechielis* IX. 2. 3. 11. Sed argumentum

Digitized by Google

I.B.ב.a.(α)

meum petitum eſt ex collatione totius deſcriptionis in *Apocalypſi* cum hac noſtrâ *Danielicâ*.

Hic autem ſatis manifeſtò ſeipſum diſtinguit a *Michaële*. *Dan*. X. 13. 21. XII. 1.

Prius noſtri aſſerti membrum patere videtur ex collatione locorum citatorum.

Apoc. I. 13. 16. 18. Nemo alius eſt, quam Filius DEI, qui *Johanni* apparuit, quod extra omnem controverſiam poſitum eſſe omnes Interpretes agnoſcunt: Atque ibi comparet tamquam *ſtolâ indutus*, oculis flammae ignis, pedibus chalcolibani, veluti in fornace ardentis, inſtar habentibus. Vir autem ille apud *Daniëlem* Cap. X. 5. quoque conſpicitur veſtibus lineis, eiſque procul dubio longis, quandoquidem mentio injicitur lumborum accinctorum, & quidem auro *Uphazi*, uti quoque cingulum Filii DEI in *Apocalypſi* dicitur fuiſſe aureum; Sic idem ille Vir, de quo *Dan*. X. legimus, dicitur habuiſſe pedes ſimiles coloris aeris terſi, uti de Filio DEI *Apoc*. I. 15. quoque commemoratum legimus.

Hinc vix animum inducere poſſum, ut dubitem, an idem ſit, qui *Daniëli*, & qui *Johanni* adparuit.

Dan. XII. 7. Vir ille lineis veſtibus indutus comparet, tamquam jurans per viventem in aeternum, fore, ut, poſt conſtitutum tempus, conſtituta tempora, partemque temporis, & quando abſolverit diſſipare vires populi ſancti, abſolvantur omnia iſta.

Apoc.

Digitized by Google

I.B ב.a.(α)

Apoc. X. 5. & 6. ſimile juramentum eidem tribuitur.

Ex hac igitur collatione tutò videmur colligere poſſe, quod idem ſit Angelus.

Si igitur idem ſit, ſi Filius DEI ſit, *Michaël*, ab eo diſtinctus, quem tamen Angelum increatum eſſe evicimus, non poteſt non eſſe Spiritus Sanctus. Quod autem Vir ille, ſaepiùs laudatus, lineis veſtibus indutus, & cum *Danïele* colloquens, ſit diſtinctus a *Michaële*, manifeſtò patet ex *Dan.* X. 13. 21. XII. 1.

Perpendamus quoque *Apoc.* XII. 5. & 7. Vehementer fallor, aut *Michaël* ibi diſtinctus adparet a Filio illo maſculo, quem Mulier pepererat, quemque Draco devorare voluerat, DEUS verò ad ſe & Thronum ſuum rapuerat, quando praelium factum eſt in coelo, *Michaële* & Angelis ejus praeliantibus cum Dracone & Angelis ejus. Nullum enim planè identitatis ſignum ibi conſpicitur; nullaque ratio reddi poteſt, quare, ſi *Johannes* de ipſo illo Filio maſculo dicere voluiſſet, quod is cum Dracone praeliatus ſit, non locutus ſit citra nominis mutationem, praeſertim, ſi conſideremus, quod Filium illum maſculum deſcripſerit, tamquam jam evectum ad thronum DEI, inſtructum virgâ ferreâ, quâ omnes gentes recturus eſſet. An non longe probabilius cenſeri debet, quod *Johannes*, narrans quid geſtum ſit poſt evectum hunc Regem in thronum DEI, & commemorans

I.B.ב *a.*(*α*)

Michaëlem, alibi *Archangelum* dictum, eique disertis verbis hoc praelium attribuens, alium ab hoc Rege missum, omnium, quos hic Rex mittit, legatorum Principem, intelligat? Quod si detur, de quo alio cogitare poterimus, quam de Spiritu Sancto?

Idem mihi dicendum videtur de Angelo illo JEHOVA cum *Satanâ* litigante, atque dicente: *Increpet* JEHOVAH *te, o Satana!* de quo *Zach.* III. sermo est: Angelus ille ipse quoque vocatur JEHOVAH, versu 2. est tamen a JEHOVAH distinctus, utpote a quo *Satanae* increpationem postulat. Sed non tantùm a JEHOVAH, a quo *Satanae* increpationem postulaverat, & cujus nomine *Josuae*, si in viis JEHOVAE ambularet, optima quaeque promittebat, versu 7. distinctus cernitur, sed etiam a servo JEHOVAE, cujus nomen est *Germen.* versu 8. Servum autem illum, cujus nomen *Germen* est, nullum alium esse, quam Filium DEI, facilè probari potest, neque negatur a Viris Doctissimis, a quibus, quod ad *Michaëlem*, dissentimus. Angelus igitur, cui nomen JEHOVAH competit, a JEHOVAH & ejus servo, cui *Germen* nomen est, distinctus, nemo alius est quam Spiritus Sanctus.

Exceptio, quà Vir Doctissimus (*a*) (quem summo-

(*a*) Clarissimus *Lampe* in *Psalmum* XLV. 3. pag. m. 118.

Digitized by Google

I.B.ב.ℵ.(α)

ſummoperè veneror, & cujus pace hoc dicere liceat) hujus argumenti vim frangere conatur, mihi non ſatisfacit. Dicit Filium DEI nomine Patris illam promiſſionem verſu 7. & 8. proferre; atque pro canone hermeneutico habet: Filium DEI id, quod profert, ſaepè numero in nomine Patris proferre. Id quod ex Protevangelio conſtet: Illud enim, procul omni dubio, a Filio DEI prolatum eſſe, illumque *Geneſ.* III. 8. vocari *vocem DEI*, eique *ambulationem* tribui, ut ex eo pateſcat, non tantùm illum, qui λόγος, ſed etiam in forma humana praeludentem futurae incarnationi, primam illam promiſſionem publicaſſe, hunc tamen de ſemine mulieris, tamquàm a perſonâ loquentis diſtincto, ſermonem inſtituiſſe.

Ad quam ratiocinationem liceat paucula obſervare.

Primò. Geneſ. III. 8. Illum, coram quo *Adam* ſe abſcondebat, dictum eſſe *vocem DEI*, non ſatis clarè probatum video. Neque hoc ſequitur ex verbis מהלך בגן, cum illa verba non minùs commodè ad יהוה אלהים, quam ad vocem קול referri poſſint.

Secundò. Argumenta Celeberrimi *Haſaei*, Viri doctiſſimi, νῦν ἐν ἁγίοις, an ſatis probent Filium DEI illum eſſe, qui *Geneſ.* III. verba facit, examen merentur. Probare ſaltem non poſſum, quod Vir Doctus ex loco *Joh.* V. 37. oſtendere velit, numquam Patrem ipſum immediatè, ut ita dicam, eſſe locutum; ſed tan-

I.B.ב.a.(α)

tùm per Filium; atque hinc porrò concludat, quod Filius verba Patris ſit locutus, eâdem ſcilicet ratione, ac ſi ipſe Pater eſſet. Certè Filio tribui non poteſt illa vox de coelo delapſa. *Matth.* III. 17.

In alium ſenſum commodè explicari poſſunt verba *Job.* V. 37. Scilicet, quod vocem Patris numquam attentè conſideraverint, neque in fide contemplati ſint, quis qualiſve eſſet ille, qui foret, & nunc aderat, τύπος Θεῦ. Sed nimis longus foret excurſus.

Tertiò. Demus Filium DEI ibi promittere ſemen mulieris, id eſt, ſe ſibi fabricaturum corpus, & naturam humanam ex muliere, nec non excitaturum populum, quocum unum corpus conſtitueret, quodque, ſimul cum ſuo Capite, ſemen mulieris dici poſſit: Quid hinc ſequitur? Ergò certis in caſibus Filius DEI de ſe ipſo loquitur in tertiâ perſonâ. Et hoc largimur.

Quartò. Sed tamen nobis concedi poſtulamus, longè ſimplicius eſſe, ubi perſona quaedam comparet inſtar advocati coram throno DEI, & nomine DEI throno inſidentis, promittit adventum ſervi illius DEI, nullo planè indicio addito, ſeipſum eſſe illum ſervum, illam perſonam, quae promiſſionem illam profert, habere pro perſonâ, a promiſſo ſervo diſtincta: a quâ ſimplicitate ſermonis non oportet abſque gravi ratione recedere. (a)

In

(a) Sed de hoc loco *Zach.* III. forte alias, Θεῦ διδόντος, curatius differam.

Digitized by Google

I.B.2.a.(a)

In noſtro denique Textu quoque videtur *Dominus* a legatorum ſupremo, ſive duce, qui *Archangelus* dicitur, diſtinctus eſſe: Atque hic *Archangelus* videtur mihi hîc ſiſti contemplandus, tamquam qui adventum Domini, tamquam ſupremi judicis, ſit comitaturus, atque condecoraturus.

Non ignoro, Viros Doctiſſimos, qui *Archangelum* ſtatuunt ipſum CHRISTUM, verba textûs noſtri ita interpretari, ac ſi dixiſſet Apoſtolus: *Dominus* veniet illo cum clamore, quo demonſtrabit ſe eſſe ſupremum illum Angelum, ſive Legatum Patris; & illo cum ſonitu tubae, quo palam faciet ſe eſſe verum DEUM.

Sed bonâ cum veniâ V. V. D. D. liceat mihi petere loca ſimilia, in quibus abſque ullo indicio identitatis, in tribus ejusdem dicti membris, eadem perſona triplici nomine inſigniatur.

Nec infirmatur hoc meum argumentum a Venerando Domino . . . . . ., νῦν ἐν ἁγίοις, excipiendo aliquando nomen poni loco pronominis relativi, uti *Thren.* III. ult. ubi נמול יהוה שמי pro *retributione tuâ* & *coelis tuis.* Sic אשר לידוה pro אשר לי *Levit.* III. 14. Sed loca ſunt admodum diſſimilia: Et circumſpiciendum eſt, an non una S.S. Triados Perſona loquatur de Alterâ. Sed, quidquid ſit, talis enallage longè eſt rariſſima in Toto Novo Teſtamento. Neque probat, in his quoque dictis nomen loco relativi poni poſſe. Multò minùs *Jeſ.* LI. 20. ubi duo enunciata habent-

Digitized by Google

I.B.2.a.(α)

habentur, per appoſitionem juncta; & duo nomina, quae per ſe notiſſima ſunt, omnibusque tamquam nomina ipſius DEI cognita; planè igitur diſſimilia ſunt loca. Et ſi vel dentur ſimilia loca, rogare liceat, annon, ſi abſque ullâ abſurditate, convenienter cum analogiâ fidei & ſcripturarum, verba exponi poſſint, ut triplex nomen tres perſonas deſignet, illa expoſitio longè ſimplicior haberi debeat?

Hiſce permotus rationibus perſuaſum habeo, omnia loca, in quibus de *Michaële* ſive *Archangelo* fit ſermo, inter ſe conjuncta & collata, innuere, quod *Michaël* perſona ſit, a Filio DEI diſtincta, de quâ tamen, aequè ac de Filio DEI, dici poſſit, quod ſit legatus DEI; imò quod etiam in ordine ad Filium, *Dominum*, qui ſibi Eccleſiam ſanguine ſuo acquiſivit, dici poſſit legatus, qui etiam ab hoc Eccleſiae Domino mittatur; porrò quod, aequè ac Filius, ſit paracletus Eccleſiae, & cauſſarum ejus patronus, coram Patre. Praeterea quod ſit Dux, ſive Imperator legatorum DEI creatorum, atque proin nomen *Archangeli* mereatur; imò quod ſit verus, & ſummus DEUS, de quo meritò, ſummâ cum admiratione & veneratione, exclamare oporteat מיכאל *Quis eſt ſicuti hic DEUS fortis.*

Hos omnes Characteres ſi conjungas, oſtendent, niſi fallar, manifeſtò *Michaëlem* eſſe Spiritum Sanctum.

De

Digitized by Google

I.B.ב.*a*.(α)

De Spiritu enim Sancto teſtatur Sacra Scriptura, quod ſit מגיד משנה *Index*, vel *Praeco alter*, ſucceſſurus in locum *Immanuëlis*, Doctoris juſtitiae. *Zach.* IX. 12. Quem Pater in nomine Filii, Filius quoque a Patre mittit. *Joh.* XIV. XV. XVI. Qui reliquis legatis imperat, cum ab hoc Spiritu omnis exercitus coelorum ſit creatus. *Pſ.* XXXIII. 6. quique legatos, ex hominibus deſumptos, pariter mittit; uti ex *Actor.* XIII. 2. 4. & XX. 28. diſcimus. Qui ἄλλος παράκλητος vocatur, & de quo dicitur, quod pro ſanctis oret. *Joh.* XIV. 16. XV. 26. *Rom.* VIII. 27. Qui aequè ac Filius DEI deſcribitur tamquam dux exercitûs ſive populi DEI, qui eum ducit, conſervat, protegit. Vid. *Hagg.* II. 6. *Jeſ.* LXIII. 10. 11. 14. *Zach.* IV. 6. *Jeſ.* LIX. 19.

Sic utique de Spiritu DEI dicere licet, quod לעשר in auxilium, ad juvandum populum DEI, & ad juvandum quaſi Filium DEI, id eſt, cum Illo cooperandum eandemque cauſſam defendendam. Confer phraſin *Jeſ.* XLIX. 5. L. 9. *Pſ.* CX. 2.

De Spiritu Sancto dici poteſt, quod ſit מתחזק cum Filio, pro populo DEI contra hoſtes. *Dan.* X. 21. עומד על בני עם יהוה *ſtans pro filiis populi DEI. Dan.* XII. 1. Mirum igitur non eſt, quod bellum gerere dicatur cum Dracone, & Angelis ejus.

De Spiritu Sancto dici poteſt, quod in-

Digitized by Google

I.B.ב.a.(a)

ſtaurationem cultûs *Moſaici* voluerit, poſt captivitatem *Babylonicam*, ringente licet *Satanâ*, cujus increpationem rectè a DEO, vel Patre, vel Filio, dici poteſt orâſſe, cum Spiritus eſt precum, qui in & pro ſanctis orat; eosque manſuetos facit corde, ut judicium DEO committant. Sic in Spiritum Sanctum quadrant illa, quae *Judas* Apoſtolus de *Archangelo* dicit, ex *Zach.* III. 1--9.

De Spiritu Sancto docet *Petrus*, quod fuerit προμαρτυρόμενος τὰ εἰς Χριστὸν παθήματα. 1 *Petri* I. 11. rectè igitur dici poteſt, quod ille nomine Patris annunciaverit adventum ſervi DEI, *germinis*, id eſt, Filii DEI, formam ſervi aſſumpturi, quod huic *Archangelo* tribuitur. *Zach.* III. 8.

Spiritus Sanctus eſt is, qui ſanctificat electos, quique eo fine utitur miniſtris legem DEI annunciantibus, ad poenitentiam & fidem adhortantibus, cum quorum miniſterio efficaciter cooperatur: Numquid igitur Spiritui Sancto convenit, quod angelo tribuit *Zacharias*, dicere: *auferte veſtes ſordidas* &c.?

Ut concludamus, cum omnia praedicata, quae reliquis in locis *Michaëli* vel *Archangelo* tributa legimus, ſecundum analogiam fidei & Scripturarum, commodiſſimè tribui poſſint Spiritui Sancto; & ſimplicitas fili ſermonis innuere videatur, perſonam, a Filio DEI diſtinctam, intelligi; rationi conveniens eſſe, ut credamus *Michaëlem* ſive *Archan-*

Digitized by Google

I.B.ב.ם.(α)

changelum eſſe Spiritum Sanctum; quod cum praedicatis noſtri Textûs quoque bellè convenire mox oſtendemus.

Nec eſt, quod quis objiciat, Filium DEI ſaepiùs vocari *Angelum JEHOVAE*: Non enim negamus Filium DEI hoc nomine appellari poſſe, ſi conſideretur reſpectu Patris; ſed non minùs Spiritui Sancto hoc nomen competit; non tantùm ſi conſideretur reſpectu Patris, ſed etiam ſi conſideretur reſpectu Filii; imò poſteriori hoc reſpectu ſi ſpectetur, ſoli Spiritui Sancto nomen Ἀρχαγγέλου aptari poteſt.

Probèque eſt notandum, quod nomen Ἀρχαγγέλου occurrat noſtro in textu talibus in circumſtantiis, ut Filii DEI, tamquam *Domini*, fiat mentio: Ex quo colligere licet (anſam ſaltem commodiſſimam capere cogitandi) Ἀρχάγγελον eſſe legatum principem hujus Domini.

Perpendamus jam objectiones Viri Doctiſſimi.

Pag. 116. Ex eo argumentatur, quod ille, qui ad *Danielem* locutus legitur, *Dan.* X. videatur eſſe *Gabriël*, ille, cui aſſueverat *Daniel*, Arcanorum DEI Interpres: quod pateat ex collatione verſſ. 11. 12. 19. cum Cap. VIII. 16. & IX. 23. *Gabrielem* autem eſſe Spiritum Sanctum.

Sed, pace Viri Doctiſſimi, liceat mihi reſpondere, collationem illorum verſuum non

I.B.2.a.(a)

probare *Gabriëlem* eumdem esse, qui Cap. X. ad *Danielem* locutus esse legitur.

Perpendamus ipsa verba: Cap. VIII. 16. narrat *Daniël*, quod audiverit vocem humanam in fluvio *Ulai*, jubentem *Gabriëlem*, ut *Danielem* de hoc viso erudiret: Quodque hic tunc ad ejus latus accesserit, eumque, prae terrore in faciem suam prolapsum, ad fiduciam & attentionem excitaverit: Cumque denuò sopore obrueretur, apprehenderit, atque in priori suo, quo steterat, loco constituerit; deinde verò indicaverit significatum illorum, quae viderat, (hirci scilicet, & arietis) emblematum. Haec sunt, quae ex *Dan.* VIII. 16. & seqq. ad nostram quidem controversiam pertinentia, discimus.

Conferamus versum 21. & 23. Cap. IX. ibi legimus, quod *Gabriël*, alio quodam tempore, scilicet Anno primo *Darii*, ad *Danielem* precantem accesserit, eumque apprehenderit, & deinde erudiverit de LXX. Septimanis.

Hactenùs video eundem *Gabriëlem*, *Daniëli* revelantem arcana, quae DEUS jusserat, ut ille huic revelaret: Et de eodem *Gabriële* video *Danielem* narrare, quod ille ipsum *tetigerit*. נוגע אלי dicitur posteriori, & ויגע בי dicitur priori loco, de eodem *Gabriële*.

Dan. X. a versu 5. usque ad 10. legimus, quod *Daniël* Anno tertio *Cyri* viderit virum lineis vestibus indutum, quodque vir hic lineis vestibus indutus ad ipsum locutus sit, ipse

Digitized by Google

I.B.ב.*a.*(*a*)

ipſe verò perterritus & ſopore obrutus, in faciem prociderit, ſtatimque additur verſu 10. והנה יד נגעה בי. *Et manus me tetigit, & fecit, ut me moverem ſuper genubus, & palmis manuum mearum.*

Ex his concludit Vir Doctus, quod idem ille *Gabriël*, qui antea tetigerat *Daniëlem*, eumque allocutus ſit, hîc quoque ad ipſum ſermonem fecerit, quodque is ſit *Spiritus Sanctus*, hîc nomine *Gabriëlis* inſignitus.

Specie non caret haec ratiocinatio; ſed ſolida tamen ſatis non videtur: *tangere* enim *Daniëlem*, eum compellare nomine viri deſiderati, ei nonnulla revelare, eumque compellatione blandâ ſolari, actiones ſunt, quae, etiamſi ſimiles, tribui tamen poſſint plusquam uni perſonae. Neque ulla ratio videtur negandi, idem ſemel feciſſe Filium DEI, quod *Gabriël* bis fecit; ſive *Gabriël* ſit Spiritus Sanctus, ſive Angelus creatus.

Characteres hi, quibus Vir Doctus probare conatur identitatem *Gabriëlis* Cap. VIII. & IX. memorati, & Illius, qui ad *Daniëlem* locutus legitur *Dan.* X. Capite, longe minoris mihi quidem videntur evidentiae, quam ut illam identitatem ſatis ſolidè demonſtrare valeant.

Probatum igitur nondum video, illum, qui *Dan.* X. ad *Daniëlem* locutus eſſe dicitur, eumdem eſſe, qui Cap. VIII. & IX. nomine *Gabriëlis* venit, uti quoque nondùm demonſtratum vidi ſatis ſolidè, *Gabriëlem* eſſe Spiri-

Digitized by Google

I.B ב.a.(α)

tum Sanctum; uti mox dicetur, antequam hanc, quam jam ingreſſus ſum, diſputationem miſſam faciam.

Neque plus virium habere videtur alia quaedam exceptio: Poſito nimirùm, quod nos volumus, virum lineis veſtibus indutum, *Dan.* X. apparentem, eſſe Filium DEI, tamen non ſequi illum eſſe a *Michaële* diverſum: quod mihi ex collatione verſuum 5-10. cum verſu 13. planè viſum eſt veroſimile. Notandum enim eſſe, quod verſu 10. narretur, quod *manus* attigerit *Danïelem*: illam enim *manum* denotare non manum viri, lineis veſtibus induti, cum non addatur affixum; ſed manum illam ſignificare ſive ipſum *Gabriëlem*, ſive *Gabriëlis* manum, ex collatione dictorum ex Cap. VIII. & IX. ſuprà citatorum. Unde tunc porrò colligendum eſſet, quod quando verſu 10. dicatur ויאמר &c., illud non reſpiciat ad ea, quae verſu 5--9. dicta ſunt, adeoque non pertineat ſequens ſermo ad virum lineis veſtibus indutum, ſed potiùs ad *Gabriëlem*, cujus manus tetigerat *Danïelem*.

Subtiliter fateor hoc excogitatum eſt: Sed non videtur cum ſimplicitate narrationis convenire.

Primò enim obſervari velim, quod illud ויאמר verſu 10. non poſſit conſtrui cum nomine יד, cum hoc ſit faemininum, & cum verbis in faeminino conſtruatur.

Secundò notare oportet, quod non addatur,

Digitized by Google

I.B.ב.*a*.(α)

tur, cujus manus tetigerit *Danielem*: cumque adlocutio manui tribui non poſſit, & cujus illa manus fuerit, non addatur, duriuſculum videtur verbum ויאמר referre ad illum, cujus manus illa fuerit, ſi nimirùm ſtatuas, quod perſonae illius nulla fuerit mentio facta in ſuperioribus: idque eo magis videtur coactum, quandoquidem *vir lineis veſtibus indutus* verſu 9. legitur verba ad *Danielem* feciſſe: Ex quo colligere datur, quod illud ויאמר indicet, quod idem ille (cujus ſermone *Daniel* ſomno ſopitus & humi proſtratus jacuerat, nunc autem *tactu manus* excitatus erat) ſermonem ſuum redauſpicatus ſit, atque ad declarationem arcanorum conſilii Divini progreſſus fuerit. Ut ita accipiamus, omninò ſuadet filum orationis, quod vix videtur pati, ut verſu 11. & ſeqq. concipiamus alium loquentem, quam qui locutus fuiſſe legitur verſu 9.

Neque ullâ ratione ſequitur, ſi Anno tertio *Belſazaris*, & Anno primo *Darii*, *Gabriel* attigit *Danielem*; Ergò, quando legimus *Dan.* X. 10. quod Anno *Cyri* tertio, in planè aliâ viſione, manus quaedam *Danielem* contrectaverit, nullâ plane, vel *Gabrielis*, vel perſonae aliûs, a viro lineis veſtibus induto diverſae, factâ mentione; illa tamen *manus* vel *Gabrielem* ipſum ſignificet, vel certè illius *manum*.

Quis non ſimplicitatem amans, potiùs concipiat, manum illam fuiſſe manum ipſius illius

I.B.ב.a.(α)

lius Viri, ad *Danielem* loquentis, & coram quo in faciem prociderat?

Neque sanè contrarium probat ellipsis affixi relativi. Vid. ex admodùm multis talis ellipseos exemplis, *Levit.* XI. 24. *Deuter.* XIV. 8. *Ps.* XXXV. 14. *Jobi* XLI. 6. (Hebr. versu 7.) *Jobi* XXX. 24. *Psal.* CXXXVI. 12. *Jes.* VIII. 11. *Jobi* XXI. 5. *Levit.* XXI. 20. *Thren.* I. 14. *Nahum* II. 10. *Exod.* XXV. 30. 1 *Sam.* XXVI. 24.

Et numquid ellipsis longè erit simplicior, si accipias vocem יד de manu illius, de quo antea sermo factus fuerat, vertasque *& manus* [*illius*], quam si simplicem vocem *manus* accipias de manu aliûs cujusdam personae; cujus in toto sermonis, post tres annos habiti, contextu, nulla prorsùs facta fuerat mentio?

Manet ergò, quod loquens versu 11. idem sit, cujus vocem *Danielem* audivisse versu 9. legimus; adeoque vir lineis vestibus indutus, id est, Filius DEI, a *Michaële* distinctus, uti suprà ostensum est.

Neque satis probatum video (quamvis non necesse habeam hoc vel affirmare, vel negare) *Gabrielem* esse Spiritum Sanctum. Ast, dicitur dare intelligentiam: hoc autem est opus Spiritûs Sancti. Respondeo: Dare intelligentiam prophetiarum solius est Spiritûs Sancti, si id intelligas de internâ efficaci operatione; at si intelligas de expositione verbali emblematum visorum, etiam Angelo creato illa tribui potest. Con-

Digitized by Goo

I.B.ב.*a.*(α)

Confer *Apoc.* I. 1. cum XVII. 1. XVIII. 21. & Cap. XIX. 10. XXII. 8. 9.

Quod autem illa, quae *Dan.* X. 11. & ſeqq. legimus ad *Danielem* dicta eſſe, a Spiritu Sancto dici poſſint, nihil probat, niſi ſimul demonſtretur illa a Filio DEI dici non potuiſſe.

Porrò objicitur, quod *Zach.* III. per Angelum *JEHOVAE* non poſſit commodè intelligi Spiritus Sanctus, quia Spiritus Sanctus fuit, qui in *Zachariâ* loquebatur. Cap. II. 7. quique ei oſtendebat *Joſuam* ſtantem coram *Angelo.*

At reſpondeo: Dato, quod *Zach.* II. 7. Spiritus Sanctus vocetur a *Zachariâ* המלאך הדבר בי, ex eo non ſequitur, quod idem Spiritus non poſſit in aliâ viſione *Zachariae* apparuiſſe: Vel ſi ponas eandem eſſe viſionem continuatam, obſervare oportet, quod, poſtquam mentionem feciſſet *Zacharias* Angeli הדובר בו *ſecum*, vel, ſi malis, *in ipſo loquentis*, aliûs quoque *Angeli* mentionem fecerit, eodem illo verſu 7. Poſterior hic eſt, de quo *Zacharias* commemorat, quod priori dixerit, quid Juveni iſti annunciare deberet. verſu 8. formulâ iſti Juveni annunciandâ, per totum deinde caput ſecundum, ſubjunctâ, Cap. III. 1. pergit *Zacharias* in narratione eorum, quae ſibi evenerant, dicens וירא &c.

Ut rectè teneamus, quis ille Angelus, qui ſimul *JEHOVAH* ſit, qui ad *Satanam* dixit: *Zach.* III. 2. *Increpet te DEUS*

Digitized by Google

I.B.ב.a.(α)

&c. an Filius? an verò Spiritus Sanctus? attendere oportet ad verſum 3. (vel, ſi *Hebraici* Textûs diviſionem reſpicias, verſu 7. quam diviſionem in ſequentibus retinebo, alterâ in parentheſi addendâ) Capitis ſecundi, ubi duorum Angelorum fit mentio. Unum deſcribit *Zacharias*, tamquam הדובר בו: alterum verò ab hoc diſtinguit, eum vocando מלאך אחר, eumdemque deſcribendo, ut qui priori, *Hieroſolymam* tendenti, obviam iverit, eique quaſi in mandatis dederit, quid *Zachariae* dicere deberet: verſu 7. 8. (3. 4.)

Per Angelum הדובר בו intelligendum eſſe cenſeo Spiritum Sanctum; per Angelum, qui מלאך אחר dicitur, intelligo Filium DEI.

Ratio ſic ſentiendi mihi eſt, quod ſecundum analogiam Scripturae, de Œconomiâ ſalutis loquentis, Spiritus a Filio mittatur; Spiritusque Sanctus in Prophetis locutus.

Uter nunc horum duorum ſit, qui dixerit: *Increpet Te, o Satan, JEHOVAH*, diſpiciamus.

Occurrit nobis *Zach.* III. 1. מלאך יהוה, ut coram quo, tamquam judice, comparuerint, hinc *Joſua*, illinc *Satanas*, ſtans ad dextram *Joſuae*, ut ei adverſaretur. Hîc igitur מלאך יהוה repraeſentatur, ut Judex, *Joſua* & *Satanas*, ut partes litigantes. Praeter has autem perſonas memoratur quoque alia, hîc non nominatim expreſſa, ſed implicitè indicata, quae *Zachariae* Angelum illum

JE-

Digitized by Google

I.B.ב.a.(α)

JEHOVAE judicem, & *Joſuam*, *Satanamque*, coram ejus tribunali ſtantes, monſtraverit. Dicit enim propheta: וַיַּרְאֵנִי *Et fecit me videre* &c. Quaenam haec perſona, quae *Zachariam* ad hoc ſpectaculum adducit & excitat? Alteruter procul dubio illorum duorum Angelorum, de quibus Cap. II. 7. (3.) ſermo factus fuerat. At quis illorum? Meâ quidem ſententiâ הַדֹּבֵר בִּי. Quaeris rationem? In promptu eſt, quia alter hîc perſonam judicis ſuſtinet, alter *Zachariam* ad contemplandum hoc tribunal adducentis, illud Filio, hoc Spiritui Sancto propriiſſimum. Hic igitur Angelus, qui ſimul JEHOVAH eſt, ad alterum Angelum, qui pariter JEHOVAH eſt, judicis munere fungentem, votum ſuum dirigens, ab eo *Satanae* increpationem expetit.

Verſu autem 4. narratur reſponſum, ſive ſententia, quam Angelus ille Judex tulerit, jubens ut immundas *Joſuae* veſtes ab ipſo removeant, promittens ſe eum veſtiturum veſtibus mutatis, jubensque ei imponi pileum mundum. verſu 5. parte priori.

Utrumque per miniſtros huic judici adſtantes factum eſſe narratur. verſu 5. p. poſter. Additurque hujus partis membro ultimo וּמַלְאַךְ יְהוָה עֹמֵד. Hoc mihi omninò de Angelo, qui *Zachariam* ad hoc negotium forenſe contemplandum adduxerat, intelligendum videtur; atque ſignificare illum exſecu-

I.B.ב.a.(α)

tionem mandati alterius Angeli Judicis quasi direxisse.

Hic igitur Angelus rursùs est Spiritus Sanctus, qui, cum antea ad Angelum judicem pro *Josuâ* vota fecisset, nunc eumdem *Josuam* obtestatur; eique indicat, quid JEHOVAH *exercituum*, id est DEUS Pater, ab ipso postulet; quidve eum, ejusque socios sperare jusserit: nimirùm *adventum servi sui GERMINIS:* utpote per quem illa verè & plenè praestanda forent, quae emblematicè suprà erant significata.

Uti autem rationes, e Sacrâ Scripturâ petitas, nullas novi, quae probent alium, quam Spiritum Sanctum, nomine *Michaëlis* sive *Archangeli* denotari; sic me ab hac sententiâ non dimovet, quod loca nonnulla proferantur e veteribus *Judaeis*, qui ita loquuntur de *Michaële*, ut videantur Filium DEI hoc nomine designatum censere.

Fateor in his esse aliquid, quod e Catechesi Patrum originem suam habeat, scilicet *Michaëlem* esse Angelum increatum: Ex eo autem eâdem ratione elicere potuerunt, uti quoque faciunt nostri Theologi, Angelum foederis esse *Michaëlem*, quod tamen non sequitur; quia probavimus illa, quae de *Michaële* dicuntur, in Spiritum Sanctum benè convenire.

Ex Sacrâ Scripturâ igitur decidendi videtur haec controversia: Interim loca e *Judaeorum*

Digitized by Google

I.B.ב.*a.*(α)

rum ſcriptis a Venerando *Lampio*, aliisque allata, de *Michaële* loquentia, e quibus patet, quod ipſum pro Angelo increato habuerint, notatu ſunt digniſſima.

Omnibus igitur penſitatis (ſalvo meliori judicio, & pace Virorum Doctiſſimorum aliter ſentientium) in illâ perſiſto opinione, *Michaëlem*, adeoque etiam in noſtro Textu *Archangelum* eſſe ipſum Spiritum Sanctum.

(β) Quando jam huic *Archangelo* tribuitur φωνὴ, id duplici modo ſumi poteſt; nimirùm, vel ut intelligamus vocem quamdam externam, ſonum ipſis auribus hauriendum, vel ut accipiamus de potentiſſimâ omnipotentiae Spiritûs operatione, & efficaciâ.

Imò non video, quare non optimè utrumque conjungi queat. Scilicet Spiritum Sanctum potentiſſimâ ſuâ voluntate, eâque ſono validiſſimo declarandâ, actuoſum fore, ad concelebrandum illuſtriſſimum illum *Domini* noſtri adventum.

Sic fortè vocem cummaximè ſonoram ad glorificandum, & condecorandum adventum *Domini* JESU edet Spiritus Sanctus; ſimul tamquam Dux Angelorum illos ſecum ad augendam gloriam *Domini*, in ſcenâ producturus, & collocaturus circum *Dominum*, tamquam ejus miniſtros: Sic enim legimus Filium hominis venturum cum Angelis. *Matth.* XXV. 31. coll. cum Cap. XVI. 27. Vid. quoque 2 *Theſſal.* I. 7. Quando Angeli *Do-*

Digitized by Google

I.B.ב.*a*.(β)

minum JESUM in adventu ipſius comitabuntur, hoc procul dubio fiet, uti juſſu Filii, ſic etiam Spiritûs Sancti *Michaëlis*, ſub quo pugnaverint ad promovenda pomoeria regni CHRISTI. Praeterea omnipotens etiam Spiritûs Sancti voluntas actuoſa erit, & efficacisſimè operans in reſuſcitatione mortuorum, qui in CHRISTO obdormiverint ad vitam aeternam.

Sic non tantùm generatim omnis exſecutio juris, quod CHRISTUS ſuo merito acquiſivit, & Pater ipſi, tamquam Judex, tribuit, in Sacrâ Scripturâ Spiritui Sancto adſcribitur.

Spiritus eſt, qui illos, quos CHRISTUS ſanguine ſuo redemit, renovat, ſanctificat, obſignat, in illis tamquam templis ſuis habitat, primitias ſalutis, per CHRISTUM impetratae, operatur, arrha eſt haereditatis partae, paracletus, qui Filium DEI glorificat, atque eo fine penes fideles in aeternum manet, pro ipſis & in ipſis orat, & cum ipſorum Spiritu teſtatur, quod ſint Filii DEI, & futuri haeredes DEI, & cohaeredes CHRISTI. Conſiderentur ſequentia loca: *Jeſ.* XXXIV. 16. *Tit.* III. 5. *Pſ.* LI. 13. *Nehem.* IX. 20. *Pſ.* CXLIII. 10. 2 *Cor.* IV. 13. 1 *Cor.* III. 16. VI. 19. *Epheſ.* I. 13. 14. IV. 30. *Joh.* XVI. 7-15. XIV. 16. *Rom.* VIII. 23. 26. 27. coll. verſſ. 13. 14. 15.

Sed ſpeciatim quoque Spiritus Sanctus vocatur

I.B.ב a.(β)

catur Spiritus gloriae. 1 *Petri.* IV. 14. Qui cauſſa efficiens erit glorificationis poſt hanc vitam, uti in hac vitâ fuit cauſſa ſanctificationis. Spiritus Sanctus eſt, cui tribuitur, quod, ſicuti etiam in hac vitâ in corporibus fidelium, tamquam in templis ſuis, habitavit, ſic quoque eadem illa corpora ſit reſuſcitaturus, atque ex corporibus naturalibus facturus corpora ſpiritualia. *Rom.* VIII. 11. 1 *Cor.* XV. 44.

Haec cum ita ſint, mirum videri non debet, quod Apoſtolus teſtetur, *Dominum* JESUM deſcenſurum, non tantùm cum *celeusmate*, ſed etiam cum voce *Archangeli.*

b. Ultimo loco dicit Apoſtolus, quod hoc κέλευσμα ſit comitatura σάλπιγξ Θεοῦ.

Quamvis nulli dubitemus, quin *Dominus* JESUS ſit ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας, tamen hoc loco nomine Θεοῦ indicari videtur Pater, quem Apoſtolus, & tota Sacra Scriptura alibi quoque ἀντονομαστικῶς DEUM appellare ſolet; utpote, qui in negotio ſalvationis peccatoris, ſi totum ſpectetur, jus Divinae Majeſtatis tamquam judex tuetur. Nec obſtat omiſſio articuli: nam non ubique, ubi de DEO Patre ſermo eſt, Articulus praemiſſus conſpicitur.

Σάλπιγξ eſt inſtrumentum, quod inflatur, ut vehementiſſimus ſonus excitetur: Unde vehemens ſonus, etiamſi voces articulatas proferat, φωνῇ σάλπιγγος comparatur. *Apoc.* I. 10. *Graeci* Veteris Teſtamenti Interpretes hac voce uſi

Digitized by Google

I.B.ב.*b.*

usi sunt pro *Hebraicâ* שופר *Exod.* XIX. 16. 19. XX. 18. *Levit.* XXV. 9. 10. Nec non pro *Hebraicâ* הצוצרה *Numer.* X. 2. 8. 9. 10. XXXI. 6. 2 *Reg.* XI. 14. & alibi. pro צלצלים 1 *Chron.* XIII. 8. *Jos.* VI. 5. *Dan.* III. 5. 7. pro קרן *Levit.* XXIII. 24. 1 *Chron.* XV. 14. pro תרועה quod *clangorem* denotat. *Ezech.* VII. 14. pro יובל quod pro cornu arietis haberi solet. *Exod.* XIX. 13. pro תקוע *Ezech.* VII. 14. *Nehem.* VIII. 15. verba וישמיעו ויעבירו verterunt σημαίνωσιν ἐν σάλπιγξιν.

Cum autem DEO propriè dicta σάλπιγξ tribui non possit, iterùm nihil aliud denotari videtur, quam jussum DEI omnipotens & summè verendum, quod & ipsum, uti mihi quidem vero haud absimile videtur, declarabit sono externo, vehementissimo, omnium aures percellente; quali praesentiam suam tremendam demonstravit olim in monte *Sinai*. Vid. *Exod.* XIX. & XX. *Hebr.* XII. 19.

Omnipotenti voluntatis suae jussione, eâque, uti videtur, sono omnes terrae partes pervadente, omniumque aures percellente, mortuos in vitam revocabit, omnesque vivos & mortuos coram tribunali Filii sui comparere jubebit; haereditatem, quam Filius pretiosissimo sanguine suo redemerit, sibique in peculium acquisiverit, congregabit: summum illum & maximum Jubilaeum, quo Filios suos plenissimâ libertate donabit, promulgabit, Filiumque suum supremum omnium Judicem declarabit: Quae omnia sub

Digitized by Goog

I.B.ב *b.*

ſub hac phraſi (alluſione factâ ad varium, ſub Veteri OEconomiâ, tubarum uſum) comprehendi poſſunt.

Hanc tubam *ultimam tubam* vocat Apoſtolus 1 *Cor.* XV. 52. oppoſitè ad tubas Spirituales praeconum Evangelii, praenunciantium adventum *Domini*, & annunciantium judicia ejus praeambula. Quo emblemate etiam pinguntur *Apoc.* VIII. & ſeqq.

Hac igitur ratione Apoſtolus oſtendere voluit, DEUM Patrem quoque ſuam omnipotentem efficaciam demonſtraturum ad gloriam Filii ſui condecorandam, & ad omnes hoſtes pleniſſimè ipſi ſubjiciendos: Inter quos ultimus mors eſt.

Hanc veritatem etiam alibi tradit Sacra Scriptura. Vid. *Joh.* V. 21. 1 *Cor.* VI. 14. XV. 25. 26 52-58. coll. *Pſ.* CX. 1. 2 *Cor.* IV. 14. *Rom.* VIII. 9-12.

Hoc quoque nomine rectè dicitur, *Dominum* JESUM venturum ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ. *Matth.* XXV. 31. & ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ. *Matth.* XVI. 27.

Hac igitur ratione omnipotens efficacia DEI Triunius viſibilem & corporalem deſcenſum *Domini* JESU de coelis comitabitur, & glorificabit; quando is peculium ſuum ad pleniſſimam felicitatem, quâ mentis, quâ corporis, perducet.

FINIS.

Digitized by Google

ANALYSIS
EPISTOLAE *PAULI* APOSTOLI
AD
GALATAS.

Praemissis quibusdam Praeliminaribus.

Digitized by Google

Errata ita corrigat Benevolus Lector:

In Analyſi Epiſt. ad *Galatas.*

Pag. 114. lin. 12. in notis. nundum l. mundum.
148. lin. 4. ’Εν adde (a)
159. lin. ult. ſpon-ore l. ſponſore.
168. lin. ult. praeſtitione l. praeſtatione.
175. lin. ult. vitravit l. intravit.
179. lin. 18. promiſſis l. promiſſio.
205. lin. 4. in notis. adoſi l. apodoſi.
5. loquit l. loqui.
ult. inſerviebal l. inſerviebat.
221. lin. ult. non amplius omnes. Simul inſtar *Iſmaëlis* &c. lege. Non amplius, omnes ſimul inſtar *Iſmaëlis.*
284. lin. 2. in notis. tencri l. teneri.
quae peccata l. quas peccata.
296. lin. ult. ra-one l. ratione.

Digitized by

PROLEGOMENA
AD
EPISTOLAM PAULI
AD
GALATAS.

CAPUT PRIMUM.

De Titulo hujus Epiſtolae.

ITulus hujus Epiſtolae eſt : Παύλου τοῦ Ἀποστόλου ἡ πρὸς Γαλάτας ἐπιστολή. Quod hic titulus ex vero indicet, a quo, & ad quos Epiſtola haec data ſit, cum caeteroquin tituli, ut & ſubſcriptiones, non planè ſint ἀξιόπιστοι, dubium tamen non eſt, cum conveniat cum ipſâ Epiſtolae inſcriptione, Cap. I. 1. 2. Epiſtolae, imquam, ab ipſis antiquiſſimis temporibus agnitae.

Reverà ab Apoſtolo *Paulo* hanc Epiſtolam eſſe ſcriptam dubitare nos non ſinit antiquae Eccleſiae, absque ullâ haeſitatione huic Epiſtolae datum, teſtimonium. *Euſebius* certè, *Hiſt. Eccleſiaſt.* Lib. III. Cap. 25. teſtatur: tredecim Epiſtolas *Pauli* (inter quas omnes hanc noſtram quoque po-

Digitized by Google

nunt, ab illis ſolam Epiſtolam ad *Hebraeos* eximentes) ut dubitationi nulli primis ſaeculis obnoxias commemorant.

Sed antiquiorum ipſo *Euſebio* etiam nunc extant teſtimonia; non jam dicam tantùm, quod *Juſtinus Martyr* in *Dialogo* cum *Tryphone* in multis tam clarè & manifeſtè ſequatur methodum ratiocinationis Apoſtolicæ in hac Epiſtolâ, ut dubitari nequeat, quin illam legerit, & ex eâ didicerit, contra *Judaeos* aſſerere libertatem Evangelicam: *Irenaeus* diſertè verba ad *Gal.* I. 1. profert Lib. III. *adverſus haereſes* Cap. 13. pag. m. 200. editionis *Pariſienſis* A. 1710. & Lib. V. Cap. 12. pag. m. 307. adhuc diſertius: *Idem ille Apoſtolus —— in eâ Epiſtolâ, quae eſt ad* Galatas, *dixit: cum autem placuit DEO* &c. Quae verba reperiuntur *Gal.* I. 15. Quae eadem verba quoque adducit Lib. V. Cap. 15. pag. 312. Nec minùs expreſſè Lib. III. Cap. 13. pag. m. 200. profert verba ex Cap. II. 1. 2. & 5. loquens de *Paulo*, & dicens: *Ipſe in eâ, quae ad* Galatas *eſt, Epiſtolâ ait: Deinde poſt quatuordecim annos* &c. Sicuti *Irenaeus* in principio hujus ejusdem Capitis (quamvis Epiſtolæ hujus nullâ nominatim factâ mentione) urget, Paulum *teſtatum eſſe, quod unus & ipſe DEUS operatus fuerit* Petro *in Apoſtolatum circumciſionis, & ſibi in Apoſtolatum in Gentes.* Quae manifeſtè petita ſunt ex *Gal.* II. 8. Notatu autem dignum eſt, quod illo Capite *Irenaeus* diſputet contra illos Haereticos, qui ſtatuebant ſolum *Paulum* ex Apoſtolis cognoviſſe veritatem, contra quos ex hâc, tamquam omnibus agnitâ, *Pauli* Epiſtolâ argumentatur.

Idem *Irenaeus* Lib. IV. Cap. 21. pag. 257. iterùm nominatim citat, ex Epiſtolâ *Pauli* ad *Galatas*, verba, quae ibi leguntur Cap. III. 5. & 7. Et Lib. V. Cap. 32. pag. m. 332. pariter & nominatim quoque ex *Gal.* III. 6. & ſeqq.

nec

Digitized by Google

nec non verſu 16. & Cap. IV. 28. argumenta ſua depromit. Sic Lib. III. *contra haereſes* Cap. 18. p. m. 210. tamquam *Pauli* verba profert ea, quae leguntur *Gal.* III. 13. Et nominatâ, conceptis verbis, hac Apoſtoli ad *Galatas* Epiſtolâ, *Irenaeus* Lib. III. Cap. 7. pag. m. 182. nec non Lib. V. Cap 21. pag. m. 318. urget verba, quae habentur *Gal.* III. 19. Et Lib. III. Cap. 16. & Cap. 22. pag. m. 205. & 206. & 219. verba, quae extant *Gal.* IV. 4. 5. Quae eadem verba quoque reperies citata Lib. IV. Cap. 21. pag. m. 318. Ex verbis, quae leguntur *Gal.* IV. 8. 9. tamquam verbis *Pauli*, argumentatur Lib. III. Cap. 6. pag. m. 181. Et Lib. V. Cap. 35. p. m. 335. verba, quae legimus *Gal.* IV. 26. dicit ſcripta eſſe ab Apoſtolo ad *Galatas*. Sic verba, ex *Gal.* V. 19. 22. nominatim, tamquam extantia in Epiſtolâ ad *Galatas*, proferuntur *Irenaeo* Lib. V. Cap. 11. pag. m. 305. Ipſos quoque Haereticos agnoviſſe, ineptè licet interpretatos, quod *Paulus* dixerit: *Mihi non eveniat in ullo gloriari, niſi in* Chriſti *cruce, per quam mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo.*

Haec omnia eo faciunt, ut conſtet, tam intra, quam extra Eccleſiam, etiam inter ipſos primi naſcentis *Chriſtianismi* aevi haereticos, agnitam eſſe hanc Epiſtolam, tamquam a *Paulo* ſcriptam, quare conqueritur *Irenaeus*, quod *Marcion* abſciderit *Pauli* Epiſtolas (quas tamen negare non poterat eſſe *Pauli* Epiſtolas, nec hominum manibus, vel animis eripere) auferens, quaecunque manifeſtè dicta ſunt ab Apoſtolo de eo DEO, qui mundum fecit. Lib. I. Cap. 27. p. m. 106. Quodque *Ebionitae* ab *Irenaeo* dicantur *Paulum* recuſaſſe, tamquam Apoſtatam Legis, confirmat, quod haec Epiſtola a *Paulo* ſcripta ſit, quoniam in hac Epiſtolâ cummaximè ſe placitis eorum oppoſuit, qui circumcide-

Digitized by Google

bantur, & perſeverabant in his conſuetudinibus, quae ſunt ſecundum Legem & *Judaico* charactere vitae &c. uti *Ebionitas* deſcribit *Irenaeus* Lib. I. Cap. 26. p. m. 105.

Sic tamquam indubiam citat hanc Epiſtolam *Tertullianus* Libro de *praeſcript. haeretic.* Cap. 27. pag. m. 241. Editionis ſecundae *Rigaltianae. Lutet.* A. 1641. *Tenent*, inquit, *correptas ab Apoſtolo Eccleſias: o inſenſati* Galatae, *quis vos faſcinavit? & tam benè currebatis, quis vos impediit?* Ipſumque principium addit: *Miror, quod vos tam citò transferimini ab eo, qui ſuos vocavit in gratiâ ad aliud Evangelium.* Quae deſumpta ſunt ex *Gal.* III. 1. & ſeqq. Et *Gal.* I. 6.

Libro I. *adverſus Marcionem* pag. m. 576. manifeſtò reſpicit verba Apoſtoli *Gal.* I. 1. Quae eadem verba *adverſus Praxeam* pag. m. 661. nominatim *Pauli* eſſe dicit ad *Galatas.* Sic Libro de *praeſcript. Haereticorum* in fine Cap. 29. pag. m. 242. dicit *ſcripſiſſe ad Eccleſiam, etſi angelus de coelo vobis aliud Evangelium* &c. Quae verba deſumpta ſunt ex *Gal.* I. 8. Quae verba quoque urgentur Lib. V. *adverſus Marcionem* p. m. 578.

Sic *adverſus Marcionem* Lib. I. Cap. 20. p. 444. de *Paulo* loquens, dicit: *Sed, etſi quosdam falſos fratres irrepſiſſe deſcribit, qui vellent* Galatas *ad aliud Evangelium transferre.* Quae manifeſtò deſumpta ſunt ex *Gal.* I. 6. coll. Cap. II. 4. Et Lib. V. *adverſus Marcionem* Cap. 2. p. m. 577. legimus: *Igitur & legis deſtructio, & Evangelii aedificatio pro me faciunt, in iſtâ quoque Epiſtolâ ad eam* Galatarum *praeſumptionem pertinentes.*

Imò idem *Tertullianus* Lib. V. *adverſus Marcionem* Cap. 2. 3. & 4. pag. m. 578. & ſeqq. ordine ferè proſequitur praecipua contenta hujus Epiſtolae ad *Galatas.* Sic Libro de

Digitized by Google

de *praeſcript. Haeretic.* Cap. 23. proſequitur hiſtoriam, quae legitur *Gal.* I. & II. Et ſpeciatim introducit haereticos tamquam opponentes ex hac Epiſtolâ, quod *Petrum Paulus* reprehenderit, unde concludebant Haeretici, defuiſſe aliquid Apoſtolis, adeoque eorum doctrinâ unicè ſtandum non eſſe; cui reſpondet converſationis vitium fuiſſe in *Petro*, non praedicationis.

Tertulliano jungimus *Cyprianum*, qui medio Saeculo III. vixit, Epiſtolâ 27. pag. m. 207. editionis noviſſimae *Amſtelaedamenſis*: illa, quae *Gal.* I. 6. legimus, verba dicit eſſe verba *Pauli* Apoſtoli in Epiſtolâ ſuâ. Pariter verba hujus Epiſtolae Cap. IV. 16. & Cap. I. 10. citat, ut verba Apoſtoli. Epiſtolâ 4. & 59. pag. m. 175. & 263. Et ad reprehenſionem *Pauli*, quam *Petrus* aequo animo admiſiſſe in hoc Apoſtolo laudat, reſpicit. Epiſtolâ 71. p. m. 304. ſic digitum intendens ad Caput II. Epiſtolae ad *Galatas*. Dictum *Gal.* III. 6. profert, ut dictum Apoſtoli *Pauli*. Epiſtolâ 63. p. m. 277. Uti Epiſtolâ 62. pag. m. 274. & Epiſtolâ 74. p. m. 316. & iterùm Epiſtolâ 85. pag. m. 323. Idem *Cyprianus adverſus Judaeos* Lib. I pag. m. 28. dicit: *Item* Paulus *ad* Galatas: *at ubi advenit impletio temporis* &c. Quae ſunt verba *Gal.* IV. 4. Similiter *Teſtimoniorum* Lib. III. pag. m. 46. ut *Pauli* ad *Galatas* ſcriptum profert id, quod legimus *Gal.* V. 17. ſeqq. Adde *Teſtimoniorum* Lib. III. pag. m. 61. Porrò ut *Pauli* dicta laudat, quae reperimus *Gal.* V. 24. & *Gal.* VI. 14. in Tractatu *de habitu Virginum* pag. m. 69. uti quoque poſteriorem locum *Teſtimoniorum* Lib. III. pag. m. 49. laudat. Ut Apoſtoli verbis utitur illis, quae reperiuntur *Gal.* VI. 2. in Epiſtolâ 55. pag. m. 264. & quidem ut ab Apoſtolo ad *Galatas* ſcriptis. *Teſtimoniorum* Lib. III. pag. m. 48. Et Tractatu *de Opere & Eleëmo-*

Digitized by Google

ſynis pag. m. 144. monitum, quod in hac ad *Galatas* Epiſtolâ Cap. VI. 9. 10. reperitur, ut admonitionem & dictum *Pauli* Apoſtoli laudat. Adde & haec *Cypriani* verba ex *Teſtimoniorum* Lib. III. p. m. 49. *De hoc ipſo ad* Galatas: *mihi autem abſit gloriari* &c. Quae leguntur *Gal.* VI. 14. Quae ipſa verba Tractatu *de habitu Virginum* pag. m. 69. repetit, dicens: Paulus *forti ac ſublimi voce proclamat: mihi autem abſit* &c.

Accedat nunc his *Clemens Alexandrinus*, *Origenis* praeceptor, apud quem *Stromatum* Lib. III. pag. m. 471. Lit. D. ut ab Apoſtolo dictum reperies citatum id, quod legitur *Gal.* II. 19. & ſeqq. Ἐγὼ γὰρ διὰ νόμου &c. dictumque *Pauli* id, quod habet *Gal.* III. 19. ὁ νόμος τῶν ω Ἀβραὰμ διαθήκων χάριν ἐτέθη. *Stromatum* Lib. I. pag. m. 351. In Ejusdem *Paedagogo* Lib. I. pag. m. 95. legitur: ὁ Ἀπόστολος σαφέστατα ἐξηγήσατο, ὧδε πῶς εἶπεν, πρὸ τοῦ δὲ ἐλθεῖν τὴν πίστιν &c. quae ſequuntur *Gal.* III. 23. ſeqq. Idem ut *Pauli* verba, ad *Galatas* ſcripta, profert verba, quae in noſtrâ Epiſtolâ leguntur Cap. IV. 19. *Stromatum* Lib. III. pag. m. 468. Ut teſtimonium Apoſtoli in *Paedagogo* Lib. I. pag. m. 97. producit dicta *Pauli* in hac Epiſtolâ Cap. IV. 1—7. *Stromatum* Lib. II. p. m. 372. ea, quae habentur *Gal.* IV. (In Indice vitioſè tamquam verba ex Epiſtolâ ad *Galatas*, citantur verba, quae leguntur 1 *Cor.* IV. 14.)

Addamus tandem etiam *Origenem*, *Clementis* diſcipulum, non tantùm Lib. VI. *contra Celſum* pag. m. 313. ad locum in hac Epiſtolâ Cap. I. 4. alludentem; ſed etiam in illis, quae ſuperſunt, ab *Huëtio* editis, exceptis ex Commentariis in Epiſtolam ad *Romanos*. Tomo II. pag. m. 423. in hunc modum loquentem: Καὶ ἐν τῇ πρὸς Γαλάτας Ἀπόστολος περὶ ἑαυτοῦ τοιαῦτα φησίν· Ὅτε δὲ ἐυδόκησεν &c. verba, quae leguntur *Gal.* I. 15. 16. Item in Commentario in *Matthaeum* p. m.

Digitized by Google

p. m. 223. Ἰακωβὸς δέ ἐστιν οὗτος ὃν λέγει Παῦλος ἰδεῖν, ἐν τῇ πρὸς Γαλάτας ἐπιστολῇ, εἰπών· Ἕτερον δὲ τῶν Ἀποστόλων &c. quae leguntur *Gal.* I. 19. Quem eumdem locum etiam Lib. I. *contra Celsum* citatum reperies pag. m. 35. extremâ, Editionis *Spenceri*. Sic in eodem Commentario in *Matthaeum* pag. m. 420. verba, quae extant hujus Epistolae Cap. II. 9. 10. dicit λόγον Ἀποστολικόν. Sic Lib. II. *contra Celsum* pag. m. 57. *Origenes* scribit: καὶ ἐν τῇ πρὸς Γαλάτας ἐπιστολῇ Παῦλος ἐμφαίνει, ὅτι Πέτρος ἐστὶ φοβούμενος τοὺς Ἰουδαίους &c. quae leguntur *Gal.* II. 12. In Commentario quoque in *Johannem* pag. m. 381. laudat *Petri* aequanimitatem in ferendâ reprehensione *Pauli* ὡς γένναιος στιβαρότατος καὶ μακροθυμότατος, ὥπερ δηλοῦται, Παύλου μὲν εἰπόντος αὐτῷ ἔμπροσθεν πάντων· Εἰ σὺ Ἰουδαῖος ὑπάρχων &c. quae extant *Gal.* II. 14. τοῦ δὲ μετὰ στίβους σιωπήσαντος, περὶ οὗ ἐν τῇ πρὸς Γαλάτας οἰκειότερον τὶς διελήφεται. Homiliâ 13. in *Jeremiam* pag. m. 129. proferuntur verba, quamvis absque citationis indicio, quae extant *Gal.* III. 19. Confer Commentarium in *Matthaeum*. pag. m. 454. ubi cum verbis ex *Hebr.* II. 2. junguntur.

In Commentario in Epistolam ad *Romanos* pag. m. 427. tamquam verba a *Paulo* ad *Galatas* scripta, citantur, quae leguntur *Gal.* III. 10. 19. 24. In Commentario ad *Matthaeum* pag. m. 331. ad id, quod extat *Gal.* IV. 2. manifestò satis alluditur: Uti in Commentario ad *Johannem* pag. m. 265. ad verba *Gal.* IV. 9. Verba autem, quae leguntur *Gal.* IV. 16. *Pauli* verba esse dicuntur Homiliâ 14. in *Jeremiam* pag. m. 144.

In *Origenis* disputationibus contra *Celsum* saepiùs deprehendimus illum hac Epistolâ usum: Exempli caussâ Lib. VI. pag. m. 315. loco *Gal.* V. 8. & Lib. VII. pag. m. 367. *Gal.* V. 25. Lib. VIII. pag. m. 393. *Gal.* IV. 10. 11. Prolixa & non

non una citatio hujus Epiſtolae, ſpeciatim Cap. III. 10. 19. 24. Cap. IV, 21. ſeqq. reperitur in Commentario in Epiſtolam ad *Romanos* pag. m. 427. & 428. cum quo loco conferri meretur *Origenes contra Celſum* p. m. 58. extremâ; ubi hoc loco contra *Celſum* utitur. Adde quoque *contra Celſum* Lib. IV. pag. m. 193. & Lib. V. pag. m. 264. Ubi dicto *Gal.* V. 2. utitur: Denique, ut finem faciam, in Commentario in *Johannem* pag. m. 235. verba, quae legimus *Gal.* VI. 8. ut verba Apoſtoli adducuntur.

Imò ne ipſum quidem *Marcionem* hanc Epiſtolam a *Paulo* ſcriptam eſſe, inficiatum eſſe, teſtatur *Epiphanius*, quum eam interpolationis accuſet, qui tamen ſimul oſtendit, quod etiam ex hac Epiſtolâ plura ſuo Apoſtolico inſeruerit. Vide *Epiphanium adverſus haereſes.* Lib. I. Haereſi 42. Tomo III. pag. m. 309. 310. 317. & 319.

Athanaſius, vel quisquis fuerit Auctor *Synopſeos*, pariter ut indubiè Canonicas laudat *Pauli* quatuordecim Epiſtolas. *Athanaſ.* Operum Tomo II. p. m. 121. ſeqq. Confer eumdem pag. 39. & 40. Adde ſis *Cyrillum Hieroſolymitanum*, *Catecheſi* 4. pag. 65. Concilium *Laodicenum* in *Corpore Conciliorum* Tomo II. pag. m. 96. editionis Regiae.

Plura ſi deſideres, conferas Doctiſſimi *Lardneri* Ἀξιοπιστίαν Hiſtoriae Evangelicae, ex Anglicano in Belgicum Sermonem, a Rever. Weſterbanio converſam.

CA-

Digitized by Goog

CAPUT SECUNDUM.

De Regione Galatia *dicta*, & Galatis, *ad quos data eſt haec Epiſtola.*

MIſſa eſt haec Epiſtola ταῖς Ἐκκλησίαις τῆς Γαλατίας. *Gal.* I. 2. Non igitur ad unius Urbis, ſed ad integrae regionis, ſive provinciae, Eccleſias; de quâ regione & populis, ejus incolis, quaedam praefari juvabit.

Galatia erat pars illius *Aſiae Magnae* partis, quae vulgò *Aſia Minor*, quae hodie *Anatolia* dici ſolet, vel *Natolia*. (*a*) Quaeque ad ſeptentrionem habet *Pontum Euxinum*, ad ortum *Euphratem*, ad meridiem *Mare Mediterraneum*, & ad occaſum *Archipelagum*, ſive *Mare AEgeum*. Hujus *Aſiae* pars, quae *Galatia*, vel *Gallo-Graecia* dicitur, ſita erat ad auſtrum *Paphlagoniae*, *Bithyniae* & *Phrygiae* ad ortum, *Ponto* & *Cappadociae* ad occaſum, *Lycaoniae* ad ſeptentrionem; uti docet *Strabo* Lib. XII. pag. m. 850. Editionis *Almeloveenii*. *Pauſanias* in *Phocicis* Lib. X. Cap. 36. pag. m. 890. collocat ὑπὲρ Φρυγίας. Sic quoque *Phrygiae* jungitur *Act.* XVI. 6. XVIII. 23. uti & *Ponto*, & *Cappadociae* 1 *Petr.* I. 1. In priori tamen loco *Act.* XVI. 6. diſtinguitur ab *Aſiâ:* ad quem locum *Zegerus* ex *Hieronymo* obſervat ſpecialiter vocari *Aſiam*, ubi *Epheſus* civitas

 eſt;

(*a*) Hanc regionem primùm a *Gomeritis* habitatam eſſe, obſervat Pl. Rev. & Doctiſſ. J. *Plevier* Comment. in hanc Epiſt. p. m. 13. ex *Joſeph. Antt.* I. c. 6.

eſt; de quâ *Aſiâ* videatur *Uſſerius* in ſpeciali tractatu de *Aſiâ Proconſulari*.

Olim dictam eſſe *Phrygiam Magnam* aſſerit *Petrus Gyllius* in *Corpore Antiquitatum Graecarum*. Tomo VI. columnâ m. 3194. *Plinius Hiſt. Natur*. Lib. V. Cap. 32. dicit: Galatia *ſuperpoſita agros majori ex parte* Phrygiae *tenet, caputque ejus quondam* Gordium.

Quod olim partim *Attalicis* Regibus, partim *Bithyniis* paruerit, diſcimus ex *Strabone*, illisque tandem volentibus, hanc regionem *Gallis* ceſſiſſe, atque *Gallo-Graeciam* dictam eſſe.

Ita deſcribit *Strabo Galatiam* Lib. XII. p. m. 850. Galatae *ergò* Paphlagonibus *verſus meridiem ſunt*: *Tria* Galatarum *habentur genera, quorum duo a Ducibus nomen habent*, Trocmi, & Toliſtobogi, *tertium a* Celticâ *gente* Tectoſages (*Plinius Toliſtobogos* quoque *Voturos* & *Ambituos* vocatos eſſe dicit, & *Tectoſagibus* jungit *Teutobodiacos*, atque harum gentium fuiſſe centum nonaginta quinque affirmat. *Plin*. Lib. V. Cap. 32. pag. m. 308.) (*a*) *Hanc regionem* Galatae *occupaverunt, cum diu vagati incurſionibus* Attalicorum *Regum* Bithyniorumque *ditionem vexaſſent, tandem ab iis volentibus acceperunt eam terram, quae nunc* Gallo-Graecia *dicitur. Princeps trajectionis horum in* Aſiam *praecipuè exiſtimatur fuiſſe* Leonorius; *cum autem tres earum ſint gentes, eâdem linguâ utentes, & aliis quoque rebus nihil differentes, quamvis earum in quatuor partes diviſerunt, &* Tetrarchiam *vocarunt, quae ſuum haberent* Tetrarcham, *ſuum-*

(*a*) Notat *Plevierius* l. c. quod hanc regionem permeaverint Fluvii celebres: HALYS, PARTHENIUS, & SANGARIS, ex *Plin*. Lib. XXXIII.

Digitized by

ſuumque Dicaſten *unum*, *unum exercitus Praefectum*, *quem* στρατοφύλακα *dicebant*, Tetrarchae *ſubditos*, *& duos* στρατοφυλάκων *vicarios*; *duodecim* Tetrarcharum *concilium viri erant trecenti*; *ii conveniebant in locum*, *qui vocabatur* Drynæmetum; *ii de caede judicabant*, *reliqua* Tetrarcha *& Judices: Quondam igitur talis erat haec conſtitutio. Noſtrâ aetate*, dicit porrò *Strabo*, *in trium*, *deinde duorum*, *tandem unius venerunt poteſtatem* Deotari, *cui ſucceſſit* Amyntas, *nunc* Romani, *& hanc*, *quae* Amyntae *fuerat*, *tenent provinciam.* Trocmi Ponto *&* Cappadociae *confinia poſſidebant*, *optima eorum*, *quae* Galatae *habebant*; *tria ipſis ſunt caſtella*, *muris cincta*; Tavium *emporium eſt iſtorum locorum*, *ubi* Jovis *eſt Coloſſus*, *& ſacer locus*, *unde fontem abducere nefas*; Mithridatium, *quod* Pompejus *a* Ponto *avulſum* Bogodiatoro *dedit*; *tertium* Danala, *ubi* Pompejus *&* Lucullus *convenerunt*, *cum ille ad ſucceſſionem belli veniret*, *hic ei imperium traderet*, *atque ad triumphum abiret.* Tectoſagum *regio attingit magnam* Phrygiam, *quae ad* Peſſinuntem *eſt*, *&* Orcaoruacos; *illorum caſtellum fuit* Ancyra, *ejusdem nominis cum oppidulo* Phrygiae, *quod verſus* Lybiam *apud* Blaurum *eſt.* Toliſtobogi *ſunt contermini* Bithyniae *&* Phrygiae, *quae* Epictetus *dicitur*; *caſtella eorum* Blucium *&* Pejum, *quorum alterum regio fuit* Deotari, *alterum gazae aſſervandae deſtinatum.* Peſſinus *emporium eſt in iſtis regionibus*, *maximum habens Templum*, *ſummâ cultum religione*, *Matris Deorum*, *quam* Angidiſtin *vel* Agdiſtin *vocant.* *Sacerdotes olim* Dynaſtae *quidam fuere*, *magni ſacerdotii fructum percipientes*; *nunc eorum honores valdè ſunt attenuati*, *ſed manet emporium.* *Locus ſacer magnificè eſt exornatus ab* Attalicis *Regibus*, *templo porticibusque albi lapidis: Illuſtre id fanum* Romani *fecerunt*,

Digitized by Google

cum inde ſimulachrum Deae, oraculo Sibyllae *moti, acciverunt, ut &* AEſculapii *ab* Epidauro: *Mons ubi imminet,* Dindymaea *dicitur* Judaea, *uti a* Cybelis Cybele. *Propè* Sangarius *fluvius defluit; ad hunc ſunt antiqua* Phrygum *domicilia,* Midae, *& eo prioris* Gordii, *aliorumque nonnullorum, ne veſtigia quidem ſervantia urbium, ſed pagi, alii aliis paulò majores. De his eſt* Gordium *&* Gorbejus, *regia* Caſtoris Saocondarii, *quem ibi & uxorem ejus, filiam ſuam, trucidavit* Deotarus, *caſtellumque diruit, & maximam pagi partem vaſtavit.* Hactenùs *Strabo.*

Altiùs horum *Gallorum* originem repetit *Ammianus Marcellinus* Lib. XV. Cap. 9. pag. m. 96. & ſeqq. Editionis *Pariſienſis.* A. 1681. ita ſcribens: Ambigenſes, *ſupra primâ origine* Gallorum *Scriptores veteres notitiam reliquere negotii ſemiplenam; ſed poſtea* Timagenes, *& diligentiâ* Graecus, *& linguâ, haec, quae diu ignorata, collegit ex multiplicibus libris, cujus fidem ſecuti, obſcuritate dimotâ, eadem diſtinctè docebimus, & apertè:* Aborigenes (*antiquiſſimam* Italiae *gentem*) *primos in his regionibus viſos eſſe, quidam firmarunt;* Celtas *nomine Regis amabilis, & Matris ejus vocabulo* Galatas *dictos; ita enim* Gallos *ſermo* Graecus *appellat: Alii* Dorienſes, *antiquiorem ſecutos* Herculem, *Oceani locos inhabitaſſe confines: Ajunt quidam paucos, poſt excidium* Trojae *fugitantes,* Graecos, *ubique diſperſos, loca haec occupaſſe, tunc vacua; regionum autem incolae id magis omnibus aſſeverant, quod etiam nos legimus in monumentis eorum inciſum.* Amphitryonis *filium* Herculem *ad* Geryonis *&* Tauriſci, *ſaevorum tyrannorum, perniciem feſtinaſſe, quorum alter* Hiſpanias, *alter* Gallias *infeſtavit, ſuperatisque ambobus coiſſe cum generoſis feminis, ſuſcepiſſe plures liberos, & eas partes, quibus imperabant, ſuis nominibus*

Digitized by Google

bus appellaſſe. Hactenùs *Ammianus Marcellinus.*

Juſtinus Lib. XXIV. Cap. 3. ad *Ptolomaei Ceraunι*, *Macedonum* Regis, tempus *Gallorum* in *Macedoniam* irruptionem refert, illumque a *Gallis* ſpoliatum regno, captumque vitam ferro, ut meruerat, amiſiſſe. Hoc ut illuſtret *Juſtinus* Cap. 4. de his *Gallis* ſequentia narrat: *Namque* Galli *abundanti multitudine, cum eos terrae non caperent, quae genuerant, trecenta millia hominum ad ſedes novas quaerendas, velut ver ſacrum, miſerunt. Ex his portio in* Italiâ *conſedit, quae & urbem* Romanam *captam incendit; & portio* Illyricos *ſinus, ducibus avibus, (nam augurandi ſtudio* Galli *praeter caeteros callent) per ſtrages Barbarorum penetravit, & in* Pannoniâ *conſedit; gens aſpera, audax, bellicoſa, quae prima poſt* Herculem, *cui ea res virtutis admirationem & immortalitatis fidem dedit,* Alpium *invicta juga & frigore intractabilia loca tranſcendit; ibi domitis* Pannoniis *per multos annos cum finitimis varia bella geſſerunt. Hortante deinde ſucceſſu, diviſis agminibus, alii* Graeciam, *alii* Macedoniam, *omnia ferro proterentes, petivere. Tantusque terror* Gallici *nominis erat, ut etiam Reges non laceſſiti ultrò pacem ingenti pecuniâ mercarentur. Solus Rex* Macedoniae Ptolomaeus *adventum* Gallorum *intrepidus audivit.*

Ut autem *Juſtinus* porrò hiſtoriam horum *Gallorum* proſequatur, narrat, quod *Soſthenes Gallos*, victoriâ *Ptolemaei* exſultantes, compeſcuerit, & quod (ita pergit *Juſtinus* Cap. 6.) *interea* Brennus, *quo duce portio* Gallorum *in* Graeciam *ſe effuderat, audità victoriâ ſuorum, qui* Belgio *duce* Macedones *vicerant; indignatus partâ victoriâ opimam praedam, &* Orientis *ſpoliis onuſtam tam facilè relictam eſſe, ipſe adunatis centum & quinquaginta millibus peditum, & quindecim millibus equi-*

Digitized by Google

tum, *in* Macedoniam *irruperit;* victisque sub *Sosthene Macedonibus*, totius *Macedoniae* agros depraedatus fuerit, qui tamen a *Delphis* victus, & cum toto suo exercitu extinctus est: uti prolixè narrat *Justinus* Lib. XXIV. Cap. 6. 7. & 8.

Postea verò *Antigono* (pace cum *Antiocho* factâ) in *Macedoniam* reverso, Galli (sic pergit *Justinus* Lib. XXV. Cap. 1.) *qui a duce* Brenno, *cum in* Graeciam *proficiscerentur*, *ad terminos gentis tuendos*, *relicti fuerant*, *ne soli desides viderentur*, *peditum quindecim millia*, *equitum tria millia armaverunt*; *fugatisque* Getarum Triballorumque *copiis*, Macedoniae *imminentes*, *legatos ad Regem miserunt*, *qui pacem ei venalem offerrent:* Sed quorum animi, postquam ab *Antigono*, regali munificentiâ, ingenti apparatu epularum ad coenam invitati fuerant, ad praedam incitati, castra Regis aggressi fuerint, sed incautiùs naves diripientes trucidati, eorumque *tanta caedes fuerit*, *ut* Antigono *pacem opinio hujus victoriae*, *non a* Gallis *tantùm*, *verum etiam finitimorum feritate praestiterit.*

Addit autem *Justinus* (quod nostrum scopum, qui est ostendere, quales populi nostri *Galatae* fuerint, propiùs tangit) quod Gallorum *eâ tempestate tantae foecunditatis juventus fuerit*, *ut* Asiam *omnem*, *velut examine aliquo*, *implerent. Denique neque Reges* Orientis, *sine mercenario* Gallorum *exercitu*, *ulla bella gesserunt*, *neque pulsi regno ad alios*, *quam ad* Gallos, *confugerunt. Tantus terror* Gallici *nominis*, *& armorum invicta felicitas erat*, *ut aliter neque majestatem suam tutari*, *neque amissam recuperare se posse* *sine* Gallicâ *virtute arbitrarentur. Itaque in auxilium a* Bithyniae *Rege invocati*, *regnum cum eo*, *parta victoria*, *diviserunt*, *eamque regionem* Gallo-Graeciam *cognominaverunt.* Hactenùs *Justinus.* Gallo-

Gallo-Graecia igitur dicta haec Provincia, quoniam his *Gallis Graeci* erant permixti. De quibus conferri possunt *Livius* Lib. XXXVIII. Cap. 16. *Polybius* Libro IV. pag. m. 136. Ubi *Gallos* cum *Brenno* patriâ excessisse narrat, & imprimis Lib. I. pag. m. 8. Ubi reliquias *Gallorum*, qui *Delphorum* occupaverant urbem, dicit in *Asiam* περαιωθέντες mox post *Pyrrhi* in *Italiam* adventum, quem *Casaubonus* ad *Olympiada* CXXIV. refert in *Synopsi Chronologicâ*, *Polybio* subjectâ, pag. m. 1590. & trajectionem *Gallorum* in *Asiam* ad *Olympiadis* CXXV. Annum secundum, quod confirmari potest ex *Pausaniâ* in *Phocicis* Lib. X. Cap. 23. pag. m. 857. ubi illam *Gallorum in Asiam* trajectionem refert ad Annum, quo *Democles Athenis* erat Ἄρχων, id est, ad Annum secundum *Olympiadis* CXXV. qui ex parte respondet Anno Periodi *Julianae* 4435. id est 279. ante AEram nostram *Christianam*. Addi quoque potest *Pausanias* in *Achaicis* Lib. VII. Cap. 6. pag. m. 538.

Hos tamen Auctores non in omnibus consentire, monet Illustris *Gisbertus Cuperus Observationum* Lib IV. Cap. 11. ubi dicit: *Neque tamen animus est examinare, quae* Polybius, Livius, Justinus, *sive* Trogus, Pausanias, *aliique diversa & contraria narrant; sed bella praecipuè, quae cum* Asiae *Regibus gesserunt*. Apud hunc igitur Virum Doctissimum, loco citato, legi possunt quaedam ad illustrationem historiae horum bellorum apprimè facientia. Uti quoque apud Illustrissimum Virum *Ezechielem Spanhemium*, in Observationibus ad *Callimachi* Hymnum in *Delum*. pag. m. 438–442.

Hic *Spanhemius* pag. 439. *Callimachum*, qui vixit tempore *Ptolomaei Philadelphi*, censet primum esse eorum, qui hodie supersunt, *Graecorum* scriptorum, apud quem hujus

jus nominis Γαλάτων de *Gallis* occurrat mentio, atque ex *Pauſaniâ* notat, quod non niſi ſerò uſus obtinuerit, ut Γαλάται appellarentur; *Celtas* enim ipſos ſe antiquitùs, uti quoque alios ipſos nominaſſe.

Atque haec nobis nunc de *Galatarum* origine, atque horum populorum *Aſiaticorum*, *Gallorum* & *Graecorum* mixturâ ſufficiant. Addere tamen oportet, quod, uti *Strabonem* audivimus dicentem, quod *Romani* ſuo tempore hanc tenuerint Provinciam, *Dio* quoque *Caſſius* idem affirmet Lib. III. pag. m. 427.

Interim ex dictis diſcamus, quales fuerint *Galatae* Gentiles, nimirùm natio mixta partim, uti videtur de *Aſiaticis*, ex *Semi*, partim ex *Japheti* poſteris, e quibus *Galli* & *Graeci*: Diſcamus, quod noſtrorum, ad quos *Paulus* ſcribebat, *Galatarum* majores fuerint indolis ferocis, temerariae, irreligioſae, deinde tamen idololatricae, quodque praecipuè Matrem, uti dicebatur, Deorum coluerint, cujus cultum copioſè deſcripſit Clariſſimus *van Til* in Tractatu *de Poëſi & Muſicâ Veterum*. pag. m. 166--177. Uti ex *Strabone* jam notavimus, quod in *Tavio* emporio *Jovis* quoque fuerit Coloſſus, & aſylum.

Memoratu quoque dignum eſt, quod *Callimachus* hymno in *Delum* verſu 184. *Galatas* vocet Φύλον ἄφρονα, *populum dementem*. Ad quae verba operae pretium exiſtimo adſcribere obſervationem Illuſtris *Spanhemii*: *Haud aliter*, inquit, *ac de* Galatis, *horum* Galatarum *poſteris*, *ait Divus* Paulus *Cap.* III. 1. ὦ ἀνόητοι Γαλάται, *quod partim e nativâ veterum illorum* Gallorum, *quorum erant traduces hi* Galatae, *feritate*, *ſeu* ἀνοίᾳ, *de quâ paſſim Auctores*, *partim e ſoli*, *quod iidem inſidebant*, *genio ac proprietate veluti adhaeſit*; *unde ad eumdem locum* Hieronymus *tradit Apoſtolum*

Digitized by Google

lum Galatas *regionis ſuae proprietate pulſaſſe: Notum certè* Paphlagonas, *in quorum regionis parte* Galatas, *ſeu* Gallo-Graecos *conſediſſe conſtat, pro bardis ac ſtolidis a* Graecis *olim habitos.* Hactenùs *Spanhemius.*

Non poſſum autem ego ſatis mirari divinam in dirigendo curſu Evangelii providentiam; quae *Paulo* priùs permiſit *Phrygiam* & *Galaticam* regionem peragrare, quam ſermonem in *Aſiâ*, cultiſſimâ illâ provinciâ, loqui. Licet hic quodammodo cum Servatore exclamare, quod legimus *Matth.* XI. 25. 26. *Confiteor Tibi, Pater, Domine coeli & terrae, quod haec a ſapientibus & prudentibus abſconderis, pueris autem revelaveris: nae Pater, tale enim fuit tuum beneplacitum.*

Addit tamen idem Illuſtris *Spanhemius*, quod *Themiſtius*, Orator, florens ſub *Valentiniano* Imperatore, Oratione 16. pag. 211. dicat, eoſdem *Galatas* non *barbaros* appellandos eſſe, ſed omninò *Romanos*, quod communis eis ſit cum illis vivendi ratio: Et alibi rurſùs eos acutos eſſe, ac ſolertes, ac iis, qui maximè ſunt *Graeci*, ad capeſcendas diſciplinas dociliores. Oratione 23. pag. 299. Sed notandum eſt, tempora mutari, hominesque in illis; tempore *Themiſtii* iſtas gentes jam dudum luce Evangelii fuiſſe colluſtratos: Illa etiam, quae *Callimachus* & *Themiſtius* de *Galatis* teſtantur, non prorſùs inter ſe pugnant; illa enim, cujus *Galatas* accuſat *Callimachus*, ἀφροσύνη reſpicit ad illorum in ſpoliando *Apollinis* Templo temeritatem, quâ, ut mente capti, auſi ſint perpetrare ea, a quibus reverentia Numinis ipſos abſterrere debuiſſet; ad quam alluſiſſe Apoſtolum, quando *Galatas*, adeò temerè ab Evangelio, tam inſigniter coelitùs confirmato, recedentes, increpat, ut ἀνοήτους, *Hieronymo* viſum eſt.

Obſervari porrò meretur, quod vitia in corrupto homine,

Digitized by Google

quales omnes naturâ sunt, dominantia, & temperamento gentis, & soli genio atque proprietati respondentia, moribus & consuetudine confirmata, etiam in regenitis, in quibus non ampliùs dominium exercent, suas habeant reliquias, quas debellare, & magis magisque exstirpare iis incumbit.

Hinc Apostoli in suis, ad praxin pietatis pertinentibus, monitis, speciatim in dehortationibus, procul dubio singularem rationem habuerunt vitiorum in istis Gentibus emicantium, quae radicitùs delere difficilius est, ubi inveterata consuetudo, moresque & conversatio cum aliis animum in illa vitia proniorem reddunt; quam ob caussam indolem gentium, ad quas credentes, quibus Apostoli scribebant, pertinuerunt, nosse, multùm juvat ad perspiciendam & admirandam sapientiam & prudentiam Apostolorum in illis monitis.

Hactenùs quidem *Galatas* contemplati sumus ut Ethnicos non tamen credendum est has regiones tempore *Pauli* a solis Ethnicis fuisse inhabitatas; *Judaei* hac aetate longè plurimi per totum ferè orbem dispersi erant; imprimis quoque in *Asiâ*, cujus pars *Galatia* erat, suas habuerunt sedes: pluribus hoc docuit Clarissimus *Braunius* in *Selectis Sacris*, adductis testimoniis *Philonis* & aliorum.

Galatas igitur per *Paulum* ad fidem *Christianam* adductos, ad quos hanc Epistolam misit, non fuisse omnes ex *Gentibus* oriundos, sed benè multos etiam ex *Judaeis* originem traxisse, nullus dubito. Certè *Petrus* 1 *Petri* I. 1. scribit inter alios ad παρεπιδήμους διασπορᾶς Γαλατίας, & in hac Epistolâ permulta quoque sunt, in quibus *Paulus Galatas*, quatenùs erant *Judaei* vel *Israëlitae*, alloquitur, uti quando seipsum iis jungens Cap. III. 23. 24. & 25. dicit: Πρὸ τοῦ δὲ ἐλθεῖν τὴν πίστιν, ὑπὸ νόμον ἐφρουρούμεθα —— ὥστε ὁ νόμος παιδαγωγὸς ἡμῶν γέγονεν & iterùm οὐκ ἔτι ὑπὸ παιδαγωγόν ἐσμεν.

Ne-

Digitized by

Neque tamen hinc concluderem *Galatarum* Eccleſias ſolis *Judaeis* conſtitiſſe, vel hanc Epiſtolam unicè ad *Judaeos* fuiſſe perſcriptam, ſive *Judaei* fuerint natione, ſive confeſſione proſelyti, ante converſionem ad CHRISTUM, uti aſſeverat *Braunius* in *Selectis Sacris* Lib. I. Cap. 5. pag. m. 73. Illos autem, qui ex Gentilibus ad Eccleſias *Galaticas* pertinebant, ante converſionem ad CHRISTUM, fuiſſe confeſſione proſelytos pag. 71. elicere conatur ex Cap. IV. 8. 9. & 10. Ubi ex verſu 8. colligit, quod fuerint hi origine Gentiles, ſed ex verſu 9. ex voce πάλιν, eâque repetitâ, colligit, illos etiam antea ſerviiſſe τοῖς φυσει μη θεοις καὶ ἀσθενησιν, adeoque ad communionem *Judaeorum* pertinuiſſe, quod idem confirmat ex Cap. IV. 1. 3. & 7.

Fateor his rationibus ſuum pondus conſtare, atque rectè hinc elici *Galatarum* Eccleſias magnam partem quoque fuiſſe collectas ex *Judaeis*, cùm natione, tùm profeſſione; non tamen ex his ſolis, uti opinor: His enim vix dicere potuiſſet Apoſtolus id, quod legimus Cap. V. 2. Ἰδὲ, ἐγὼ Παῦλος λέγω ὑμῖν ὅτι ἐὰν περιτέμνησθε, Χριστὸς ὑμᾶς οὐδὲν ὠφελήσει. Mihi igitur videtur, quod ex *Judaeis* etiam, per hanc provinciam diſperſis, ex *Judaeis* cum proſelytis ſociatis, & ex *Gentibus* cum utriſque per Evangelium conjunctis, conſtiterint hae Eccleſiae; illis & iſtis cum his, per ſolam fidem, citra neceſſitatem circumciſionis ſubeundae, communionem & fraternam conjunctionem colentibus; imò etiam liberè converſantibus: Uti *Petrus Antiochiae* quoque fecerat, antequam nonnulli veniſſent a *Jacobo*. *Gal.* II. 12.

Iſtae igitur locutiones, quas ſuprà vidimus Clariſſimum *Braunium* allegare, ut & illae, quas nos adduximus, per χάσμα exponendae ſunt; & concipi debet, *Paulum* de illis Eccleſiis acervatim ſpectatis ex vero dicere illa, quae de illis,

Digitized by Google

lis, vel ex hac, vel ex alterâ parte ſpectatis, vera tantum erant. Haec autem obſervaſſe in ſequentibus uſui erit.

Hinc quoque tollitur difficultas, quâ ratione *Galatae* conſiderari poſſint, tamquam pertinentes ad canonem *Pauli*, cum *Petrus* ad eos ſcribat, tamquam ad ſuum canonem pertinentes: nimirùm *Paulus* miſſus, ut praedicaret Evangelium inter *Gentes*, illud etiam *Galatis* annuntiavit; ſolebat tamen initium facere a *Judaeis*, quorum contumacia ſaepiùs anſam dedit transferendi Evangelium ad *Gentes*, uti ex *Act.* XIII. 46. 47. XVII. 3-7. & XVIII. 5. & ſeqq. diſcimus: Cum itaque *Galatarum* nonnulli ex *Gentibus* erant, alii ex *Judaeis*, uterque Apoſtolus, *Paulus* ſcilicet, tamquam Apoſtolus praecipuè Gentium, & *Petrus*, tamquam Apoſtolus praecipuè circumciſionis, ſui officii meritò cenſere potuit, ad *Galatas* ſcribere.

CA-

Digitized by Google

CAPUT TERTIUM.

De Tempore Converſionis *Galatarum.*

UT tempus, quo *Galatae* CHRISTO nomen dederunt, inveniamus, has ponimus propoſitiones:

I. *Galatas* ad CHRISTUM converſos eſſe miniſterio *Pauli* Apoſtoli, ex hac Epiſtolâ conſtare poteſt. vide *Gal.* IV. 11. 13-16. 18. 19. & 20.

Omni ſolido fundamento deſtituitur, quod Doctiſſimus *Calmetus* contendit, ex 1 *Petri* I. colligi poſſe, quod *Petrus* jam ante *Paulum Judaeis* in *Galatiâ* Evangelium praedicaverit, addens, quod hoc non fecerit, antequam *Antiochenam* Eccleſiam fundaſſet, primumque iter *Romanum* abſolviſſet. Nullum hujus aſſerti fundamentum reperimus in Sacrâ Scripturâ; quod ad *Euſebium* Lib. III. Cap. 1. quem citat, attinet, is quidem dicit, in iſtis regionibus ἔσπε Πέτρον κεκηρυχέναι, ſed nullo modo indicat, hoc factum eſſe, antequam *Paulus* ibi praedicaſſet; neque ullo modo credibile eſt, *Paulum* ſolis Ethnicis praedicaſſe; in omni enim ejus hiſtoriâ videmus, quod *Judaeos* non neglexerit, ſed primo loco ad amplectendum Evangelium eos invitaverit. Conf. *Act.* XIII. 46. XVII. 1. 2. XVI. 12. 13. XVIII. 4. 19.

II. *Paulus* Apoſtolus non ante Annum XXXIV. AErae Vulgaris ad CHRISTUM converſus eſt.

Nam Annus, quo CHRISTUS crucifixus eſt, eſt Annus AErae Vulgaris XXXIII. quod a pluribus eſt demonſtratum, & a me quoque in Commentario ad *Danielis* IX.

Digitized by Google

Caput. Minimùm autem unius anni ſpatium inter mortem CHRISTI & *Pauli* converſionem interponendum eſt.

III. Idem Apoſtolus Anno AErae Vulgaris LV. *Hieroſolymis* in vincula conjectus eſt.

Demonſtravimus hoc tùm in Commentario ad poſteriorem Epiſtolam ad *Corinthios*, in Prolegomenis, tùm in Diſputationibus ad Hiſtoriam *Pauli*, Diſputatione 6ta. & ſeqq. Contigit enim, antequam *Feſtus Felici* ſucceſſor datus eſt, uti patet ex ipſâ *Actuum Apoſtolicorum* hiſtoriâ; *Feſtus* autem *Felici* ſucceſſor datus eſt, antequam *Pallas*, *Felicis* frater, gratiâ *Neronis* exciderat, uti ex *Joſepho Antiq. Jud.* Lib. XX. Cap. 7. conſtat: Hoc contigit Anno AErae Vulgaris LV. uti ex *Tacito Annalium* Lib. XIII. Cap. 14. diſcimus. Hinc ſequitur non ultra XXI. annos (niſi fortè aliquot menſes, quod nunc non inquiro) inter converſionem *Pauli* & ejuſdem vincula *Hieroſolymitana* elapſos eſſe.

IV. Quinque ſunt itinera ad Urbem Sanctam, quae *Paulo* converſo tribuit *Lucas* in *Actis Apoſtolorum*, quae ab Evangeliſtiâ narrantur ſequentia:

Primum. De quo *Act.* IX. 26.
Secundum. *Act.* XI. & XII.
Tertium. *Act.* XV.
Quartum. *Act.* XVIII. 21.
Quintum. *Act.* XXI.

V. Iter ad Synodum *Hieroſolymitanam*, *Act.* XV. narratum, idem eſt, quòd a *Paulo* Apoſtolo *Gal.* II. 1-10. commemoratur.

Si enim haec itinera eſſent diverſa, iter ad Synodum eo, quod *Paulus* in hac Epiſtolâ commemorat, vel anterius eſſet, vel poſterius: Si iter ad Synodum anterius fuiſſet eo, quod ab Apoſtolo *Gal.* II. narratur, illud Synodale

Digitized by Google

nodale ſilentio praetermiſiſſet Apoſtolus in hac Epiſtolâ; quod tamen praetermittere non potuiſſet, vel debuiſſet. Scopus enim ejus erat oſtendere, quod doctrinam ſuam non ab homine, neque per hominem quemcumque, didicerit: Eo fine tam graviter & ſeriò affirmat *Gal.* I. 18-21. quod primâ vice (& quidem poſtquam in *Arabiâ* & *Damaſci* tribus annis praedicaſſet Evangelium) nonniſi *Petrum*, idque tantùm quindecim dies, & *Jacobum* viderit, deinde verò, unà cum *Barnaba Hieroſolymis* doctrinam ſuam expoſuerit, ab Apoſtolis & Fratribus *Hieroſolymitanis* agnitam & probatam: Si interea temporis iter illud ad Synodum contigiſſet, *Paulus* autem id ſilentio praeteriiſſet, an non juſtam ſuſpicionem praebuiſſet cogitandi, quod de illo taceret, ut ſic occultaret, quod ab iſtâ Synodo ſuam didicerit doctrinam? Scopus igitur *Pauli* planè exigebat, ut ſi iter ad Synodum *Hieroſolymitanam* praeceſſiſſet id, de quo loquitur *Gal.* II. illius quoque mentionem feciſſet.

Si autem iter ad Synodum poſterius fuiſſet eo, de quo *Gal.* II. loquitur, tunc hoc *Gal.* II. memoratum iter, vel praeceſſiſſet primam *Pauli & Barnabae*, ad Gentes CHRISTO ſubjiciendas, expeditionem, vel ſecutum eſſet poſt eam: Quod non praeceſſerit, per ſe patet ex *Gal.* II. 2. 3. Si igitur non eſt anterius, debuiſſet contingere tempore intermedio, poſt abſolutam primam ad Gentes expeditionem, & tamen ante Synodum *Hieroſolymitanam* ſuſceptum; id verò non patitur ſeries narrationis *Lucae Act.* XIII. XIV. & XV.

Hanc quoque propoſitionem pluribus demonſtravimus in Diſputationibus ad Hiſtoriam *Pauli.*

VI. Synodus itaque *Hieroſolymitana* habita eſt, vel quattior-

tuordecim, vel ſeptemdecim annis poſt converſionem *Pauli*.

Conſtat hoc ex verbis Epiſtolae ad *Galatas* Cap. II. 1. De quibus verbis dubium videri poſſet, an illud ἔπειτα reſpiciat ad tres annos, *Gal.* I. 18. memoratos, an verò ad ipſum tempus converſionis *Pauli*, a quo, uti antè memorati tres anni inchoandi ſunt, ſic etiam hic expreſſi quatuordecim? Ita ponendum erit comma poſt ἔπειτα, quaſi dicat: *Poſtea*, elapſis, nimirùm a converſione meâ ad CHRISTUM, quatuordecim annis, *iterum* Hieroſolymam *ſum profectus*.

VII. Synodus *Hieroſolymitana* non eſt habita ſeptemdecim annis poſt converſionem *Pauli*.

Haec propoſitio probatur, quia, ſi Synodus *Hieroſolymitana* ſeptemdecim annis poſterior eſſet converſione *Pauli*, inter hanc Synodum & *Pauli* vincula *Hieroſolymitana* quatuor tantùm (& aliquid, forte, quod excederet) anni eſſent intermedii: Hoc autem ſpatium nimis eſt arctum, quam ut omnia illa, quae in *Actis* a Capite XV. uſque ad Caput XXI. narrantur, interea temporis geſta eſſe poſſint; ſolae enim commorationes *Pauli*, apud *Corinthios*, & apud *Epheſios* plus quam quatuor annos poſtulant. Vide *Act.* XVIII. 11. XX. 31.

Hinc ſequitur, quod XIV. annis poſt *Pauli* converſionem Synodus *Hieroſolymitana* habita ſit, id eſt, Anno XLVIII.

VIII. *Galatae* (cum non in primâ, ſed in alterâ *Pauli* expeditione ad Gentes, ad fidem in CHRISTUM perducti ſunt, uti vidimus, adeoque aliquantò poſt Synodum *Hieroſolymitanam*) non receperunt fidem Evangelii ante Annum XLIX.

Nam

Digitized by

Nam poſt Synodum *Paulus* cum *Barnaba Antiochiam* profectus eſt, & aliquamdiu moratus. *Act.* XV. 22. 33. & 35. Deinde *Paulus* cum *Sila Syriam* & *Ciliciam* peragravit, confirmans Eccleſias. verſu 40. Hinc pervenerunt *Derben* & *Lyſtram*, ibique aſſumpto *Timotheo Phrygiam* & *Galaticam* regionem tranſierunt. *Act.* XVI. 6. quo tempore *Galatas* ad fidem Evangelii permoviſſe videntur, quod itaque ante Annum XLIX. contigiſſe vix poteſt, neque multò ſeriùs, uti ex ſequentibus apparebit.

IX. Tempus inter Synodum *Hieroſolymitanam*, & *Pauli* vincula, quibus in iſtâ Urbe eſt conſtrictus, eſt tempus ſeptem Annorum, quot anni inter Annum AErae Vulgaris XLVIII. & LV. elapſi ſunt.

X. Hoc ſeptem annorum intervallum diſpeſci poteſt in duas partes, quarum prima decurrit ab hac Syncdo uſque ad *Pauli* reditum ad Urbem Sanctam, narratum *Act.* XVIII. 21. 22. Altera pars abhinc ad ultimum ejus adventum in eamdem Urbem, quando in vincula conjectus eſt, quod narratur *Act.* XXI. Primae parti hujus intervalli dandi videntur tres anni, ſecundae anni, qui ex ſeptem dictis ſuperſunt, quatuor.

Fundamentum hujus partitionis eſt, quod in deſcriptione primi intervalli diſertis verbis commemorentur annus & ſex menſes, quos nimirùm *Corinthi* tranſegit. *Act.* XVIII. 11. Quibus tempus itinerum, ante illam commorationem *Corinthiacam*, & poſt eam, addendum eſt; quae ſimul juncta tres ferè an-

nos requirere videntur: In deſcriptione verò poſterioris partis hujus intervalli conceptis verbis exprimuntur tres anni, quos *Paulus* dicit, ſe *Epheſios* die & nocte hortatum fuiſſe. *Act.* XX. 31. & deinde, quod tres menſes fuerit in *Graeciâ*. *Act.* XX. 3. Quibus tribus annis & tribus menſibus tempus itinerum antecedentium & conſequentium addentes, quatuor annorum ſpatium (incipientium a feſto, cui *Paulus* intereſſe volebat, uti dicit *Act.* XVIII. 21. & 22. ad feſtum Pentecoſtes, in quo captus eſt. *Act.* XXI. 33.) poſteriori parti hujus ſeptem annorum intervalli aſſignare debebimus.

Quinque annorum ſpatium huic poſteriori parti dare vix licet; ſic enim priori tantùm duos annos dare oporteret, quorum unus cum dimidio dandus eſt commorationi apud *Corinthios*, quo pacto tantùm ſex menſes relinquerentur itineribus, ante & poſt commorationem *Corinthiacam*, peractis; quod ſeries rerum geſtarum non permittit: Nam poſt Synodum *Hieroſolymitanam Paulus* legitur profectus *Antiochiam*. *Act.* XV. 25. & 30. ubi aliquamdiu manſit. verſu 33. & 36. peragraſſe deinde *Syriam* & *Ciliciam*. verſu 41. hinc *Derben* & *Lyſtram* veniſſe. Cap. XVI. 1. *Phrygiam* deinde & *Galatiam*. Cap. XVI. 6. (quo tempore *Galatas* ad fidem in CHRISTUM perductos eſſe cenſemus) poſtea per *Troada* in *Macedoniam* tranſiiſſe. *Act.* XVI. 8. 10. 11. *Philippis* aliquot dies manſiſſe. verſu 12. inde per *Amphipolin* & *Apolloniam* veniſſe *Theſſalonicam*, ibique tribus Sabbathis cum *Judaeis* egiſſe *Act.* XVII. 1. 2. inde *Beroeae* in Sy-

Digitized by Google

Synagogâ non ſine fructu Evangelium praedicaſſe. *Act.* XVII. 10-14. Sic *Athenas* veniſſe. verſu 15. ibique *Silam* & *Timotheum* exſpectaſſe. verſu 16. eoque tempore quotidie in foro cum illis, qui ipſi occurrebant, egiſſe. verſu 17. tandemque *Corinthum* appuliſſe. *Act.* XVIII. 1. Haec ſanè omnia ſimul ſumpta arcto ſex menſum ſpatio conſtringi nequaquam poſſunt: Imprimis cum ſe *Athenis*, lociſque fortè vicinis, non adeo breve tempus transegiſſe, evidenter ſignificet. 1 *Theſſ.* III. 1.

Imò verò minus, quam ſex menſum, ſpatium hiſce omnibus a Synodo *Hieroſolymitanâ* uſque ad Apoſtoli adventum ad *Corinthios* relinqueretur, ſi duorum tantùm annorum intercapedinem, inter Synodum *Hieroſolymitanam* & ſequens iter ad Urbem iſtam ſtatuamus; nam praeter octodecim menſes, *Corinthi* transactos, & itinera recenſita, ab illis duobus annis iter poſt multos dies *Epheſum*, & hinc *Hieroſolymam* peractum, *Act.* XVIII. 18. 19. memoratum, detrahi deberet.

Haec omnia quando perpendo, ſtatuere minimè vereor, priori parti intervalli ſeptem annorum, intra Synodum *Hieroſolymitanam* & *Pauli* vincula *Romana*, elapſi, tres annos, poſteriori verò parti quatuor annos aſſignandos eſſe.

XI. Adventus igitur *Pauli* ad feſtum, *Hieroſolymis* celebrandum, Anno LI. & quidem tempori verno videtur alligandus, atque Paſchatis feſtum nomine ἑορτῆς *Act.* XVIII. 21. intelligendum.

Quod non insolitum sit scriptoribus Paschatis festum simplici denominatione ἑορτῆς insignire, observavimus in Commentario ad *Danielis* IX. Caput. Parte II. pag. 451.

XII. Hinc sequitur, quod *Paulus* tempore autumnali Anni XLIX. *Corinthum* venerit: Quandoquidem autem, postquam *Phrygiam* & *Galatiam* peragrasset, antequam *Corinthum* veniret, iter fecit in *Macedoniam*, *Thessalonicam*, *Beroeam*, & *Athenas*, uti vidimus, retronumerando ad initium Anni XLIX. perveniemus, nisi malis fortè ad finem ferè deducti Anni XLVIII.

CA-

Digitized by

CAPUT QUARTUM.

De Tempore & Loco Scriptionis hujus Epiſtolae.

UT ex dictis nunc porrò tempus ſcriptionis hujus Epiſtolae indagemus, per has procedere juvabit propoſitiones:

I. Scripta videtur haec Epiſtola, antequam *Paulus* ſecundâ vice in *Galatiâ* docuit, quod eum feciſſe teſtatur *Lucas*. *Act*. XVIII. 23.

Hoc colligimus ex eo, quod de iſtâ *Galatarum* confirmatione nihil commemoret Apoſtolus in hac Epiſtolâ, ſed tantùm de primâ ſuâ inter *Galatas* praedicatione, adeò avidè receptâ, mentionem faciat. *Gal*. IV. 13-17. Quod ſi verò hanc Epiſtolam ſeriùs ſcripſiſſet, ad *Galatas*, levitatis & temeritatis, in deſerendâ puritate doctrinae, arguendos, utique illam per ſe factam confirmationem eis quoque ob oculos poſuiſſet.

II. *Paulus* hac ſecundâ vice ad *Galatas* venit poſt feſtum *Hieroſolymis* celebratum, uti ex *Act*. XVIII. 22. 23. liquet; adeoque poſt Paſcha Anni L. l^mi. uti ſuperioris Capitis Propoſitione XI. evicimus.

III. *Paulus* hac ſecundâ vice ad *Galatas* venit, antequam ſecundâ vice ad *Epheſios* abiit, uti ſeries narrationis *Lucae*. *Act*. XVIII. 23. & XIX. 1. demonſtrat.

Digitized by Google

IV. *Epheſi* cum triennium tranſegerit, (uti teſtatur *Act.* XX. 31.) & poſtea tres menſes in *Graeciâ*. *Act.* XX. 3. quod tempus elapſum eſt diebus azymorum. Ejusdem Capitis verſu 6. & quidem illius Anni, quo *Paulus Hieroſolymis* captus eſt, id eſt, Anni LV^ti. uti ſupra vidimus; *Epheſum* iteratâ vice perveniſſe debet inchoato ferè Anno LII^do.

V. Hinc ſequitur, quod ante feſtum Anni LI^mi. *Paulus* iteratâ vice apud *Galatas* Evangelii miniſterio functus ſit, quodque proinde Anno LI^mo. vertente haec Epiſtola ad *Galatas* data ſit.

VI. Scripta autem eſt haec Epiſtola aliquamdiu poſt feſtum Paſchatis Anni LI^mi.

Quod hac ratione probamus: Scripta eſt haec Epiſtola, poſtquam *Petrum Paulus Antiochiae* reprehendiſſet ob ſimulationem, per quam etiam *Barnabas* a recto tramite abductus eſſet; id enim in hac Epiſtolâ commemorat Cap. II. 11. Haec autem reprehenſio non alio tempore, quam Anno LI^mo. facta eſſe poteſt.

Quod ſic demonſtro: Poſt praedicatum inter Gentes Evangelium *Lucas* tribus vicibus *Paulum Antiochiae* fuiſſe narrat: proximè ante Synodum *Hieroſolymitanam*. *Act.* XIV. 26. deinde ſtatim poſt Synodum. *Act.* XV. 25. & ſeqq. deniquè poſtquam per *Epheſum Caeſaream* profectus eſſet, & ſalutatâ Eccleſiâ *Hieroſolymitanâ Antiochiam* iviſſet. *Act.* XVIII. 22. 23. Ad duas priores apud *Antiochenos* commorationes reprehenſio *Petro a Paulo* facta referri nequit; in primâ certè *Barnabas* ſimulatione *Petri* & *Judaeorum* non eſt abductus, quod narrationis *Lucae*. *Act.* XIV. 26-XV. 3. ſilum evi-

Digitized by Google

evidentiſſime evincit: Non igitur Synodo *Hieroſolymitanâ* anterior eſt illa *Petro* a *Paulo* facta reprehenſio; poſt Synodum autem *Hieroſolymitanam* non niſi duabus vicibus *Paulus* fuit *Antiochiae*, primâ vice poſt Synodum, cum litteras Synodicas ad Eccleſiam *Antiochenam* referret. *Act.* XV. 30. iſto autem tempore *Petrus* cum Apoſtolis reliquis manſit *Hieroſolymis*. vide *Act.* XV. 23. 25. 27. 33. & συρρᾶξις, inter *Paulum* & *Barnabam* tunc orta, non eſt nata ex ſimulatione *Barnabae*, ſe Gentibus ſubtrahentis, ſed ob diſſenſum de *Marco* in ſocietatem itineris expeditioniſque ſecundae, ad Gentes CHRISTO lucrandas, aſſumendo, vel non aſſumendo. *Act.* XV. 38. 39. 40. Et quis credat, eopſe tempore, quo *Barnabas* cum *Paulo* ab Apoſtolis & Synodo *Hieroſolymitanâ* miſſus eſſet ad ſtabiliendam libertatem Gentium, *Barnabam* eodem tempore, in eâdem illâ *Antiochenorum* Urbe, ſimulatione *Petri* & *Judaeorum* abductum eſſe? Alterâ igitur poſt Synodum vice, cum *Paulus* iterum, poſt ſecundam, cum *Sila* peractam, in Gentes expeditionem, *Antiochiam* reverſus eſſet; (quod memoratur *Act.* XVIII. 22.) omninò videtur Apoſtolus Gentium *Petrum* redarguiſſe: Hoc igitur quum ſit tempus reprehenſionis *Petro* a *Paulo* factae, non poteſt non contigiſſe poſt Paſchale tempus Anni LI^mi.; nam ſuperioris Capitis Propoſitione XI. evictum eſt, illius anni fuiſſe illud feſtum, quo *Hieroſolymis* eſſe voluerat Apoſtolus, poſt quod demùm tempus *Antiochiam* ſecundâ poſt Synodum *Hieroſolymitanam* vice appulit.

VII. Tem-

Digitized by Google

VII. Tempus igitur ſcriptionis ad medium Anni L Imi. videtur referendum eſſe, quandoquidem ſcripta eſt haec Epiſtola, antequam ſecundâ vice apud *Galatas* Evangelium praedicavit.

Detecto ſic tempore, quo haec Epiſtola data eſt, ſubnaſcitur mihi conjectura de loco: Non nulli cenſent *Româ* miſſam eſſe. Subſcriptio in hodiernis *Graecis* habet: Πρὸς Γαλάτας ἐγράφη ἀπὸ Ρώμης. In hac opinione *Theodoretum* quoque fuiſſe, & alios, *Hieronymum* verò ad *Gal.* VI. 11. colligere eam ex vinculis ſcriptam eſſe, ex ejusdem Capitis VI. verſu 17. notat *Calmetus*, ſimul obſervans admodùm infirmum eſſe hoc argumentum, cum Apoſtolus per totam, quam in *Chriſtianiſmo* tranſegit, vitam dicere potuerit τὴν νέκρωσιν τῦ Κυρίυ Ἰησῦ ἐν τῷ σώματι περιφέρω. 2 *Cor.* IV. 10. Quantas calamitates perpeſſus fuerit ante vincula *Romana*, diſcere poſſumus ex *Act.* IX. XIV. XVI. & 2 *Cor.* XI. 23-28. Dubium igitur non eſt, quin licuerit Apoſtolo ante illa, quae *Romae* paſſus eſt, vincula, dicere τὰ στίγματα τῦ Κυρίυ Ἰησῦ ἐν τῷ σώματί μυ βαστάζω. *Gal.* VI. 17.

Calmetus profitetur ſe accedere ſententiae *Gregorii Magni*, *Moralium* in *Jobum* Lib. XXX. Cap. 8. *Ludovici Cappelli* in *Hiſtoriâ Apoſtolicâ*. *Uſſerii* in *Annalibus ad Annum* LVIII. & *Pearſonii Annalium Paulinorum* pag. 15. ſtatuentium hanc Epiſtolam *Epheſo* eſſe ſcriptam. Quod antiquas *Latinorum* Inſcriptiones docere, *Eſthio* teſte, affirmat.

Nihil hic habemus certi; nullus character eſt in hac Epiſtolâ, ex quo noſſe detur, unde ea miſſa ſit, neque ſubſcriptiones multum fidei merentur, alterâ alteri contrariante.

Doctiſ-

Digitized by

Doctiſſimus *Pritius* in *Introductione in Lectionem N. T.* pag. m. 217. & 218. praeeunte *Glaſſio* in *Philologiâ Sacrâ*, & *Bezâ*, docet, ſubſcriptiones poſterioribus demùm temporibus non ſatis conſideratè fuiſſe additas, quod exemplo illius, quae priori Epiſtolae ad *Timotheum* ſubjicitur, probat, cum in eâ *Phrygiae Pacatianae* inveniatur mentio, quoniam diviſio *Phrygiae* in *Salutarem* & *Pacatianam* demùm facta eſt poſt Synodum *Nicaenam:* (Adnotante quoque *F. F. Spanhemio*, in Geogr. S. Oper. t. I. col. m. 94.) Deeſſe illas ſubſcriptiones in Codicibus optimis MSSptis; inter quos *Claramontanus.*

Chryſoſtomus, obſervante *Calmeto*, ſtatuit Epiſtolam ad *Galatas* illis ad *Corinthios* eſſe antiquiorem; credere igitur non potuit *Chryſoſtomus* illam *Româ* eſſe ſcriptam, neque probabile eſt hanc Epiſtolam tam ſerò eſſe ſcriptam imprimis, quoniam *Galatis* exprobrat, quod tam ſubitò a puritate doctrinae receſſerint. vide *Gal.* I. 6. quodque illis objiciat perſuaſionem, quâ primam ſuam praedicationem amplexi fuerint, nullâ factâ mentione, quod deinde in eâdem doctrinâ confirmati fuerint ab ipſo Apoſtolo, quod tamen *Lucas Act.* XVIII. 23. teſtatur.

Propiùs igitur ad veritatem accedunt, qui opinantur maturiùs, & quidem *Epheſi* ſcriptam eſſe, quod ipſum tamen cum illis, quae hactenùs diſputavimus, minùs convenit: Bis *Epheſi* fuiſſe legitur Apoſtolus in *Actis*; primum quaſi in tranſitu, properans ad feſtum *Hieroſolymis* celebrandum. *Act.* XVIII. 19-22. tunc autem Epiſtolam hanc non ſcripſit; nondùm enim reprehenderat *Petrum*, quod demùm fecit, dum unà eſſent *Antiochiae.*

chiae. Gal. II. 11. *Antiochiam* autem profectus eſt *Hieroſolymis*, ſalutatâ iſtius Urbis Eccleſiâ: Poſt illum per *Epheſiorum* Urbem tranſitum, *Act.* XVIII. 22. alterâ vice cum eſſet *Epheſi*, ibidemque diutiùs moratus, quod *Act.* XIX. copioſiùs narratur, hanc Epiſtolam ab Apoſtolo ſcriptam eſſe, minùs videtur veroſimile; quoniam, ſi hoc ponatur, eam ſcripſiſſet, poſtquam *Galatiam* peragraſſet ad confirmandos diſcipulos. *Act.* XVIII. 23. XIX. 1. Cujus tamen confirmationis nullam, uti ſuprà obſervatum eſt, in hac Epiſtolâ mentionem reperimus. In Bibliis Magnis auctoritate complurium ex Veteribus dicitur, quod *Nicopoli* ſit ſcripta, ſed ſine ullo documento.

Quibus obſervatis, nihil mihi probabiliùs videtur, quam quod hanc Epiſtolam *Antiochiâ* ipſâ (ubi ἐποίησε χρόνον τινὰ, uti *Lucas* teſtatur *Act.* XVIII. 23.) miſerit; in quâ conjecturâ me confirmat, quod vix mihi perſuadere queam, *Paulum* diu, poſtquam *Petrum*, ob ſyncretiſmum in converſatione cum *Judaeis*, reprehendiſſet, exſpectaſſe, antequam hanc Epiſtolam ſcriberet; cum ſatis praevidere poſſet, adverſarios libertatis *Chriſtianae* hoc exemplo *Petri* abuſuros, ad jugum circumciſionis & Legis *Moſaicae* Gentibus imponendum.

CA-

Digitized by Google

CAPUT QUINTUM.

De Occaſione ſcribendi hanc Epiſtolam.

QUaenam Apoſtolo nata ſit Occaſio, & quaenam ratio eum impulerit ad ſcribendam hanc Epiſtolam, ex ejusdem argumento facilè cognoſcitur, collatis illis, quae de Tempore & Loco diximus.

Paulus, uti vidimus, *Galatis* primus praedicaverat Evangelium ſalutis per JESUM CHRISTUM nunc impetratae, quo eos docuerat, hominem peccatorem coram DEO juſtificari per fidem in JESUM, ita ut nunc non ampliùs teneatur circumciſionem, & cum eâ conjunctum Legis *Moſaicae* jugum ſubire: Hanc doctrinam eis inculcaverat, convenienter ſententiae Apoſtolorum & Presbyterorum, qui *Hieroſolymis* erant. *Act.* XVI. 4. & 6. Hanc doctrinam avidè & gratâ mente amplexi erant *Galatae*, quale teſtimonium eis perhibet Cap. IV. hujus Epiſtolae verſu 14. & 15. & Cap. V. 7. Ab illo autem tempore per duos annos cum dimidio Apoſtolus plura itinera ad propagandum regnum CHRISTI ſuſceperat & peregerat, quae *Act.* XVI. XVII. & XVIII. ad hujus verſum 23. narrata legimus: Hoc tempore intermedio, abſentiâque *Pauli*, abuſi ſunt falſi quidam Doctores (quorum fortè unus reliquorum fuit primipilus, quod ex hujus ad *Galatas* Epiſtolae Cap. V.

10. nonnulli colligunt) *Galatas* turbare & inquietare coeperant, qui *Paulum* & fidos ejus ſocios excluſos volebant, docebantque circumciſionem & Legis *Moſaicae* obſervantiam neceſſariam eſſe ad ſalutem. Cap. IV. 17. coll. Cap. V. 1. Hiſce impoſtoribus auſcultare coeperant *Galatae*, & admodùm proclives facti, & tantùm non parati erant, pedibus ire in eorum ſententiam. Vide Cap. I. 6. III. 1. IV. 9. & 10. V. 7.

Doctrinam autem horum falſorum Doctorum perniciosam eſſe cum probè ſciret Apoſtolus, metus eum inceſſit, ne laboris, illis convertendis impenſi, omnis fructus periret: Hoc igitur malum, cum eos tenerrimè amaret, averruncare omni contentione annitebatur.

Quinam hi fuerint Impoſtores, an ex ipſis *Galatis*, an aliunde advenerint, non conſtat. Conjicit equidem *Calmetus* pag. m. 248. illos, qui per *Petrum* converſi fuerunt, tanto zelo pro Legis obſervantiâ flagraſſe, atque has turbas excitaſſe: Sed, cum non conſtet, unde advenerint novitii hi Doctores, neque etiam conſtet ab alterâ parte eos ex ipſis *Galatis* ortos eſſe, conjectura haec caret fundamento. *Petrum* ante hoc tempus *Galatis* Evangelium praedicaſſe nullum habemus indicium, neque ullam rationem *Petri* diſcipulos prae aliis accuſandi, vel ſuſpicione onerandi: Hoc tamen verum eſt *Pauli* adverſarios ſolitos fuiſſe Apoſtolicam auctoritatem & dignitatem *Pauli* admodùm deprimere, & contrà *Petri* Apoſtolatum extollere; hinc etiam, cum *Petrus* circumciſionis potiſſimùm Apoſtolus eſſet; cumque inter *Judaeos* autem, infirmorum gratiâ, in abrogatione Legis *Moſaicae* caerimonialis lento gradu procedendum eſſet; facilè

fieri

Digitized by Google

fieri potuit, ut Impoſtores, falſò quidem, (uti ex ejus oratione *Act.* XV. narratâ conſtat) praetexerent, *Petrum* cum iis, qui neceſſitatem circumciſionis ita urgebant, idem ſentire.

Huic falſo praetextui magnam ſpeciem conciliare poterat illa *Petri* ſimulatio, quam, licet ex metu ortam, ita interpretari poterant, quaſi *Petrus* ſic ipſo facto docere voluiſſet, non niſi circumciſos ad communionem *Chriſtianorum* admittendos eſſe; quamvis haec multùm differant. Quod *Petrus* in ea Sententia fuerit, nego: quod, non niſi cum credentibus *Judaeis* converſationem colens, ſeque ab iis qui non erant circumciſi ſeparans, ita ſe geſſerit, ac ſi in illa eſſet ſententia, concedo.

Hinc mihi ſummopere probabile fit, proximam ad ſcribendum occaſionem, ſaltem rationem ad id faciendum, ſine ulteriori morâ, dediſſe ipſam illam *Petri* ſimulationem, quâ & ipſe *Barnabas* (qui antea tam ſtrenuus libertatis fuerat aſſertor, uti ex *Act.* XIV. & XV. liquet) abreptus & abductus fuit; quis dubitet Apoſtolum *Paulum*, quâ erat attentione & perſpicaciâ ſatis perſpexiſſe, fore, ut adverſarii veritatis Evangelii Libertatis, prout a *Paulo* praedicatum erat, his tam magni nominis exemplis uterentur, ad ſuam noxiam doctrinam urgendam & ſtabiliendam? Et quis attento animo conſiderans, quanto pro cauſſâ CHRISTI fervore animatus ſemper fuerit *Paulus*, dubitet, quin ſine ullâ morâ anniſus fuerit cavere, ne illis id ex voto ſuccederet? Bellè ſic conveniunt ea, quae hic dicimus, cum illis, quae Capite praecedenti de Tempore & Loco ſcriptionis hujus Epiſtolae diſputavimus.

CAPUT SEXTUM.

De Quaeſtione principali, quam Paulus *in hac Epiſtolâ pertractat.*

HAnc Epiſtolam legenti confeſtim manifeſtum fit, *Galatas* in eâ reprehendi, atque confutari illorum opinionem, ſimulque moneri, ut in perverſâ iſtâ viâ non progrediantur ulteriùs, ſed reverterentur potiùs ad viam, in quâ ab initio felices progreſſus fecerant; atque hoc fieri tantùm non per totam Epiſtolam.

Paraenetica igitur & Epanorthotica quum ſit integra haec Epiſtola, indagandum eſt, quid criminis admiſerint, quâ in re aberraverint; quemque porrò metuat Apoſtolus errorem, ad quem adverſarii Pſeudo-Apoſtoli illos ſeducere ſtuderent. In diverſa hic abire deprehendimus Doctiſſimos Interpretes.

Hemmingius, celebris inter *Lutheranos* Commentator, aliique etiam inter noſtrates, ſtatuunt τὸ ζήτημα vel τὸ κρινόμενον, id eſt, ſtatum (uti nos loqui ſolemus) controverſiae eſſe: *An Juſtificatio ſit ex ſolâ fide, ſine operibus Legis?*

Clariſſimus *Willius*, eruditus quondam *Bremenſis* Theologus, in Tractatu *OEconomiae Epiſtolae ad Galatas* pag. 13. hoc negat, ſtatuens cardinem quaeſtionis eſſe: *An in Libertate Chriſtianâ ſit perſeverandum?*

Videtur tamen ipſe quoque *Hemmingius* ab hac poſteriori

Digitized by Google

ſteriori ſententiâ non fuiſſe planè alienus; nam, citante ipſo *Willio*, ſcribit *Hemmingius: Finis Epiſtolae eſt vindicatio Libertatis* Chriſtianae; *non enim aliud conſilium* Paulo *fuit in hac Epiſtolâ, quam ut contra Pſeudo-Apoſtolos aſſereret* Chriſtianam *Libertatem, ne ulla portio Legis obtineret gloriam illam, quae ſoli Filio DEI competit: Sic enim ſcriptum eſt: Si Filius vos liberavit, verè liberi eritis.*

Sic igitur duae hae ſententiae ferè eodem cadunt, ſaltem magnam partem una alteram comprehendit; nam qui ſtatuit in Libertate *Chriſtianâ*, id eſt, in ſtatu immunitatis a jugo legis, eſſe perſeverandum, eo ipſo ſtatuit, Juſtificationem non eſſe ex operibus Legis; & ſi quis pleniſſimo ſenſu dicat, Juſtificationem eſſe in ſolâ fide abſque operibus, is cenſeri poteſt dicere, Juſtificationem non tantùm omnia opera, tamquam merita, vel tamquam cauſſam juſtitiae ſpectata, reſpuere; ſed etiam nunc nullo modo, nullove reſpectu requirere opera Legis caeremoniarum: Quo ſenſu, quâque emphaſi ſi ſumas phraſin, Juſtificationem eſſe ex ſolâ fide, idem dixeris, quod is, qui dicit perſeverandum eſſe in Libertate *Chriſtianâ*. Sed quoniam phraſis illa, Juſtificationem eſſe ex ſolâ fide, abſque operibus, plerumque hoc ſenſu ſumitur, ut denotet opera qualiacunque, ſive caeremonialia, quae lege rituum ſunt praeſcripta, ſive illa, quae numquam non poſſunt, ſed ſemper debent ab homine exigi, (quae, obſcuro licet ſatis vocabulo, *moralia* dici conſueverunt) non eſſe cauſſam juſtitiae hominis peccatoris coram DEO, nec cauſſam vitae aeternae meritoriam: Si hoc ſenſu ſumas hanc phraſin reverà

rà differentia eſt inter has duas ſententias; quarum altera ſtatuit, τὸ κρινόμενον in hac Epiſtolâ eſſe, an Juſtificatio ſit ex fide ſolâ abſque operibus, nec ne; altera verò aſſerit τὸ κρινόμενον eſſe, an perſeverandum ſit in libertate *Chriſtianâ*.

Prior ſententia ſtatuit, *Paulum* demonſtrare ſolam obedientiam CHRISTI ad mortem crucis, quam ſe praeſtiturum ſuſceperat, jamque praeſtitit, eſſe cauſſam unicam meritoriam remiſſionis peccatorum omnium fidelium & juris ad vitam aeternam; adeoque nulla opera, qualiacunque, (ſive in Lege *Moſaicâ* praeſcripta ſint, ſive non; ſive ſint opera, quae demùm Lege *Moſaicâ*, vel ſaltem ab *Abrahami* tempore exacta ſunt a populo DEI, ſive ſint alia, quae ab omni aevo & per omnia ſaecula mandata ſunt, & etiam nunc praecipiuntur a DEO v. c. Deum colere, proximum diligere) ullâ ratione eſſe cauſſam meritoriam remiſſionis peccatorum, juriſque vitae aeternae: Quod verum eſt, & fuit, & erit omni tempore, & ſub omni Divinâ OEconomiâ, a quo *Adamus* lapſus eſt, ad finem uſque mundi.

Poſterior verò ſententia pro fundamento quidem ponit, ſolam obedientiam CHRISTI ad mortem crucis unicam cauſſam eſſe meritoriam remiſſionis peccatorum & juris vitae; ſed tamen non ſtatuit, *Paulum* hoc, vel ſolum, vel ubique, primo loco & directè probare; ſed ſtatuit, *Paulum*, partim ex hoc ipſo fundamento, partim quoque aliis argumentis, demonſtrare, fideles ſub Novo Teſtamento non eſſe obſtrictos ad circumciſionem admittendam, nec ad ſervandos ritus illos, quos Lex *Moſaica* praeſcripſit; ſed ad ſolam fidem, quae per charitatem

Digitized by Google

ritatem ſit efficax. Quo reſpectu, ipſorum electorum & vere credentium, qui ſub hac N. T. OEconomiâ vivunt, conditio diverſa eſt, a conditione illorum, qui ſub OEconomiâ *Moſaicâ*, ante CHRISTI mortem vixerunt.

Illud ſi *Paulus* demonſtret, facilè concipimus, in quo erraverint *Galatae*, nimirùm, quod facti fuerint Juſtitiarii, id eſt, propriam juſtitiam erigere volentes, ſi non ex toto, ſaltem ex parte, ita ut crediderint, obſervantiam Legum *Moſaicarum*, quantum pote, vel unicè, vel ex parte, eſſe cauſſam meritoriam remiſſionis peccatorum, & juris vitae, & quod eo fine ſe ipſos jugo *Moſaico* ſubmiſerint, vel ad ſe ſubmittendos jam parati fuerint, atque circumciſionem eapropter vel receperint, vel ad eam recipiendam ſe proclives oſtenderint.

Hoc verò ſi *Paulus* demonſtret, diſtinctè quoque facilè concipimus, in quo erraverint *Galatae*, & quid *Paulus* porrò de ipſis metuat: Ex hac hypotheſi *Galatae* cenſebant, vel ſaltem in hanc ſententiam propendebant, ſe ad obſervantiam rituum *Moſaicorum*, imprimis autem ad circumciſionem recipiendam, eſſe obſtrictos atque obligatos, atque hanc ob cauſſam jam initium feceraut illos obſervandi, vel ſaltem parati erant ad hoc faciendum; ad quod Pſeudo-Apoſtoli illos indeſinenter ſtimulabant. In hoc autem errore gradus conſiderari poſſunt: Potuerunt non nulli hanc opinionem generatim habuiſſe, ſe eſſe ex arbitrio DEI ad hanc rituum obſervantiam obſtrictos, ita tamen, ut nondùm ſtatuerent, ſe in iſtâ rituum obſervantiâ juſtitiam ſuam, ſive

ex toto, ſive ex parte, debere quaerere, ſed unicè, quoniam DEO placuerit hos ritus inſtituere: Sed potuerunt & alii, vel jam eſſe in eâ ſententiâ, vel ſaltem ad eam propendere, quod remiſſionem peccatorum & jus vitae deberent mereri, atque impetrare obſervantiâ Legis *Moſaicae* jungendâ cum ſatisfactione a CHRISTO praeſtitâ, per fidem acceptatâ: Potuerunt iterùm alii adhuc ulteriùs progredi, ut crederent cum *Judaeis*, ſe debere propriam juſtitiam conſtituere, obſervando, quantum poſſent, Legem *Moſaicam*, negantes vel ignorantes CHRISTI ſatisfactionem, quamvis agnoſcerent generatim, CHRISTUM eſſe *Meſſiam*: Atque ſic concipere debebimus, in priori illo errore *Galatas* maximam partem jam verſatos fuiſſe, cum *Paulus* ad illos ſcriberet, *Paulumque* metuiſſe, ne, cum ex uno errore plures naſci ſoleant, ad hos poſteriores prolaberentur.

Hanc poſteriorem hypotheſin veriorem eſſe, atque hanc, quam jam delineavi, genuinam eſſe ideam ſtatus *Galatarum* & τῶ χριομένω, de quo in hac Epiſtolâ diſputat Apoſtolus, palam eſſe videtur ex toto Epiſtolae filo, imprimis ex propoſitione & concluſione: Propoſitio reperitur *Gal.* I. 6. ubi *Paulus Galatis* exprobrat τὸ μετατίθεσθαι εἰς ἄλλο Εὐαγγέλιον.

Ex hac phraſi argumentantur nonnulli, ut demonſtrent *Paulum* non de cauſſâ juſtitiae, ſed de libertate *Chriſtianâ* diſputare. Clariſſimus *Waeyenus* ad h. l. pag. m. 26. dicit: *Aliud enim Evangelium exprobrat iis, qui in hac parte ſibi adverſantur; aſt Evangelii nomine prorſus indigna ea doctrina fuiſſet, ſi δικαίωμα aliud, ſi aliam pe-*

penitùs juſtitiam docuiſſent, neque enim libertatem tantùm, verùm etiam ipſam Chriſtianiſmi arcem ita directè fuiſſent aggreſſi.

Verùm hoc argumentum, quod pace Manium Viri Clariſſimi dixerim, minus habet firmitatis; quando enim aliud Evangelium memorat, vel *Galatis* exprobrat Apoſtolus, non intelligit Evangelium hoc nomine dignum, ſed aliquid, quod illi pro Evangelio haberent, quod patet ex verbis ſequentibus: Imò verò verba ſequentia adeò ſevera ſunt, ut vix quadrent in illos, qui in eo tantùm errabant, quod non tenerent ſtandum eſſe in libertate Evangelii, ſed omninò eos feriunt, coſque ſolos, qui *Chriſtianiſmi* arcem invadebant.

Certè illis, qui, ex infirmitate, ſervabant, vel ſervandos ſtatuebant dies, vel abſtinendum eſſe ab his vel illis cibis, anathema dixiſſe, credibile non eſt; ſi perpendamus, quantâ animi moderatione & lenitate hanc quaeſtionem pertractet noſter Apoſtolus *Rom.* XIV.

Sic igitur haec propoſitio *Pauli* contrarium probare, & noſtrae quoque ſententiae adverſari videri poſſet: Verùm tunc ab alterâ parte obſtabit, quod durum ſit ſtatuere, *Galatas* eo deveniſſe, ut aliam crederent penitùs juſtitiam, aliud δικαίωμα. Hoc enim conciliari vix poteſt cum eo, quod dicit Apoſtolus *Gal.* V. 10. Verùm haec facilè conciliabuntur, ſi perpendamus Apoſtolum *Galatas* conſiderare, tamquam illos, qui inclinabant, & incipiebant ſervare ritus *Moſaicos*, idque facere etiam illos, qui erant ex *Gentibus:* In hoc ſtatu eos conſiderans, ſpectat eos tamquam proclives ad errorem Pſeudo-Apoſtolorum nonnullorum, etiam ipſam juſtitiam,

Digitized by Google

vel totam, vel ſaltem ex parte, ex obſervantiâ Legis *Moſaicae* quaerentium; quo uſque fortè nonnulli jam delapſi erant: Hanc ob cauſſam Apoſtolus utitur verbo in praeſenti μετατίθεσθε, id eſt, in eo eſtis, ut transferamini, cum in eam ſententiam propendeatis, neceſſariam vobis eſſe Legis *Moſaicae* obſervantiam, atque ſic in proclivi eſtis, ad quaerendam in illâ juſtitiam veſtram (ſive ex toto, ſive ex parte) coram DEO.

Hunc ſenſum eſſe propoſitionis imprimis videri poteſt ex concluſione, quae reperitur Cap. V. 1-5. Ubi manifeſtam obſervare eſt gradationem. Directa eſt concluſio: τῇ ἐλευθερίᾳ στήκετε. Urget hanc concluſionem ex periculo metuendo, & deplorando ſtatu illorum, qui jam eo uſque dementiae prolapſi eſſent, ut juſtificari vellent ex Lege.

Porrò quod Apoſtolus hoc non ſolùm, imò nequidem primariò & directè agat, ut doceat *Galatas*, juſtitiam non ex operibus, ſed ex gratiâ eſſe quaerendam; ſed ut doceat ſtandum eſſe in libertate, neque illis ſuſcipiendam eſſe circumciſionem, reliquoſque ritus Legis *Moſaicae*, (quamvis hanc diſputationem illa quoque ſubingrediatur) patet quoque ex filo diſſertationis Apoſtolicae. Exempli cauſſâ *Gal.* II. 3. urget Apoſtolus, quod Fratres *Hieroſolymitani* non adegerint *Titum*, ut ſubiret circumciſionem, quod utique, neque directè, neque primariò, multò minùs ſolummodò, probat, juſtitiam non eſſe quaerendam ex operibus.

Porrò quando *Petrus Paulo* reſiſtebat, eo quod non rectè ambularet ſecundum veritatem Evangelii, non redarguit noſter Apoſtolus *Petrum*, quod juſtitiam ex

Digitized by Google

ex operibus quaereret; ſed quod, ſe ſubtrahendo a conſortio *Gentium*, hiſce occaſionem dederit *Judaizantibus* cogitandi, & clamandi, *Gentes* quoque, ſi ſervari vellent, circumcidi, & ritus *Moſaicos* obſervare debere; ex quocumque etiam fundamento deduceretur haec obligatio.

Rurſus Cap. III. 25. dicit Apoſtolus, quod, cum jam advenerit fides non ampliùs ſimus ſub paedagogo, quod utique non ſolùm, nec directè dicit, quod juſtitia non ſit quaerenda ex operibus, ſed per fidem: Nam hoc quoque priſco tempore, cum fideles adhuc eſſent ſub paedagogo, verum fuit. Ita quoque id, quod verſu 28. dicitur, directè ſpectat, non generalem, & omnibus temporibus communem fidelium ſtatum, ſed ſingularem illum fidelium Novi Teſtamenti.

Porrò *Gal.* IV. 1. & ſeqq. ſtatus Eccleſiae ſub Lege comparatur ſtatui filii minorennis, haeredis quidem, ſed ſub tutoribus conſtituti: Talem ſtatum reducere velle erat *Galatarum* error; ab eo errore igitur illos revocare ſtudet Apoſtolus: Ergò plus facit, quam ſimpliciter demonſtrare, quod juſtitia non ſit ex operibus Legis.

Eodem Capite verſu 10. *Paulus Galatis* exprobrat, quod obſervent dies & menſes &c. Hoc igitur actu faciebant; ſed hinc naſcebatur metus, ne fruſtrà laborarit inter ipſos Apoſtolus; opponit igitur ſe Apoſtolus, non tantùm illi malo, quod metuebat, ſed etiam illi errori, qui cauſſam praebebat ſic metuendi. Diſputat igitur de libertate Eccleſiae Novi Teſtamenti a rituum *Moſaicorum* obſervantiâ.

Neque nova eſt ſententia, quod *Paulus* in hac Epi-

Digitized by Google

ſtolâ propriè, directè, & formaliter diſputet de libertate Eccleſiae, maxime ex *Gentibus*, a ritibus *Moſaicis*: (ita tamen, ut ſubinde hanc diſputationem quoque ingrediatur illa de cauſſâ juſtitiae peccatoris coram DEO.) Sic *Theodoretus* in praefatione pag. m. 263. de *Pauli* adverſariis dicit: ἀφικόμενοί τινες τῶν ἐξ Ἰουδαίων πεπιστευκότων τὰ περιτμὰ τῷ νόμῳ παρασπείρειν ἐσπούδαζον. Et e contrario de *Paulo*, quod fuerit ἀποφαίνων τὴν κατὰ νόμον πολιτείαν μετὰ τὴν χάριν περιτμήν. *OEcumenius* in Argumento Epiſtolae pag. m. 713. dicit, quod ex hiſtoriâ uxorum *Abrahami* Apoſtolus demonſtret: μέχρι καιροῦ δεδόσθαι τὴν σκιὰν περιτομὴν, καὶ ἀργεῖν αὐτὰ λοιπὸν τῇ τοῦ Χριστοῦ παρουσίᾳ.

Inter illos, qui agnoſcunt, in hac Epiſtolâ quaeſtionem propriè, directè, & formaliter ſpectare libertatem fidelium ab obſervatione rituum legalium, diſceptatur, an *Paulus* hanc libertatem ſolis illis, qui ex *Gentibus* erant, fidelibus, vindicet? an verò omnibus ſine diſcrimine fidelibus, ſive ex *Gentibus* eſſent, ſive ex *Judaeis*?

Qui priorem ſententiam tuentur, eam probare conantur:

I. Ex eo, quod *Galatae*, ad quos ſcribebat Apoſtolus, fuerint ex *Gentibus*.
II. Quod argumenta Apoſtoli plura directè ſpectent, & diſertis verbis referantur ad fideles ex *Gentibus*, uti manifeſtò videre eſt Cap. III. 8. 14.
III. Quod praecipuè lis ſit de circumciſione; fideles autem ex *Judaeis* jam eſſent circumciſi, neque cenſeri debeat, quod illorum circumciſionem illicitam habuerit, cum *Timotheum* ipſe *Paulus* circumciderit.

Digitized by Googl

rit. *Act.* XVI. 3. & in hac Epiſtolâ Cap. II. 3. ſatis evidenter oſtendat, quod tantùm impugnet circumciſionem fidelium ex *Gentibus*, dicens, quod *Titus*, cum *Graecus* eſſet, Ἕλλην ὢν, non fuerit coactus circumciſionem ſubire, quam ob cauſſam non tantùm dixerit, quod circumciſio nihil valeat, ſed etiam, quod praeputium nihil valeat in CHRISTO JESU. *Gal.* V. 6. Quam ob cauſſam 1 *Cor.* VII. 18. monuerit: Περιτετμημένός τις ἐκλήθη; Μὴ ἐπισπάσθω.

IV. Praecipuum autem & conſideratu difficilius argumentum petunt ex hiſtoriâ, quam legimus *Act.* XXI. 18--26. Ex quo loco putant manifeſtò ſequi, quod Apoſtolus *Jacobus* cum Presbyteris *Hieroſolymitanis* pro calumniâ habuerint illum rumorem, quem nonnulli ſparſerant, *Paulum* doçuiſſe, quod etiam *Judaeorum* inter *Gentes* diſperſorum filii non deberent circumcidi, quum Concilium *Hieroſolymitanum* de ſolis *Gentibus* ad fidem converſis ſcripſerit, & ſtatuerit, illis non eſſe imponendum circumciſionis & rituum *Moſaicorum* jugum; unde conficiunt *Paulum* non ſtatuiſſe, *Judaeis* quoque libertatem a circumciſione & ritibus *Moſaicis* eſſe conceſſam, ſed hanc libertatem ſolis illis, qui ex *Gentibus* crediderant, vindicaſſe.

Qui tamen poſteriorem ſententiam tuentur, pariter ſuis non deſtituuntur rationibus:

I. *Paulus* diſertè dicit de *Petro*, neque hoc nomine eum culpat, quod ipſe vivat Ἐθνικῶς καὶ οὐκ Ἰουδαϊκῶς.

Gal.

Gal. II. 14. Ergò hoc, vivere ſcilicet Ἐθνικῶς, *Paulus* habuit in rebus licitis.

II. De fidelibus ex *Judaeis* intelligendum utique eſt id, quod dicitur *Gal.* III. 23. 24. 25.

III. Exprobrat *Galatis* τὸ πάλιν ἐπιστρέφειν ἐπὶ τὰ ἀσθενῆ καὶ πτωχὰ στοιχεῖα, οἷς πάλιν ἄνωθεν δουλεύειν ἤθελον. Cap. IV. 9. Haec utique exprobratio feriebat directè fideles ex *Judaeis*, unde palam eſt, *Paulum* in eâ fuiſſe ſententiâ, ipſos quoque illos, qui ex *Judaeis* erant, credentes decere libertatem a ritibus *Moſaicis*.

IV. Fidelibus generatim, abſque diſcrimine ſpectatis, dicit: Ἀδελφοὶ οὐκ ἐσμὲν παιδίσκης τέκνα.

Sed, quid igitur dicemus? an *Paulus* varius erat & mutabilis? an *Paulus* aliam fovebat ſententiam, quam *Jacobus* & Presbytèri *Hieroſolymitani?* an *Paulus* ſimulatè egit, quando his auſcultavit & morem geſſit cum viris, qui voto ſe obſtrinxerant, ἁγνισθεῖς, templum intrans?

Ut hanc difficultatem tollamus, diſtinctè debemus tenere, quaenam *Pauli* ſententia fuerit, atque deinde oſtendere, quod illa non repugnet ſententiae *Jacobi*: quibus ritè perceptis, facilè intelligemus, quid *Galatas* hac Epiſtolâ docere voluerit.

Pauli ſententia haec fuit, circumciſionem, omneſque Legis *Moſaicae* ritus externos fuiſſe typos & umbras rerum futurarum, Eccleſiae impoſitos uſque ad tempus Novi Teſtamenti, quod vocat tempus διορθώσεως *Hebr.* IX. 10. adeoque non ampliùs vi praecepti divini neceſſa-

Digitized by Goo

ceſſarios. *Coloſſ.* II. 16. 17. Libertatem igitur ab hoc onere per CHRISTUM eſſe impetratam. *Gal.* V. 1. atque hac in parte nullum eſſe diſcrimen inter *Judaeos* & *Gentes*. *Gal.* III. 28. Licuiſſe tamen fidelibus, imò decuiſſe abſtinere ab uſu libertatis ſuae, quando juſta cauſſa erat metuendi, ne infirmi in fide, nondùm ſatis eruditi de partâ libertate, offenderentur, uti patet ex 1 *Cor.* IX. 19-24. confer *Rom.* XIV. 6. 15-20. *Act.* XVI. 3. Nequaquam verò licuiſſe abſtinere ab uſu libertatis, quando ea abſtinentia ſpeciem habebat teſtimonii, ad declarandum, etiam nunc neceſſariam eſſe ritum *Moſaicorum* obſervantiam. Vide *Gal.* II. 5. ubi dicit Apoſtolus: *Quibus* (qui, ſcilicet, nos in ſervitutem adigere vellent) *ne ad momentum quidem nos ſubjiciendo ceſſimus.*

Ante omnia denique non licuiſſe *Gentibus* imponere neceſſitatem ſubeundi jugum Legis, utpote quod planè repugnaret promiſſae haereditati mundi. Vide *Rom.* IV. 12-16. *Gal.* III. 8. Haec autem omnia non eſſe conſideranda tamquam Legi adverſaria, nec tamquam profecta ex Legis contemptu, vel apoſtaſiâ a doctrinâ *Moſis*; ſed ex ipſo Legis ſcopo deducenda, atque ſpectanda tamquam Legis ipſius implementum, quo illa quam maximè confirmetur, & ſtabiliatur. Vide *Rom.* III. 31. *Gal.* III. 19. ſeqq. IV. 21. ſeqq.

Vidimus ſententiam *Pauli*: Audiamus jam *Jacobum* loquentem, ex relatu *Lucae Act.* XXI. 20--26. In quibus verſibus notare oportet, quod verſu 21. dicat *Judaeos*, qui crediderant, quique tamen ſimul erant accenſi zelo Legis, *audiviſſe* (ex aliorum ſermone) *Paulum*

lum Judaeos, qui inter *Gentes* essent, docere defectionem a *Mose*, & dicere, non debere eos circumcidere suos filios, neque secundum ritus ambulare. Quodque suadeat *Jacobus* (commate 24) ut *Paulus* demonstraret, & notum faceret omnibus, nihil esse eorum, quae de *Paulo* auditione acceperant, sed ipsum *Paulum* quoque ita incedere, ut Legem observaret, utque hoc fine cum viris illis, qui se voto obstrinxerant, sanctificaretur: Quod ad *Gentes* autem attinet, decretum Apostolicum esse, ne quid hujusmodi observarent.

Ex his sequi putant nonnulli *Jacobum* in eâ fuisse sententiâ, atque putasse *Paulum* quoque secum sentire, quod illa a Lege *Mosaicâ* libertas tantùm pertineat ad *Gentes*; non verò ad *Judaeos*; & per consequens, quod *Paulo* tantùm per calumniam fuerit impactum, quod doceret, *Judaeos* quoque a Lege rituum esse liberos factos per CHRISTUM. Hoc autem ex his verbis sequi nos neutiquam concedimus. Probè attendenda sunt verba versus 21., ut percipiamus, in quo consistat falsitas calumniae *Paulo* impactae; nimirùm in eo, quod dicerent, *Paulum* docere *Judaeos* deficere a *Mose*, adeoque, quod libertatem, quam *Paulus* praedicaret, ex eo fonte derivarent, quod contemneret *Mosen*, atque voluerit *Judaeos*, inter *Gentes* viventes, ubi absque metu poenae hoc facere posse videbantur, *Mose* deficere: Ut hanc suspicionem animis eorum evelleret *Paulus*, suadet *Jacobus*, atque illi monito *Paulus* paret, ut, nimirùm, assumptis quatuor illis, qui se voto obstinxerant, viris, cum illis sanctificaretur, atque ad eorum sumptus adderet, ut raderent capita; ut ita noscerent omnes, nihil esse-

esse eorum, quae de *Paulo* auditione acceperant, quasi nimirùm ex apostasiâ aut contemptu *Mosis* doceret neglectum rituum *Mosaicorum*; sed ipsum quoque ita incedere, ut Legem observaret, nimirùm ubi & quando infirmitas *Judaeorum* fidelium, vel etiam spes convincendi & convertendi *Judaeos*, qui CHRISTO nomen nondùm dederant, juberent prudenter ab usu libertatis abstinere.

Hac ratione si exponantur verba *Jacobi*, nihil continebunt, quod doctrinae *Pauli* sit adversarium: Ipse enim de se testatur 1 *Cor.* IX. 19. seqq. quod *Judaeis factus fuerit Judaeus* &c.

Hinc jam facilè quoque concipimus, non esse confundendam hanc *Jacobi* Apostoli sententiam cum illorum, quos a *Jacobo Antiochiam* venisse *Gal.* II. 12. legimus, opinione: *Jacobus* Apostolus volebat, succurrendum esse infirmitati illorum ex *Judaeis* credentium, qui nondum convicti erant de libertate, sibi partâ, ab illis ritibus, quos *Moses* jussu DEI Patribus illorum praescripserat, adeoque ipsimet, illos etiamnum sibi aliisque suis contribulibus observandos esse, credebant, adeoque putabant, apostasiam esse a Lege *Mosaicâ*, si quis *Judaeus* has caeremonias non observaret: His infirmitatibus succurrendum leniter per Spiritum mansuetudinis, eos docendo, has caeremonias fuisse umbras rerum futurarum, & δικαιώματα μέχρι καιρῦ διορθώσεως ἐπικείμενα. Haec institutio & convictio tempus requirebat, non tantùm, quoniam priùs erat stabilienda veritas fundamentalis JESUM esse CHRISTUM Filium DEI, passum propter peccata nostra, & suscitatum

Digitized by Google

propter noſtram juſtificationem ; ſed etiam . quoniam praejudicia de aeternitate Legis animis univerſae multitudinis credentium ex *Judaeis* tam ſubitò evelli non poterant; uſquedum igitur DEUS etiam his revelaret, hanc libertatem verè eſſe partam ipſis quoque *Judaeis*, ne offenderentur, neque putarent, verè doceri apoſtaſiam a *Moſe*, hoc dare & indulgere licebat, imò etiam decebat, ut abſtinerent fideles, quamvis libertatis probè gnari, ab ipſo hujus libertatis uſu & exercitio, atque ritus *Judaicos* pro tempore obſervarent.

Haec ſententia fuit *Jacobi*, uti ipſius quoque *Pauli*; ſed illorum, qui a *Jacobo Antiochiam* venerant, ſententia ab hac longè fuit diverſa: Illi volebant, *Gentes* quoque ad circumciſionem eſſe adigendas, & hoc fine a commercio & converſatione cum fidelibus ex *Gentibus* eſſe abſtinendum, ut ſic quaſi cogerentur, ſi velint membra fieri, vel eſſe, & manere Eccleſiae Apoſtolicae, ſubire jugum Legis, idque, vel ex pravo principio occultandi veritatem Evangelicam, ne in odium & perſecutiones *Judaeorum* infidelium incurrerent, ſed ut contrà viderentur *Gentes* velle ſubjicere politiae *Judaicae*, atque ſic poteſtatem illorum, qui in cathedrà *Moſis* ſedebant, vehementer augere, & amplificare, ut ſic & ipſi ſuam augerent auctoritatem. vide *Gal.* VI. 12. 16. collato cum Cap. IV. 17. vel etiam ex aliâ perverſâ opinione, ſcilicet juſtitiae coram DEO cauſſam, vel ex toto, vel ex parte, eſſe obedientiam Legi *Moſaicae* praeſtitam, & praecipuè obſervantiam omnium illarum caeremoniarum; quae noxia opinio ab omni aevo animis populi carnalis inſedit. Qui hoc modo, vel ex hoc prin-

Digitized by Google

principio, pro Legis caeremonialis obſervantiâ pugnabant, *Hieroſolymis*, ubi *Jacobus* Apoſtolus inter *Judaeos* verſabatur, *Antiochiam* adventantes, vel non perceperant, vel fallendi ſtudio perperam interpretabantur, prudentem illam *Jacobi* Apoſtoli συγκατάβασιν, quâ fidelium *Judaeorum* infirmitati, iisque ſe accommodare ſolebat; atque eam, vel malè intellectam, vel perperam explicatam, praetexebant ſuo errori, & ſtudio libertatem Eccleſiae Novi Teſtamenti adimendi.

Tales rei *Chriſtianae* perturbatores cum adveniſſent *Antiochiam*, atque hunc ſuum errorem auctoritate *Jacobi* ſtabilire conarentur, non licebat ullâ ratione illis ſubjiciendo cedere, imò ne quidem illâ, quae caeteroquin laudabilis erat, συγκαταβάσει uti; maximè enim metuendum, ne hoc & *Gentium* haereditatem impediret, & univerſam de verâ & unicâ cauſſâ juſtitiae peccatoris coram DEO corrumperet doctrinam.

Atque haec eſt ratio, quare *Paulus Petrum* ſimulantem, atque ſe fidelibus praeputiatis ſubducentem, redarguit: Haec quoque eſt cauſſa, quare, cum ejuſdem generis perturbatores *Galatarum* idem pervertere ſtuderent, *Paulus* non tantùm libertatem a ritibus *Moſaicis* credentibus ex *Gentibus* vindicare, ſed etiam generatim oſtendere voluerit, Libertatem a Lege caeremoniali omnibus, ſine diſcrimine, fidelibus per CHRISTUM eſſe partam; atque adeo in CHRISTO nec circumciſionem quidquam valere, nec praeputium, ſed fidem, quae per charitatem eſt efficax.

Neque huic noſtrae ſententiae obſtant rationes, quas diximus in contrarium afferri; nam

I. Quod *Galatae*, ad quos ſcribebat Apoſtolus, fuerint ex *Gentibus*, non quidem planè negamus; ſed oſtendimus ſuprà, in Eccleſiis *Galaticis* etiam fuiſſe quosdam ex *Judaeis*.

II. Quod plura argumenta reſpiciant credentes ex *Gentibus*, verum eſt; ſed quaedam tamen argumenta libertatem Eccleſiae *Chriſtianae* univerſae demonſtrant.

III. Quod *Paulus* circumciſionem non cenſuerit *Judaeis* illicitam eſſe, certo quidem ſenſu verum eſt; nimirùm, quando illa adminiſtrabatur ad evitandam offenſionem infirmorum credentium ex *Judaeis*, nondum ſatis de libertate per CHRISTUM partâ edoctorum, & ad cavendum, ne praedicatio Evangelii primoprimis illis temporibus inter *Judaeos* impediretur.

Huc pertinet circumciſio *Timothei*, in quâ & hoc conſiderandum eſt prorſùs ſpeciale, quod is, ſi *Judaeus*, ex matre *Judaeâ* natus, haberi vellet, circumcidi debuiſſet eo jam tempore, quo libertas a circumciſionis & Legis jugo nondùm fuerat impetrata; unde, ſi maneret in praeputio, ſuſpicio naſci poterat, id in eo profectum eſſe, ex contemptu Legis *Moſaicae* & apoſtaſiâ a *Moſe;* Haud obſcurè *Lucas* indicat, hanc fuiſſe rationem, ob quam *Paulus Timotheum* circumciderit. *Act.* XVI. 3.

Parùm autem difficultatis eſt in eo, quod *Paulus* in hac Epiſtolâ non minùs de praeputio, quam de circumciſione affirmet, quod in CHRISTO nihil valeat, & quod, qui circumciſus ad fidem in CHRISTUM vo-

Digitized by Google

vocatus eſſet, non opus habeat, ut denuò ſibi praeputium attraheret; hoc enim nihil probat, quam quod neque in praeputio, neque in circumciſione ulla eſſet vel ſanctitas, vel cauſſa juſtitiae, quodque circumciſio antè admiſſa nihil noceret illi, qui deinde ad fidem vocatus eſſet: Sed minimè probat, circumciſionem filiorum credentium ex *Judaeis* etiam nunc, vel in poſterum, neceſſariam eſſe: Imò ne quidem probat, circumciſionis adminiſtrationem ratione filiorum credentium ex *Judaeis* in poſterum licitam eſſe, poſtquam doctrina de libertate per CHRISTUM partâ in clariori luce fuerit collocata: Multò minùs probat, licitam eſſe illius adminiſtrationem, ubi eam non poſtulat infirmitas credentium ex *Judaeis*, vel ubi obſtaculum poneret propagationi regni CHRISTI inter *Gentes*: Minùs adhuc licitum eſſe inculcare neceſſitatem circumciſionis: Omnium minimè autem hinc demonſtratur, quod circumciſionem & Legis *Moſaicae* obſervationem liceret pro cauſſa juſtitiae habere, vel, eo nomine, *Gentibus* illam, ut neceſſariam, imponere.

C A-

Digitized by Google

CAPUT SEPTIMUM.

De Scopo & Methodo hujus Epiſtolae.

EX illis, quae hactenùs diſputavimus, definiri poteſt Scopus Apoſtoli: Intendit, nimirùm, Apoſtolus probare libertatem a caeremoniis, Lege *Moſaicâ* inſtitutis, per CHRISTUM partam eſſe; atque hanc ob cauſſam credentibus ex *Gentibus* nullo modo imponendam eſſe neceſſitatem ſubeundi circumciſionem, jugumque Legis *Moſaicae*, illoſque ab his liberos & immunes eſſe, & manere debere: Atque idcirco, hortari fideles ex *Judaeis*, ne, nimiùm adhaerendo ritibus *Moſaicis*, hanc libertatem, ejuſque fundamentum, juſtitiam per CHRISTUM impetratam, abnegarent, *Gentiumque* haereditatem impedirent: Credentes autem ex *Gentibus* monere, ne jugum Legis *Moſaicae* ſibi imponi paterentur: Utriſque autem omni contentione inculcare, ut ſibi ſollicitè caverent, ne in illam pernicioſam prolaberentur opinionem, qua crederent, obſervantiam Legis *Moſaicae*, eſſe cauſſam meritoriam, vel totalem vel partialem, juris ad vitam aeternam: Simulque ſeriò praecipere, ne hac libertate abuterentur, ad inſerviendum voluptatibus carnis, nec ad negligenda officia charitatis, quibus vita fidei demonſtratur, & ſine quibus foret mortua, & omni fructu caritura.

Hinc mixtum eſt dicendi genus, quo utitur Apoſtolus; praecipuè ex demonſtrativo & deliberativo conflatum,

Digitized by Google

tum, ut didaſcalico-paraenetica dici poſſit haec Epiſtola; quamvis alii paraeneticam dici malint, ita tamen ut hortationibus demonſtrationes ſint permixtae, atque illae his ſuffultae; quod eodem cadit, nec lubet nobis λογομαχεῖν.

Porrò notandum, quod in hac Epiſtolâ primâ quidem fronte videantur reperiri variae digreſſiones, ſed ſi probè attendamus, comperiemus illas ad ſcopum principalem directas eſſe, eumque accuratè & validè ferire: Res ipſa enim non tantùm conficienda erat, ſed praetextus quoque removendi, quibus cauſſam ſuam defendere ſtudebant adverſarii; quò pertinebat, quod, ad labefactandam ἀξιοπιστίαν doctrinae *Pauli*, ejus Apoſtolatum, vel planè in dubium vocare ſatagebant, vel longè minoris eſſe auctoritatis, atque reliquorum Apoſtolorum, imprimis *Petri* & *Jacobi*, contendebant; ad *Petri* exemplum abſtinendum eſſe a *Gentibus*, niſi ſe circumcidi paterentur, clamabant: Et ſi qui alii fuerunt, quos ſuis erroribus praetendebant, praetextus, has ſtudiosè Lectorum animis, commodiſſimâ datâ occaſione, evellere ſolet Apoſtolus. *Digreſſiones* quas ego in Epiſtolis *Paulinis* reperiri pernego, ſunt tales Sermones, qui tantum ex occaſione nati, ita comparati ſunt, ut, ſive eos tranſſilias, ſive legas, nihil conferat ad Scopum Epiſtolae aſſequendum.

Tales *digreſſiones*. neque in hac, neque in reliquis, admittendas eſſe cenſeo. Quod in anteceſſum obſervatum faciet, ut elegantem & prudentiſſimam methodum facilè intelligamus ex ipſâ hujus Epiſtolae ANALYSI, quam ſubjicimus.

TABULA GENERALIS,
EXHIBENS
OECONOMIAM EPISTOLAE ad GALATAS totius.

IN hac Epiſtolâ notetur
I. Inſcriptio. Cap. I. 1-6. Vid. TAB. I. ſpecialem.
II. Epiſtolae Argumentum. Cap. I. 6-- VI. 18.
In quo videmus
A. Cauſſae pertractationem. Cap. I. 6-- VI. 11.
Quae conſtat
א. Aſſertione Libertatis *Chriſtianae*. Cap. I. 6-V. 13.
Ad quam intelligendam, oportet, ut attendamus ad
a. Propoſitionem. Cap. I. 6. & 7. Quâ
(α) Teſtatur ſuam, ob ſubitam *Galatarum* mutationem, admirationem. Cap. I. 6. Vid. TAB. II. ſpecialem.
(β) Indicat, quam abſurda ſit iſta mutatio. Cap. I. 7. Vid. TAB. III. ſpecialem.
b. Contentionem: Acri, ad confutandum & ad confirmandum accommodatâ, oratione. Cap. I. 8-- V. 13.
(α) Generali declaratione, ſeu ἐξεργασίᾳ. Cap. I. 8. & 9. Vid. TAB. IV. ſpecialem.
(β) Enu-

Digitized by Google

II. A. ℵ. *b*. (α)
(β) Enucleatâ demonſtratione. Cap. I. 10-V. 13.
1. Divinitatis praedicationis ſuae. Cap. I. 10--V. 13. Quam oſtendit
AA. Sibi, non minùs ac reliquis Apoſtolis, a DEO eſſe revelatam, nequidem ullâ interveniente, vel auxiliante, humanâ inſtitutione. Cap. I. 10--II. 1. Hoc
ℵℵ. Summatim ob oculos ponit. Cap. I. 10-13.
Ubi videas declarationem
aa. Sinceritatis ſuae; quâ declaratione ſimul rationem reddit ſui zeli. Cap. I. 10. Vid. TAB. V. ſpecialem.
bb. Divinitatis Evangelii ſui, humanam doctrinam longiſſimè antecellentis; quâ ſuum zelum porrò juſtificat, ſimulque rationem reddit ſui inſtituti. Cap. I. 11. & 12. Vid. TAB. VI. ſpecialem.
בב. Enucleatiùs exſequitur. Cap. I. 13--II. 1. Ubi narrat
aa. Enixum ſuum, quo antea pro ritibus *Moſaicis*, quin & Traditionibus, flagraverat, ſtudium. Cap. I. 13. & 14. Vid. TAB. VII. ſpecialem.
bb. Mirandam, quam ſecundum li-

Digitized by Google

berrimum Gratiae Divinae beneplacitum, ſubierat, mutationem; quâ ſimul *Gentium* Apoſtolus conſtitutus eſt. Cap. I. 15-II. 1.

Ubi praecipuè intendit probare nulli humanae inſtitutioni ſuam Evangelii praedicationem deberi.

Hoc autem demonſtrat

(αα) Ex primâ ſuâ Evangelii praedicatione: Sine ullâ de argumento praedicationis ſuae cum hominibus inſtitutâ deliberatione, vel conſideratione: Seceſſione in *Arabiam* factâ, & reditu in *Damaſcum*. Cap. I. 15--18. Vid. TAB. VIII. ſpecialem.

(ββ) Ex hiſtoriâ vitae & praedicationis ſuae, ſequenti tempore, ad ipſum uſque Concilium *Hieroſolymitanum*. Cap. I. 18--II. 1. Ubi

§. Oſtendit, ſe, primo ſuo ad *Hieroſolymitanos* excurſu, eoque nonniſi poſt triennium ſuſcepto, breviſſimo ibi manſiſſe tempore, & nonniſi duos Apoſtolos vidiſſe. Cap. I. 18--21. Id

Digitized by Google

II. A. א. *b.* (β) 1. A A. בב. *bb.* (ββ) §.

Id quod

/. Narrat. Cap. I. 18. & 19.

//. Graviſſimâ aſſeveratione, ſive jurejurando, confirmat. Cap. I. 20. Vid. TAB. IX. ſpecialem.

§§. Declarat, quod hinc ad regiones *Syriae* & *Ciliciae* perrexerit, abſque ullâ cum Apoſtolis vel Viris Apoſtolicis familiari converſatione; Eccleſiae tamen cum emolumento inſigni. Cap. I. 21--II. 1. Vid. TAB. X. ſpecialem.

BB. Agnitam tamen fuiſſe Fratribus *Hieroſolymitanis*, ipſis quoque Apoſtolis. Cap. II. 1--III. 1. Ubi notare oportet

אא. Approbationem doctrinae *Paulinae Hieroſolymis* factam, poſt XIV. annos praedicationis ſuae. Cap. II. 1--11. In quâ pericopâ notanda eſt

aa. Approbatio doctrinae Libertatis, quam *Paulus* cum *Barnaba* praedicaverat. Cap. II. 1--6. Ubi narrat

(αα) Quod cum *Barnaba* & *Tito* *Hieroſolymam* profectus ſit, ut proponeret illis Evange-

II.A.א.*b*.(β)1.BB.ℵℵ.*aa*.(αα)

lium, quod praedicaverat, & praedicabat etiamnum. Cap. II. 1. & 2. Vid. TAB. XI. ſpecialem.

(ββ) Quod ipſorum approbatio, ipſo facto, manifeſtò conſtet ex eo, quod, nequicquam refragantibus Pſeudo-Apoſtolis, *Titus* tamen non fuerit coactus ſubire circumciſionem. Cap. II. 3--6. Vid. TAB. XII. ſpecialem.

bb. Agnitio Apoſtolatus, ſive miſſionis *Pauli* & *Barnabae*. Cap. II. 6--11. Ubi

(αα) Removet *Paulus* omnem dependentiam, quâ cenſeri poſſet, vel eruditionem, vel miſſionem ſuam pendere, vel acceptam referri debere illis, qui ante Ipſum fuerant Apoſtoli. Cap. II. 6. Vid. TAB. XIII. ſpecialem.

(ββ) Urget, quod, contrà, ipſe cum *Barnaba* agnitus ſit illis aequalis, qui aequale cum ipſis ſuae miſſionis haberet teſtimonium. Cap. II. 7--11. Ubi obſervandum eſt

§. Fundamentum agnitionis. Cap. II. 7. 8. & 9.

parte

Digitized by Google

II.A.א.*b*.(β)1.BB.אא.*bb*.(ββ)§.

parte priori. Vid. TAB. XIV. ſpecialem.

§§. Documenta, quibus eam declararunt. Cap. II. 9. parte poſteriori, & 10. Vid TAB. XV. ſpecialem.

בב. Eamdem non labefactari diſceptatione, quâ *Petro* & *Barnabae* ſe *Antiochiae Paulus* oppoſuit. Cap. II. 11--III. 1.

Quod ut pateat, & ne hinc naſcatur praejudicata contra doctrinam *Pauli* opinio,

aa. Fatetur apertè ſe obſtitiſſe *Petro*, quod is recto tramite non incederet. Cap. II. 11. Vid. TAB. XVI. ſpecialem.

bb. Demonſtrat ſe jure merito illum redarguiſſe. Cap. II. 12--III. 1.

Quod ut efficiat, narrat

(αα) Aberrationem, tùm

§. *Petri*, ſibi, quoad praxin, non ſatis conſtantis. Cap. II. 12. tùm

§§. Aliorum, quin & ipſius *Barnabae*. Cap. II. 13. Vid. TAB. XVII. ſpecialem.

(ββ) Reprehenſionem, & convictionem ipſis oppoſitam. Cap. II. 14--III. 1. Vid. TAB. XVIII. ſpecialem.

2. Ab-

II. A. ℵ b. (β) 1.

2. Abſurditatis doctrinae, quam Pſeudo-Apoſtoli ſpargebant. Cap. III. 1--V. 13. Hanc

AA. Proponit acriter. Cap. III. 1. Vid. TAB. XIX. ſpecialem.

BB. Uberiùs proſequitur. Cap. III. 2--V. 13.

ℵℵ. Confutatione erroris. Cap. III. 2--V. 1.

Hanc perficit argumentis idoneis

aa. Ex ipſâ *Galatarum* experientiâ. Cap. III. 2-5. Vid. TAB. XX. ſpecialem.

bb. Ex collatione doctrinae, ex Sacrâ Scripturâ Veteris Teſtamenti hauſtae. Cap. III. 5--V. 1. Hic igitur demonſtrat

(*aa*) Scripturam longè aliter, atque hos errones, docere de juſtificationis cauſſâ, ejusdemque ſub Novo Teſtamento diſpenſatione & modo. Cap. III. 5-15. Vid. TAB. XXI. ſpecialem.

(ββ) Fruſtrà obtendi ab Adverſariis uſum Legis, ejusdemque inſtitutionem ab ipſo DEO profectam. Cap. III. 15--V. 1. Hoc autem oſtendit

§. Indicatione finis, & uſus Le-

Digitized by Google

ll. A.N.b.(β)2.BB.NN.bb.(ββ)§.

Legis. Cap.III.15--IV.19.
Quam peragit
/. Ratiocinando. Cap. III. 15--IV. 8.
Idque in hunc modum, ut
— Καθ' ἄρσιν demonſtret, Legem non eſſe introductam ad irritam faciendam promiſſionem. Cap. III. 15-19. Vid. TAB. XXII. ſpecialem.
= Κατὰ θέσιν oſtendat, verum uſum Legis fuiſſe, ut ad tempus certum, donec ſcilicet veniſſet CHRISTUS, parietem faceret intergerinum, & paedagogiam exerceret; hos autem uſus nunc ceſſare. Cap. III. 19--IV. 8.
Atque hoc utrumque demonſtrat
†. Variis allatis rationibus. Cap. III. 19-IV. 1. Vid. TAB. XXIII. ſpecialem.

I

††. Si-

Digitized by Google

ll.A.ℵ.*b*.(β)2.BB.ℵℵ.*bb*.(ββ)§.*l*.= †.

††. Simili, e rebus humanis desumpto, & in hanc rem appositо: Quo docet usus illos pristinos Legis nunc cessare debere. Cap. IV. 1-8. Vid. Tab. XXIV. specialem.

//. Subjiciendo, rationibus modò propositis, reprehensiones, & admonitiones. Cap. IV. 8-19. Ubi videre est

— Reprehensiones. Cap. IV. 8-12. Vid. Tab. XXV. specialem.

= Adhortationem eis oppositam. Cap. IV. 12-19. Vid. Tab. XXVI. specialem.

§§. Allegatione Typi, ex ipsâ historiâ *Mosaicâ* petiti, & cum prophetiâ *Jesaiae* Cap. LIV. 1. collati. Cap. IV. 19-V. 1. Vid. Tab. XXVII. specialem.

בב. Monito perquam serio, & longè gravissimo. Cap V. 1--13. parte posteriori. Hoc videmus

aa. Propositum. Cap. V. 1. Vid. Tab. XXVIII. specialem.

bb. Con-

Digitized by Google

II. A. א. *b*. (β) 2. BB. בב. *aa*.

bb. Confirmatum. Cap. V. 2--13. parte posteriori.

(*aa*) Comminatione sive indicatione periculi, quod incurrerent, si circumcisionem subirent. Cap. V. 2--7. Vid. TAB. XXIX. specialem.

(*ββ*) Obtestationibus, quibus eorum animos ab Impostoribus alienos reddere conatur. Cap. V. 7--13. parte posteriori. Vid. TAB. XXX. specialem.

2. Cautelâ duplici, ne libertate abuterentur, sed ut, contrà, sibi mutuò in caritate inservirent. Cap. V. 13. parte posteriori-- VI. 11. Quae

a. Succinctè proponitur, ut res maximi momenti. Cap. V. 13. parte posteriori, 14. & 15. Vid. TAB. XXXI. specialem.

b. Uberiùs elaboratur. Cap. V. 16--VI. 11. Idque in hunc modum, ut

(*a*) De utràque parte hujus propositionis seorsim agat. Cap. V. 16--VI. 7.

Ubi videmus

1. Monitum, ut spiritu ambulent, cupiditates autem carnis non expleant. Cap. V. 16-26.

AA. Propositum. Cap. V. 16. Vid. TAB. XXXII. specialem.

BB. Illustratum, & confirmatum. Cap. V. 17-26. Vid. TAB. XXXIII. specialem.

II. A. ב. *b*. (α) 1.

2. Adhortationem, ut alter alteri inſerviat in charitate. Cap. V. 26-VI. 7.

Hoc exigit

AA. Generatim ab omnibus. Cap. V. 26--VI 6. Vid. TAB. XXXIV. ſpecialem.

BB. Speciatim ab illis, qui docentur, erga docentes. Cap. VI. 6. Vid. TAB. XXXV. ſpecialem.

(β) Conjunctim. Cap. VI. 7-11. Vid. TAB. XXXVI. ſpecialem.

B. Epilogum. Cap. VI. 11-18. Vid. TAB. XXXVII. ſpecialem.

III. Clauſula obſignatoria. Cap. VI. 18. Vid. TAB. XXXVIII. ſpecialem.

TA-

Digitized by Google

TABULA I. SPECIALIS,

EXHIBENS

ANALYSIN EPISTOLAE

AD GALATAS.

CAP. I. 1--6.

COntinet haec pericopa Inſcriptionem hujus Epiſtolae.

Signata eſt in Tabulâ Generali I.

In hac Inſcriptione attendere oportet ad

A. Perſonas, a quibus, & ad quas ſcripta eſt haec Epiſtola. Cap. I. 1. & 2.

Ubi videas

א. Perſonas, a quibus miſſa eſt. Cap. I. 1. & 2. parte priori.

In his conſiderari debent

α. Scriptor ipſe. Cap. I. 1. Qui

(α) Se ipſum indicat, tùm expreſſione nominis, tùm declaratione muneris ſui. Παῦλος Ἀπόστολος.

(β) Divinam muneris ſui Auctoritatem declarat. Quam

1. Negat ullâ ratione hominibus acceptam referendam eſſe.

Digitized by Google

Α.Ν.α.(β)1.

AA. Neque quoad originem. οὐκ ἀπ' ἀνθρώπων.

BB. Neque quoad ministerium cujusspiam, per quod hoc munus in ipsum collatum sit. οὐδὲ δι' ἀνθρώπου.

2. Affirmat, eam omninò, & unicè deberi

AA. JESU CHRISTO; cujus legatus, & ab Illo Ipso constitutus sit. ἀλλὰ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Ubi perpende.

ΝΝ. Assertum ipsum. διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Ubi considerandum est

aa. De Personâ; quae insignitur duplici nomine

(αα) Ἰησοῦ. (*a*)

(ββ) Χριστοῦ. (*b*)

bb. De dependentiâ muneris Apostolici ab ipso; expressâ praepositione διὰ.

ΒΒ. Negationi praecedenti oppositum, per particulam ἀλλὰ. (*c*)

BB. Et DEO Patri. Hic nota

ΝΝ. Par-

(*a*) *Immanuelis*, jam e *Mariâ* nati, & Auctoris omnis salutis.

(*b*) Qui ad id unctus est, aeterno consilio designatus, Spiritum Sanctum in se (quoad humanam naturam) & in membris suis adeptus, ut esset Pontifex Maximus, summus Propheta, & Rex supremus.

(*c*) Quasi diceretur unicè, & immediatè.

Digitized by Google

A.N.a.(β)2.BB.

אא. Particulam, per quam fit tranſitio. καὶ. (a)

בב. Aſſertum ipſum.

aa. Perſonam Divinam, a quâ, juxta & CHRISTO, hujus muneris *Pauli* auctoritas pendeat, deſignat.

Ubi perpendere oportet

(αα) Ipſam hujus perſonae deſcriptionem. Quae fit duplici nomine

§. Θεοῦ. (b)

§§. Πατρὸς. (c)

(ββ) Dependentiam muneris Apoſtolici ab hac quoque Perſonâ. Quae innuitur, ſubauditâ, ἀπὸ τοῦ κυρίου repetendâ, praepoſitione διὰ.

bb. Ulteriùs deſcribit ab opere peracto: Quod ipſum confirmat deſignationem modò factam.

Hic nota

(αα) Factum ipſum, quod eſt *ſuſcitatio JESU CHRISTI ex*

(a) Quâ indicatur eo ipſo, quo Dominus, cujus Legatus erat *Paulus*, vocatur CHRISTUS, muneris Apoſtolici Auctoritatem, ab aliâ quoque Perſonâ Divinâ, nimirùm Patre, per Spiritum operante, pendere.

(b) Naturam eſſentiae, & demonſtrationem ſupremae Majeſtatis in negotio ſalutis denotante.

(c) Relationem, tùm naturalem ad ſecundam Sacro-Sanctae Trinitatis Perſonam modò laudatam, tùm gratiae ad adoptivos filios, credentes, indicante.

Digitized by Google

A.א.a.(β)2.BB.בב.bb.(aa)

ex mortuis. Ubi perpendendum eſt

§. Objectum. Quod indicat per pronomen relativum. ἀνδρὸν.

§§. Quid ei contigerit. *Suſcitatio ex mortuis.* Ubi

/. Supponitur, quod antea fuerit in numero *mortuorum.* νεκρῶν.

//. Indicatur, quod illi exemptus fuerit, per vivificationem & ad vitam reſtitutionem; conſideratur enim ut ἐγερθεὶς ἘΚ νεκρῶν.

(ββ) Cauſſam ejus; nimirùm DEUM Patrem.

Quod

§. Indicatur, quando dicitur relatè ad eum. ἐγείραντος.

§§. Simulque innuitur, Patrem heic loci ſub hac σχέσει in hoc negotio eſſe ſpectandum. Quod innuitur articulo τῦ.

b. Illi, qui aſſenſu ſuo probarunt hanc Epiſtolam, ita ut, quaſi ipſi eam quoque ſcripſiſſent, quique una cum Apoſtolo, Eccleſiis *Galaticis* Gratiam & pacem adprecabantur. cenſendi ſint. Cap. I. 2.

Conſideremus hic

(α) Ipſas perſonas. οἱ σὺν ἐμοὶ πάντες Ἀδελφοὶ.

Quae

1. In

Digitized by Google

A.א.b.(a)

1. In genere deſcribuntur

AA. A ſtatu, ſcilicet cognatione. Ἀδελφοὶ.

BB. A praeſentiâ apud *Paulum*; quibus ita ſuam exhibere potuit Epiſtolam. οἱ σὺν ἐμοὶ.

2. In ſpecie conſiderantur, ut unanimes. Quod indicatur adjectivo, univerſitatem ſignificante. πάντες.

(β) Earum cum *Paulo* conſociationem, per copulam καὶ.

ב. Perſonas, ad quas miſſa eſt haec Epiſtola. ταῖς Ἐκκλησίαις τῆς Γαλατίας.

Ubi conſiderandae veniunt

a. Regio. Quae indicatur nomine τῆς Γαλατίας.

b. Societates in illâ regione, quibus ſcripta eſt. ταῖς Ἐκκλησίαις.

B. Votum. Cap. I. 3-6.

א. Breviter, & more ſolito propoſitum. Cap. I. 3.

Ubi perpendere oportet,

a. Quid Eccleſiis *Galaticis* apprecetur. Cap I. 3. parte priori. Quod

(α) Generatim, ratione habitâ indignitatis propriae, indicat verbis: χάρις ὑμῖν.

1. Alloquitur Eccleſias. ὑμῖν. Conſiderandas, ut quae (ſive ex *Judaeis* eſſent, ſive ex *Gentibus*) nihil haberent meriti.

2. Apprecatur eis χάριν. dona omnis generis gratuita.

(β) Speciatim exprimit, & generali voto jungit.

1. Speciale bonum, hic expreſſum, eſt εἰρήνη.

B.א.*a*.(β) 1.

2. Idque cum generali conjungitur, ut singulari ratione *Galatis* desiderabile. per copulam καὶ.

b. A quibus. Cap. I. 3. parte posteriori. Ubi nota

(α) Personas.

1. Primam, quae eodem modo, uti versu primo, describitur. Θεῶ Πατρὸς.

2. Secundam, priori junctam.

Considerandа igitur

AA. Ipsa secundae Personae descriptio. Quae fit

אא. Elogio, jus & Auctoritatem, quam in *Galaticas* Ecclesias habeat, simulque in *Paulum*, & reliquos Fratres, indicante. τῦ Κυρίυ ἡμῶν.

aa. Pronomen primae personae indicat, *Paulum* non tantùm se ipsum, & approbatores suae Epistolae, verum etiam illas, ad quas scribebat, Ecclesias, respicere, ut objectum hujus auctoritatis. ἡμῶν.

bb. Auctoritas in hoc objectum, quae secundae Sacro-Sanctae Trinitatis Personae competit, exprimitur nomine Κυρίυ.

בב. Nominibus consuetis, quae modò versu primo adhibuerat, ad eam denotandam. Ἰησῦ Χριστῦ.

BB. Ejusdem cum priori conjunctio, per particulam καὶ.

(β) De-

Digitized by Google

B.N.b.(α)

(β) Dependentiam bonorum, quae *Galatis* apprecatus fuerat, ab illis perſonis indicatam per praepoſitionem ἀπὸ.

ב. Confirmatum. Cap. I. 4. 5.

a. Ampliori & notabili deſcriptione CHRISTI, a quo, juxta & Patre, gratiam & pacem *Galaticis* Eccleſiis adprecatus erat. Cap. I. 4.

Ubi videre eſt

(α) Opus ſalutis, quod peregit. Cap. I. 4. Ubi oportet, ut videamus,

1. Quid de Se Ipſo fecerit, ob peccata electorum. Hic nota

AA. Cauſſam, quae hoc poſtulaverit. ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν.

NN. Supponit ſe, Fratres, & Eccleſias *Galaticas*, peccatis obnoxios.

Conſiderare igitur oportet

aa. Perſonas, de quibus loquitur. Quas exprimit pronomine. ἡμῶν.

bb. Quid illis tribuat, vel de illis agnoſcat. Mentionem faciens τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν.

בב. Haec conſiderat, ut punitionem poſtulantia. Quo ſpectat particula ὑπὲρ.

BB. Quid, ob hanc cauſſam, fecerit. Nimirùm *dedit ſe ipſum.* δόντος (dicit Apoſtolus) ἑαυτὸν.

2. Quâ intentione, quove fine. ὅπως ἐξέληται.

Hic attendendum eſt ad

AA. Ipſum effectum, quem intendit.

B.ב.a.(a)2.AA.

Ad quem intelligendum, perpendere oportet

אא. Malum, quo circumsepti erant illi, pro quibus CHRISTUS se ipsum dedit. Quod

aa. Indicat nomine τῦ ἐνεστῶτος αἰῶνος. Ubi perpendere oportet,

(aα) Quid intelligat nomine αἰῶνος.

(ββ) Quomodo αἰῶνα hic restringat, vel definitè indicet per vocem ἐνεστῶτος.

bb. Ulteriùs describit a qualitate, per epitheton πονηρῦ.

בב. Liberationem electorum (quorum quasi specimina, vel exempla erant *Paulus*, & qui cum ipso Fratres, & credentes *Galatae*) ex illo malo. ἐξέλητα ἡμᾶς.

BB. Relationem hujus effectûs ad id, quod CHRISTUS fecit. Quam exprimit per particulam ὑπὲρ. Significantem finem, quem intendit, & obtinuit ratione impetrationis juris, & obtinebit ratione exsecutionis.

(β) Ad quam normam id peregerit. κατὰ τὸ θέλημα τῦ Θεῦ, καὶ Πατρὸς ἡμῶν. Quibus verbis Apostolus

1. Supponit fuisse constitutum Divinum propositum de servandis electis.

AA. Sub-

Digitized by Google

B.ב.*a*.(β)1.

AA. Subjectum, cui hoc propoſitum tribuit, indicat duplici denominatione. Quarum

אא. Altera indicat ens ſupremum, ita ut connotet fœderalem relationem ad credentes. Quo pertinet phraſis τῦ Θεῦ ἡμῶν.

aa. Ad ſupremam ejus perfectionem reſpicit nomen τῦ Θεῦ.

bb. Ad relationem fœderalem, denominatio τῦ Θεῦ ἡμῶν.

Ubi rurſus attendere oportet ad

(αα) Objectum, quod pronomine primae perſonae (uti quoque verbis ſuperioribus) exprimitur. ἡμῶν.

(ββ) Ipſam relationem inter DEUM, & hoc objectum, ob quam DEUS illius dicatur. Quae exprimitur phraſi conjunctim ſumptâ. τῦ Θεῦ ἡμῶν.

בב. Altera gratuitum, eumque ſummum favorem. Qui

aa. Exprimitur phraſi. πατρὸς ἡμῶν.

bb. Priori jungitur. per copulam καὶ.

BB. Tribuit huic ſubjecto propoſitum de ſervandis electis. τὸ θέλημα.

אא. Agnoſcit in eo *voluntatem*. θέλημα.

בב. Eamque conſiderat, relatè ad ſalu-

Digitized by Google

B.ב.a.(β)1.BB.בב.

tem electorum. Quo facit articulus τὸ.

2. Indicat, convenienter huic constituto Divino proposito JESUM CHRISTUM egisse, quando *se ipsum dedit*, ὅπως ἐξέληται ἡμᾶς. Quod indicat particula κατὰ.

b. Δοξολογίᾳ, quâ hoc votum claudit, & obsignat.

Cap. I. 5.

Notemus hic

(α) Δοξολογίαν ipsam.

Ad quam intelligendam requiritur, ut attendamus ad

1. Objectum. Quod indicatur articulo postpositivo ᾧ. (*a*)

2. Quo pacto circa hoc objectum versetur, sive affirmando, sive optando. Quod

AA. Exprimitur phrasi Δόξα [αὐτῷ] (*b*)

BB. Amplificatur. Quando additur εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

(β) Ejusdem, simulque totius voti, obsignationem. per particulam Ἀμήν.

TA-

(*a*) Dubium, an ad Patrem, an ad CHRISTUM referri debeat. Ego ad utrumque referrem, & singularem numerum, ad indicandam arctissimam conjunctionem.

(*b*) Si affirmativè sumas, δόξα erit ipsa supremitas perfectionis. Si optativè, ejusdem demonstrationem, agnitionem, celebrationem.

Digitized by Google

TABULA II. SPECIALIS,

CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLAE

AD GALATAS.

CAP. I. 6.

HOc commate teſtatur Apoſtolus ſuam, ob ſubitam *Galatarum* mutationem, admirationem.

Signatum eſt hoc comma in Tabulâ Generali II. A. ℵ. a. (α).

Ubi perpendere oportet

1. Rem, quae evenerat:

AA. In ſe ſpectatam. Sive ſtatûs *Galatarum* mutationem.

Ad quam deſcribendam

ℵℵ. Beneficium, quo a DEO per Evangelium mactati fuerant, ob oculos ponit: Mentionem faciens καλέσαντος ὑμᾶς ἐν χάριτι Χριστοῦ. (a)

Hic notamus

aa. Go-

(a) Haec verba variè conſtrui poſſunt, vel conjungendo verbum καλέσαντος Χριστοῦ, vel conjungendo voces χάριτι Χριστοῦ. Quod poſterius ſi fiat, quaeritur, quid ad verbum καλέσαντος ſit ſubaudiendum? an Θεοῦ? an Εὐαγγελίου? Quaeri etiam poteſt, an praepoſitio ἐν hic ſumi debeat pro AD. Quod volebat aliquando Vir quidam ſummopere Venerandus, & Doctiſſimus, amicuſque meus, dum viveret, certiſſimus: conferens 1 *Cor.* VII. 15. *Eph.* IV. 4. 1 *Theſſ.* IV. 7.

Pro vario, de conſtructione, & de ſenſu praepoſitionis ἐν, conceptu, variabit Analyſis. Quod pag. ſeq. in addendis paucis oſtendam.

I. AA. NN.

aa. Generatim, quid CHRISTUS eis fecerit. Quod exprimitur his verbis. καλέσαντος ὑμᾶς Χριστοῦ.

bb. Speciatim, quale hoc fuerit beneficium. ἐν χάριτι. Quâ voce principium, & modus, & finis hujus vocationis exprimitur.

בב. Secessionem eis exprobrat. μετατίθεσθε εἰς ἕτερον Εὐαγγέλιον. (*a*)

Ubi perpende

aa. Objecta, tùm a quo, tùm ad quod, secessionem facerent.

(*αα*) Objectum, a quo, indicatur praepositione ΑΠΟ'. Apostolus dicit, ἀπὸ τοῦ καλέσαντος.

(*ββ*) Objectum, ad quod, hanc secessionem facerent, indicatur verbis, εἰς ἕτερον Εὐαγγέλιον. Ubi

§. Ob-

(*a*) Nota verbum in praesenti, significans non tam, quod secessionem jam fecerint, quam, quod in eo sint, ut faciant.

Praeterea considerare oportet formam passivam in verbo μετατίθεσθε (vel, si velis, formam mediam) Indicatur, uti mihi quidem videtur, quod praesto sint instimulatores ad hanc secessionem, quibus *Galatae* aures praebebant.

(*b*) Dixi p. praeced. in add. quod, pro varietate constructionis suppositae, variet analysis: Id sic accipe. Si nomine τοῦ καλέσαντος intelligas DEUM Patrem (cui hoc opus *Vocationis* alibi quoque tribuitur, uti *Coloss.* I. 13. 2 *Pet.* II. 9) haec erit analysis:

aa. Generatim indicat, quis Auctor sit beneficii, de quo loquitur, & quale sit beneficium ipsum. Utrumque comprehenditur vocibus τοῦ καλέσαντος ὑμᾶς. Nimirùm, considerandum est

(*αα*) Beneficium ipsum, quod est κλῆσις.

(*ββ*) Auctor & objectum.

§. Cui haec κλῆσις praestita sit, indicat pronomen ὑμᾶς.

§§. A quo. DEO Patre, qui hic denotatur verbo: τοῦ καλέσαντος.

bb. Speciatim docet, quale, & quo Mediatore, hoc praestitum fuerit beneficium. ἐν χάριτι Χριστοῦ.

Digitized by Google

1. A A. בב. aa. (ββ)

§. Objectum ipsum,

/. Vocatur quidem Εὐαγγέλιον. Quod se quidem aliquo modo ut laetum nuntium commendet.

//. Sed simul notatur, ut quod non sit verum & sincerum *Evangelium*, quod exprimitur adverbio ἕτερον.

§§. Secessionem ad illud, quam facerent, indicat praepositio ΕΙΣ. εἰς ἕτερον, inquit Apostolus, Εὐαγγέλιον.

bb. Ipsa actuositas circa haec objecta, exprimitur verbo, μετατίθεσθε.

BB. Ratione adjuncti, temporis nimirùm. οὕτω ταχέως.

2. Suae mentis, ob hanc rationem, dispositionem. θαυμάζω ὅτι.



Digitized by Google

TABULA III. SPECIALIS,

CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLAE

AD GALATAS.

CAP. I. 7.

HOc commate (quod ſignatum eſt in Tabulâ Generali II. A. א. *a.* (β)) indicat Apoſtolus, quam abſurda ſit iſta *Galatarum* mutatio, quam Ipſe meritò tantopere cum indignatione miretur. Quo fine

1. Κατ' ἄρσιν. Declarat, non dari aliud, quam quod *Galatae* amplexi fuerant, Evangelium. ὃ οὐκ ἔστιν ἄλλο.
   AA. Subjectum indicatur articulo poſtpoſitivo ὅ.
   BB. Praedicatum exprimit veritatis ejus immutabilitatem. οὐκ ἔστιν ἄλλο.
2. Κατὰ θέσιν. Docet, quod, contrà, peſſimis perturbatoribus haec mutatio debeatur. Cap. I. 7. p. poſter. Ubi
   AA. Generatim declarat, quod, non obſtante immutabilitate veritatis Evangelicae; tamen apud *Galatas* perturbatores quidam reperiantur, qui obnitantur.
   א. Hanc veram mutationis *Galatarum*, vel factae, vel metuendae, cauſſam opponit mutabilitati, quam fortè quidam ſuſpicarentur, Evangelii. per particulam εἰ μή. בב. Ipſam

Digitized by Google

2.AA.אא.

בב. Ipſam hujus mutationis cauſſam explicat.

aa. Subjectum ita exprimit, ut ſimul ad paucos reſtringat. τινές ἐισιν.

bb. Praedicatum ipſis tribuit motus in Eccleſiis *Galaticis* ortos. οἱ ταράσσοντες ὑμᾶς. Perpendendum hic eſt

(aa) Objectum, quod exprimitur pronomine ὑμᾶς.

(ββ) Quid turbones illi huic objecto faciant. Quod exprimit Apoſtolus verbis ἐισιν ταράσσοντες.

BB. Speciatim pravum facinus, quod moliantur, exponit. Notetur hic

אא. Particula tranſitum faciens. καὶ. (a)

בב. Res ipſa. Ad quam pertinet

aa. Ipſum pravum facinus. quod eſt μεταστρέψαι τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ. Hoc ut intelligamus, conſiderari debet

(aa) Objectum, circa quod verſatur. τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ.

§. Vocatur (in genere) *laetum nuntium.* τὸ Εὐαγγέλιον, Quod *Paulus*, ſcilicet, annunciaverat.

§§. Deſcribitur (in ſpecie) indicatione Argumenti & Auctoris. τοῦ Χριστοῦ.

(ββ) Facinus circa hoc objectum exprimitur verbo μεταστρέψαι.

bb. Molitio ejus, cujus hos perturbatores arguit. Quam exprimit verbo θέλοντες. T A-

(a) Quae vel exegetica eſt, vel exaggerativa.

Digitized by Google

TABULA IV. SPECIALIS, CONTINENS ANALYSIN EPISTOLAE AD GALATAS.

CAP. I. 8. 9.

CONtinet haec pericopa generalem propoſitionis ἐξεργασίαν, quâ declaratur, quam intolerabilis ſit perverſio quaevis, a quocumque demùm tentetur, (qualem turbones moliebantur) Evangelii. Cap. I. 8. 9.

Signata eſt haec pericopa in Tabulâ Generali II. A. א. *b*. (*a*)

Haec declaratio

1. Proponitur. Cap. I. 8. Ubi nota

AA. Particulas tranſitionem facientes. ἀλλὰ καὶ. Quarum

אא. Altera indicat hanc ratiocinationem eſſe oppoſitam molimini perturbatorum. ἀλλὰ.

בב. Altera inſervit exaggerationi. Quaſi diceretur: In illis hominibus, imò in nemine, ne in nobis quidem ipſis, quin & nequidem in Angelis coeleſtibus, toleranda foret haec, vel alia ſimilis, μετάστροφις τῦ Εὐαγγελίυ τῦ Χριςῦ.

BB. Proteſtationis propoſitionem. In quâ

אא. Ca-

Digitized by Google

1. BB.

NN. Casum ponit, etsi non possibilem. In quâ casus positione notari debet

aa. Qualitas facti descripta.

(αα) In se. Ut consistens in annunciatione alius *Evangelii* praeter id, quod *Galatis Evangelizatum* erat.

Notemus igitur indolem facti, in hac hypothesi in considerationem missi. Ubi

§. Factum exprimitur nomine, quo insigniretur ab Impostoribus. Quando Apostolus dicit εὐαγγελίζηται ὑμῖν,

§§. Vera indoles characterе diagnostico definitur. παρ' ὃ εὐηγγελισάμεθα ὑμῖν. Quibus verbis

/. Praesupponitur, quod Apostolus, & socii ejus, *Galatis Evangelizati* fuerint. εὐηγγελισάμεθα ὑμῖν.

//. Hoc, quod isti *Evangelizati* fuerant, ut character diagnosticus ponitur. verbis παρ' ὃ.

(ββ) Cum exclusione omnis discriminis Personarum, per quas hoc factum committeretur. Sive sint

§. Primi in Ecclesiâ ordinis Viri; quales Scriptor hujus Epistolae, ejusque socii. ἡμεῖς dicit Apostolus. Sive

§§. Ex coelestibus, Angelus quicumque.

/. Particula disjunctiva hic gradationi inservit. ἢ

Digitized by Google

I.BB.NN.*aa*.(ββ)§§./.

//. Persona, quae ne ipsa quidem hic excluderetur, coelestis dicitur ἄγγελος ἐξ οὐρανῦ.

= Appellari eam videmus *Angelum*. ἄγγελος.

= Et a loco, vel domicilii, vel adventus, describi. ἐξ οὐρανῦ.

bb. Per modum casus positionis, conditionatè descriptum. ἐὰν.

בב. Sententiam in quemcumque istius criminis reum pronunciat. ἀνάθεμα ἔστω.

2. Ad majorem asseverationem repetitur. Cap. I. 9. Hic notemus

AA. Formulam, quâ repetitam asseverationem significat. In quâ

אא. Rememorat suum dictum, & indicat suam in eo constantiam.

aa. Dictum suum in memoriam revocat. προειρήκαμεν.

bb. Ostendit se in eo persistere. ἄρτι πάλιν λέγω.

בב. Omnem vacillationem excludit per particulas ὡς καὶ.

BB. Ipsam iteratam sententiam. Ubi rursùs

אא. Casum ponit. Adeoque considerari debet

aa. Indoles facti

(αα) In se spectati. Quae hic iterum

§. Exprimitur nomine, quo insigniretur ab Impostoribus. εὐαγγελίζεται ὑμᾶς.

§§. Vera indoles cognoscenda datur, ad-

Digitized by Google

2.BB.אא.aa.(aa)§§.

adjecto charactere diagnoſtico, paullò aliter expreſſo. παρ ὁ παρελάβετε.

I. Supponitur, quod id, quod praedicaverat *Paulus*, illi *acceperint*. παρελάβετε.

II. Idque in characterem datur. παρ ὁ.

(ββ) Cum excluſione diſcriminis perſonarum. τις.

bb. Per modum caſus poſitionis conditionatè expreſſa. εἰ.

גג. Sententiam iteratò pronunciat. ἀνάθεμα ἔστω.



Digitized by Google

TABULA V. SPECIALIS,

CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLAE

AD GALATAS.

CAP. I. 10.

CONtinet haec pericopa declarationem ſinceritatis Apoſtoli, quâ ſimul continetur juſta zeli ipſius ratio.

Signata eſt haec pericopa in Tabulâ Generali II. A.N.*b*.(β)1.AA.NN.*aa*.

Haec ſinceritatis ſuae, quam facit, declaratio (ſimul inſerviens ad indicandum, quales oporteat eſſe omnes veros Evangelii praedicatores)

(*aa*) In ſe ſpectanda venit. Quâ

§. Ad conſcientiam *Galatarum* provocat, ut ſecum ſtatuant, quid de ipſo ſentiant. Hoc autem facit interrogando & oppoſitionem inſtituendo. Interrogatio vero eſt duplex (*a*):

I. Primâ quaerit, credantne ſe ullorum hominum Aucto-

(*a*) In priori poſitus erat Adverſariorum *Pauli* conatus; cujus contrarium res ipſa de *Paulo* clamabat.

Poſteriùs unicè intendebat *Paulus*, quamvis olim aliter inſtituerit.

(aa)§. /.

Auctoritatem ſtabilire velle, an verò ſolius DEI, eique ſoli credentes ſubjicere. Ἄρτι ἀνθρώπους πείθω, ἢ τὸν Θεὸν; *An adhuc homines* audiendos *ſuadeo, an verò DEUM?*

Nota hic

— Quid de ſe exiſtimari nolit; & quid, contrà, de ſe credi velit. Quod utrumque interrogativè exprimit, certus, quod *Galatarum* conſcientia ei hac in parte teſtimonium perhibitura ſit.

Hoc igitur pariter duobus membris exprimit. Interrogando

†. Ἀνθρώπους πείθω; Quaſi diceret: minimè.

††. Ἢ τὸν Θεὸν; Quaſi diceret: omninò eumque Solum.

= Quid tacitè ſubinnuat, ſe olim quidem feciſſe; (quando Adverſariis ſuis hac in parte erat ſimilis) nunc autem, non amplius. Quod ſignificat particula ἄρτι. (Quamvis illa ſimul ad OEconomiae Novae rationem reſpicere poſſit: Prius tamen mihi videtur ſimplicius.)

//. Alterâ quaerit, credantne de ipſo, quod captare annitatur hominum favorem? Quod erat Adverſariorum molimen. ἢ ζητῶ ἀνθρώποις ἀρέσκειν; *An ſtudeo placere hominibus?* Contrarium, vult dicere, vos ipſi noſtis.

§§. Oppoſitionis rationem reddit; indicans, haec ſimul conſiſtere non poſſe, adeoque alterutrum de ſe eſſe ſtatuendum. Ubi videmus

/. Theſin Apoſtoli, quâ repugnantiam horum

Digitized by Google

(αα)§§. I.

extremorum proponit.

— Casus positio est: εἰ ἔτι ἀνθρώποις ἤρεσκον.

= Consequens, cum hoc casu conjunctum. In quo

†. Res ipsa. Χριστοῦ δοῦλος οὐκ ἂν ἦμην.

††. Nexus inter utrumque. Quem significat particulis εἰ & ἄν. Εἰ ἔτι &c. Οὐκ ἂν &c.

II. Hanc thesin afferri, quare illa duo, DEUM audiendum *suadere*, & sic DEO *placere* velle, atque, ab alterâ parte, *homines* audiendos *suadere*, eisque *placere* velle, ita ut opposita consideranda proposuerit, atque de se alterutrum judicari debere censuerit. Quo facit particula γὰρ.

(ββ) In suâ cohaerentiâ. Quam indicat particula γὰρ. (a)

(a) Quasi diceret: Quod tanto fervore loquar, nequaquam miremini: Ipsi enim nostis, quod meum studium non sit hominibus placere, vel hominum Auctoritatem commendare, & stabilire. Hoc studium e diametro est oppositum studio placendi CHRISTO. Hanc ob caussam minimè vereor, omnibus, qualicumque auctoritate fuerint, qui aliud Evangelium annunciant, ἀνάθεμα dicere. Ex quo autem principio proficiscatur Adversariorum conatus, an ex studio commendandi Auctoritatem hominum, eisque placendi, an contrà, ipsi judicate.

TA-

Digitized by Google

TABULA VI. SPECIALIS,

CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLAE

AD GALATAS.

CAP. I. 11. 12.

COntinet haec pericopa *Pauli* declarationem Divinitatis Evangelii ſui, humanam doctrinam longiſſimè ſuperantis; quâ ſuum zelum porrò juſtificat, ſimulque rationem reddit ſui inſtituti. Cap. I. 11. 12.

Signata eſt haec pericopa in Tabulâ Generali II.A.N.b.(β)1.AA.NN.bb.

Fit autem haec declaratio

(αα) Ἀρνητικῶς. In hac negativè factâ declaratione Divinitatis Evangelii ſui, videmus Apoſtolum

§. Teſtari, ſuum, quod *Galatis* praedicaverat, Evangelium non eſſe attemperatum ingenio & affectibus hominum. Cap. I. 11. Cujus notetur

/. Argumentum, ſive contentum. In quo attendendum eſt

— Ad theſin. Cujus

†. Subjectum eſt: τὸ εὐαγγέλιον τὸ εὐαγγελισθὲν ὑπ' ἐμοῦ.

Digitized by Google

(αα) §. /. — †.

††. Praedicatum. ὅτι οὐκ ἔστι κατὰ ἄνθρωπον.

= Ad ejus blandam declarationem. In quâ

†. Blandè eos compellat. Ἀδελφοὶ.

††. Theſin modò memoratam eis minimè latere vult. Γνωρίζω ὑμῖν.

//. Ejusdem σχέσις ad proximè praecedentia. indicata particulâ δὲ.

§§. Hujus rei rationem reddere, petitam ab origine; unde ſcilicet, illud Evangelium acceperat. Ubi rurſus notetur

/. Theſis Apoſtoli. Quâ declarat

— Se non accepiſſe } Ab homine Evangelium ſuum.
= Se non dediciſſe } οὐδὲ ἐγὼ παρὰ ἀνθρώπου παρέλαβον αὐτὸ, οὔτε ἐδιδάχθην.

//. Ratiocinatio ei ſuperſtructa. Quâ indicat hanc ob cauſſam Evangelium ſuum humanis affectibus & opinionibus non eſſe accommodatum. οὐδὲ γὰρ.

(ββ) Θεοῦ. ἀλλὰ δι' ἀποκαλύψεως Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Hic nota, in declaratione Divinitatis Evangelii, poſitivè factâ,

§. Apoſtoli theſin. Quâ declarat ſe Evangelium ſuum accepiſſe & didiciſſe δι' ἀποκαλύψεως Ἰησοῦ Χριστοῦ.

/. Commemorat ἀποκάλυψιν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

— Perſonam, de quâ loquitur, deſignat duplici nomine.

†. Ἰησοῦ. *JEHOVAE Auctoris SALUTIS.*

††. Χριστοῦ. Ad hanc Salutem impetrandam & conferendam a Patre per Spiritum Sanctum UNCTI.

= Quid

Digitized by Google

(ββ) §. 1. —

= Quid ille ſibi fecerit, exprimit per ἀποκάλυψιν.

//. Eamque, ut originem ſui Evangelii, conſiderandam vult. Quod indicat particulâ διὰ.

§§. Ejusdem oppoſitionem ad id, quod negaverat, indicatam particulâ ἀλλὰ. Emphatica admodum eſt haec oppoſitio q. d. NON *accepi neque edoctus ſum ab* ullo *homine* SED *accepi & edoctus ſum* per *revelationem* mihi factam per JESUM, non merum hominem, ſed Immanuelem, DEUM omnis ſalutis Auctorem a PATRE ad ſalutem impetrandam, annunciandam & adplicandam UNCTUM.

Digitized by Google

TABULA VII. SPECIALIS,
CONTINENS
ANALYSIN EPISTOLAE
AD GALATAS.

CAP. I. 13. 14.

HIsce versibus Apostolus enixum suum studium, quo antea pro ritibus *Mosaicis*, quin & pro traditionibus, flagraverat, ob oculos ponit, ut quod *Galatis* non poterat esse ignotum.

Signata est haec perioopa in Tabulâ Generali ll. A.א.*b*.(β)1, AA.בב.*aa*.

Notemus hortum versuum

(*aa*) Argumentum, vel contenta. Cap. I. 13. 14. Et in his

§. Quae de se ipso narret, quoad statum suum pristinum.

I. Generalibus verbis commemorans suam in *Judaismo* conversationem pristinam. τὴν ἐμὴν ἀναστροφήν ποτε ἐν τῷ Ἰουδαϊσμῷ.

II. Qualis in isto statu fuerit, exponens. Cap. I. 13. parte post. & 14. Ubi videas,

— Quo pacto se gesserit

†. Adversus Ecclesiam DEI.

AAA. Ob-

Digitized by Google

(aa)§.II.— †.

AAA. Objectum appellat τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ.

BBB. Quid ei fecerit, duobus terminis exprimit, exaggeratque:

אאא. Καθ' ὑπερβολὴν ἐδίωκον.

בבב. Καὶ ἐπόρθουν αὐτήν.

††. Comparatè ad populares ſuos, aetate ſibi pares. Καὶ προέκοπτον ἐν τῷ Ἰουδαϊσμῷ ὑπὲρ πολλοὺς συνηλικιώτας ἐν τῷ γένει μου.

= Ex quo principio id profectum fuerit. περισσοτέρως ζηλωτὴς ὑπάρχων τῶν πατρικῶν μου παραδόσεων.

§§. Quod iſta ponat *Galatis* non ignota. ἠκούσατε.

(ββ) Quid hac narratione probare velit. Nimirùm, quod non ex levitate animi, nedùm profanitate, & quaſi timore DEI vacuus, ſed Divinâ per Dominum JESUM convictione, *Judaiſmum* reliquerit. Huc enim pertinet particula γὰρ.

Digitized by Google

TABULA VIII. SPECIALIS,

CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLAE

AD GALATAS.

CAP. I. 15-18.

CONtinet haec pericopa Demonſtrationis, quâ probare intendit Apoſtolus, nulli humanae inſtitutioni, ſuam Evangelii praedicationem acceptam ferri debere, partem; deſumptam ex primâ ſuâ (ſine ullâ de argumento praedicationis ſuae, cum hominibus inſtitutâ, deliberatione, vel conſideratione) in *Arabiam* receſſione, & reditu in *Damaſcum*. Cap. I. 15--18.

Signata eſt haec pericopa in Tabulâ Generali II.A.א.*b*.(β)1.AA.בב.*bb*.(αα)

In hac pericopâ

§. Originem planè Divinam ſuae mutationis, quâ ex perſecutore Miniſter Evangelii factus erat, admodùm emphaticè deſcribit.

I. Tranſitum facit per particulam אֵת.

II. Rem ipſam proponit. | Ubi videamus

— Quid DEUS ipſi fecerit. Quod ita ab origine repetit; nimirùm, a liberrimo DEI beneplacito; ut ſimul oſtendat, quo pacto DEUS ſecum egerit.

No-

Digitized by Google

§. //.—

Notemus igitur

†. Quo pacto DEUM totius hujus negotii Auctorem hic ſpectandum exhibeat.

AAA. Non nomine tantùm. ὁ Θεὸς.

BBB. Sed & deſcriptione. Quâ indicat

אאא. Quo pacto ſecum, etiam dum adhuc eſſet in priſtino ſtatu, DEUS egerit, a primo ſuae exiſtentiae initio. ὁ ἀφορίσας με ἐκ κοιλίας μητρός μου.

בבב. Quid ad mutationem ſui ſtatus DEUS porrò gratiosè egerit. καὶ καλέσας διὰ τῆς χάριτος αὐτοῦ.

††. Quid DEO, quod hìc proximè ad propoſitum ſuum faciat, tribuat. Quod

AAA. Unicè DEI beneplacito acceptum fert. εὐδόκησεν.

BBB. Statutum, vel effectum hujus beneplaciti exprimit. Oſtendens,

אאא. Quale illud fuerit, quod ad ſummam rei. ἀποκαλύψαι τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐν ἐμοὶ.

בבב. Finem ejus: Qui eſt annunciatio Evangelii ejus inter *Gentes*. ἵνα εὐαγγελίζωμαι αὐτὸν ἐν τοῖς ἔθνεσιν.

= Quod hinc arceſſendum ſit initium iſtius mutationis inſtituti Apoſtoli. Quod indicat per particulam ὅτε.

§§. Declarat, quid ipſe confeſtim ab illo tempore fecerit.

/. Moram omnem negat. per particulam εὐθέως.

Digitized by Google

§§. I.

II. Rem ipsam declarat:

— Ἀρνητικῶς. Ostendens, quos nequaquam in consilium adhibuerit. Nimirùm,

†. Neque illos, ad quos natura aliàs ipsum impulisset. οὐ προσανεθέμην σαρκὶ καὶ αἵματι.

††. Neque illos, quos ante se sciebat a DEO primarios Evangelii Ministros esse constitutos. οὐδὲ ἀνῆλθον εἰς Ἱεροσόλυμα πρὸς τοὺς πρὸ ἐμοῦ Ἀποστόλους.

= Θετικῶς. Ubi nota

†. Oppositionem, expressam per particulam ἀλλὰ.

††. Rem ipsam, quam declarat: Duabus partibus constantem:

AAA. Secessu in *Arabiam*. ἀπῆλθον εἰς Ἀραβίαν.

BBB. Reditu in Urbem *Damascum*. καὶ πάλιν ὑπέστρεψα εἰς Δαμασκόν.

TA-

Digitized by Google

TABULA IX. SPECIALIS,

CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLAE

AD GALATAS.

CAP. I. 18. 19. 20.

IN hac pericopâ habemus alteram demonſtrationis (quâ probare intendit Apoſtolus, ſuam Evangelii praedicationem nulli humanae inſtitutioni deberi) partem, quâ oſtendit, ſe primo ſuo ad *Hieroſolymitanos* excurſu, eoque non niſi poſt triennium ſuſcepto, breviſſimo tantùm tempore ibi manſiſſe, & non niſi duos Apoſtolos vidiſſe. Cap. I. 18-21.

Signata eſt haec pericopa in Tabulâ Generali II. A. א. b. (β) 1. AA. בב. bb. (ββ) §.

Hoc fine

/. Narrat ſe primo ſuo excurſu, eoque non niſi poſt triennium ſuſcepto, ad inviſendum *Petrum*, breviſſimo ibi manſiſſe tempore, & non niſi duos Apoſtolos vidiſſe. Cap. I. 18. & 19. Narratio ſpectat

— Excurſum ad Urbem *Hieroſolymam*. Cap. I. 18. parte priori.

†. Adjunctum temporis duplici ῥήσει indicat:

AAA. Generali. Ἔπειτα. Non ante illam praedicationem in *Arabiâ*, ſed poſt illam.

Digitized by Google

/.— †. AAA.

BBB. Specialiori, & magis definitâ. Narrando, quamdiu illa in *Arabiâ* & *Damaſco* praedicatio duraverit. *tribus annis.* μετὰ ἔτη τρία. Ita ut, poſt tres demum a converſione ſuâ annos, primâ vice ullum, qui ante ſe fuerant, Apoſtolorum viderit. (*a*)

††. Rem ipſam declarat. Ubi videas

AAA. Excurſum ipſum. ἀπῆλθον εἰς Ἱεροσόλυμα.

BBB. Finem ad inviſendum *Petrum.* ἱστορῆσαι Πέτρον. (*b*)

=: Commorationem apud *Petrum.* Ubi oſtendit

†. Quamdiu penes ipſum manſerit. καὶ ἐπέμεινα πρὸς αὐτὸν ἡμέρας δεκαπέντε.

††. Quid ſibi interim contigerit. Quod

AAA. Negativè exprimit. ἕτερον δὲ τ�ῶν Ἀποστόλων οὐκ εἶδον.

BBB. Cum reſtrictione, quâ poſitivè declarat, quem tamen viderit. εἰ μὴ Ἰάκωβον, τὸν ἀδελφὸν τοῦ Κυρίου.

//. Idem graviſſimâ aſſeveratione, ſive jurejurando confirmat. Cap. I. 20. Ubi perpendere oportet

— Particulas, quibus haec aſſeveratio cum narratione connectitur.

†. Tranſitionem facientem. δὲ q. d. Noli, quiſquis es, dubitare. ††. At-

---

(*a*) Sic teſtes benè multos habebat, ſe idem ante conſpectum *Petrum* jam dudùm praedicaſſe. Ipſo *Petro*, quem deinde redarguit, non negaturo, ſe, ante id tempus, *Paulum* non vidiſſe.

(*b*) Q. d. Non ad diſcendum Evangelium, ſed ad indicandum, quo pacto Evangelium feliciter propagaverim, conveni *Petrum*.

Digitized by Google

11.— †.
†† Attentionem excitantem. ἰδὲ.
= Aſſeverationem ipſam. Hic videmus
†. Objectum, quod indicat verbis ἃ γράφω ὑμῖν.
††. Jusjurandum ad proteſtationem firmandam.
AAA. Proteſtatio eſt expreſſa his verbis. ὅτι οὐ ψεύδομαι.
BBB. Jurisjurandi formula continetur verbis. ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ.

Digitized by Google

TABULA X. SPECIALIS,

CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLAE

AD GALATAS.

CAP. I. 21. 22. 23. 24.

HAc pericopâ declarat Apoſtolus, quod hinc ad regiones *Syriae* & *Ciliciae* perrexerit, abſque ulla cum Apoſtolis, vel viris Apoſtolicis, familiaritate, attamen non ſine Eccleſiae fructu, ad gloriam DEI redundante. Cap. I. 21. 22. 23. 24.

Signata eſt haec pericopa in Tabulâ Generali II. A.א.*b*.(β)1. AA.בב.*bb*.(ββ)§§.

Hic videas

/. Seceſſum mox ſecutum in regiones *Syriae* & *Ciliciae*. Cap. I. 21.

//. Conditionem ſuam, relatè ad Eccleſias *Judaeae*, in quibus erant Viri Apoſtolici, dignitate illis proximi, a quibus Apoſtolum Evangelium ſuum didiciſſe ſuſpicari forſitan aliquis ſuſtineret. Cap. I. 22. 23. 24.

Hanc ſuam conditionem exprimit

— Negativè. Cap. I. 22. Ἤμην δὲ ἀγνοούμενος τῷ προσώπῳ ταῖς Ἐκκλησίαις τῆς Ἰουδαίας ταῖς ἐν Χριστῷ.

= Poſitivè. Oſtendens,

†. Quid

Digitized by Google

//.=

†. Quid de ipſo audiverint, & quidem ſolum, nihil praeterea. Cap I. 23.

AAA. Ponit Eccleſias *Chriſtianas* de ipſo audiviſſe inſignem illam, ex Perſecutore in Praeconem Evangelii, mutationem. ἀκούοντες ἦσαν ὅτι ὁ διώκων ἡμᾶς ποτε, νῦν εὐαγγελίζεται τὴν πίστιν, ἣν ποτε ἐπόρθει.

BBB. Excludit, oppoſitè ad omnem aliam ſuſpicionem, omnem aliam de ipſo notitiam.

אאא. Excluſio exprimitur, per particulam μόνον.

בבב. Opponitur omni ſuſpicioni, per particulam δὲ.

††. Effectum optimum, quem illa notitia habuerit, redundans ad gloriam DEI. Cap. I. 24. Καὶ ἐδόξαζον ἐν ἐμοὶ τὸν Θεόν.

Notemus hic

AAA. Rem ipſam. Ad cujus perceptionem perpendere oportet

אאא. Objectum. τὸν Θεόν.

בבב. Quid circa hoc objectum fecerint Fratres. Quod

aaa. Generatim indicatur verbo ἐδόξαζον.

bbb. Speciatim additâ materiâ, ſive occaſione glorificandi DEUM. ἐν ἐμοὶ.

BBB. Ejusdem connexionem cum modò memoratis, per particulam καὶ.

T A-

Digitized by Google

TABULA XI. SPECIALIS,

CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLAE

AD GALATAS.

CAP. II. 1. 2.

HAc pericopâ docet Apoſtolus, quod cum *Barnaba & Tito Hieroſolymam* profectus ſit, ut proponeret Apoſtolis & Fratribus, qui ibi erant, Evangelium, quod ipſe, & ſocii ejus, praedicaverant. Cap. II. 1. 2.

Signata eſt haec pericopa in Tabulâ Generali II.A.ℵ.*b*.(β)1.BB.ℵℵ.*aa*.(αα)

Ubi videmus

§. Iter hoc generaliori modo indicatum, ſuoque tempori alligatum. Cap. II. 1. Notetur igitur

I. Temporis notatio. Quae ita exprimitur, ut

— Indicetur hoc contigiſſe poſt omnia illa, quae ſuperiori capite narraverat. Ἔπειτα.

= Definiatur, quot anni jam elapſi ſint a converſione ſuâ uſque ad hoc iter. διὰ δεκατεσσάρων ἐτῶν. (*a*)

II. Itineris ſecundi cum *Barnaba*, nec non aſſumpto *Tito*, narratio. Cap. II. 1. parte poſteriori. Ubi attendere oportet ad

— Perſonas hoc iter ſuſcipientes. †. Prin-

(*a*) De quibus vide Prolegomena noſtra. pag. 24.

Digitized by Google

§.//.—

†. Principalis hic eſt ipſe hujus Epiſtolae Scriptor, qui ipſe in primâ perſonâ loquitur.

††. Perſonae (ſocius, & aſſumptus itineris comes) in hoc itinere *Paulo* junctae.

AAA. Socius ipſe indicatur verbis μετὰ Βαρνάβα. (a)

BBB. Aſſumptus comes. Nota hic

אאא. Particulam copulativam καὶ.

בבב. Rem ipſam. In quâ conſiderandum eſt de

aaa. Objecto. Quod appellat Τίτον.

bbb. Ejus aſſumptione per ipſum *Paulum.* συμπαραλαβὼν.

= Suſceptionem itineris ipſam:

†. Expreſſam verbis ἀνέβην εἰς Ἱεροσόλυμα.

AAA. Locus, ad quem profecti ſunt, indicatur verbis εἰς Ἱεροσόλυμα.

BBB. Motus ad eum exprimitur verbo ἀνέβην.

††. Suprà memorato itineri ſubjunctam. πάλιν.

§§. Uberiùs illuſtratum. Cap. II. 2. Ratione

/. Cauſſae impellentis. Ubi notetur

— Particula connexionis δὲ. (b)

= Ipſa cauſſa principalis itineris. ἀνέβην κατὰ ἀποκάλυψιν.

//. Conſequentium hujus itineris.

(a) Qui ipſe quoque videtur κατὰ ἀποκάλυψιν profectus, ut a Spiritu Sancto *Paulo* junctus. *Act.* XIII. 1. 2.

(b) Quaſi diceret: Nolite putare, me, vel citatum, vel pro lubitu, hoc iter ſuſcepiſſe. Non; ſed ſecundum revelationem.

Digitized by Google

§§. II.

I Ipsa cohaerentia exprimitur particulâ καὶ.

II Narratio eorum, quae post adventum eorum contigerant, subjicitur. Ad quae exponenda Apostolus narrat,

†. Quid fecerit. Quod

AAA. Generatim magis, vel indefinitè exprimit. Ubi notetur

אאא. Quibuscum egerit. Qui indicantur pronomine αὐτοῖς.

בבב. Quid eis fecerit.

Ubi perpendendum est

aaa. Objectum, circa quod versatus fuerat. Quod

(*aaa*) In genere dicitur τὸ Εὐαγγέλιον.

(*bbb*) Speciatim describitur, ut materia praedicationis *Pauli* inter *Gentes*. Ubi nota

* Ministerium *Pauli*, quo circa hoc objectum constanter (*a*) fungebatur. ὃ χρέος τῶ.

** Illos, apud quos hanc functionem obibat. ἐν τοῖς ἔθνεσι.

bbb. Quid de hoc objecto apud *Hierosolymitanos* fecerit. ἀνεθέμην.

BBB. Speciatim magis, ratione illorum, quibuscum praecipuè egerat. κατ' ἰδίαν δὲ τοῖς δοκοῦσι.

ΝΝΝ. Gra-

(*a*) Quam ob caussam in praesenti loquitur.

Digitized by Google

§§.//.⫤ †.BBB.

אאא. Gradatio indicatur

aaa. Tùm per particulam, tranſitionem facientem, δὲ.

bbb. Tùm diſertis additis verbis κατ' ἰδίαν.

בבב. Perſonae ipſae exprimuntur. τοῖς δὲ κύριοις.

††. Finis, quem intenderit, ad cavendum malum duplex.

AAA. Malum ipſum ſpectatur, ratione

אאא. Temporis praeſentis. Quod foret εἰς κενὸν τρέχειν.

aaa. Quo pacto actuoſus eſſet, ſignificat verbo τρέχω.

bbb. Malum, quod nolebat ſuae actuoſitati evenire, exprimitur phraſi εἰς κενὸν τρέχειν.

בבב. Temporis praeteriti. Quod foret *cucurriſſe in vanum.*

aaa. Supponit, ſe jam aliquam partem ſtadii ſui decucurriſſe. ἤ ἔδραμον.

bbb. Malum hic metuendum εἰς κενὸν.

BBB. Cura diligentiſſima ad hoc malum avertuncandum, quae Apoſtolum movebat ad ſuam doctrinam *Hieroſolymitanis* exponendam,

אאא. Indicatur, per particulam μὴ.

בבב. Urgetur, additâ voculâ πως.

Digitized by Google

TABULA XII. SPECIALIS,

CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLAE

AD GALATAS.

CAP. II. 3--6.

OStenditur hac pericopâ, quod approbatio doctrinae *Pauli* & *Barnabae* inter *Gentes*, facta per *Hieroſolymitanos* Fratres & Apoſtolos, ipſo facto conſtet ex eo, quod, nequicquam refragantibus Pſeudo-Apoſtolis, *Titus* tamen non fuerit coactus ſubire circumciſionem. Cap. II. 3--6.

Signata eſt haec pericopa in Tabulâ Generali II.A.א.*b*.(β)1.BB.אא.*aa*.(ββ)

Notemus hic

§. Simplicem hiſtoriae facti narrationem. Cap. II. 3.

In quâ notemus

/. Particulas tranſitum facientes. ἀλλὰ & δέ.

— Adverſativam, ſeorſim poſitam. ἀλλὰ (*a*)

= Alteram δέ. cum adverbio negandi compoſitam, in voce οὐδέ. quae gradationis quaſi indicium eſt. (*b*)

//. Rem

(*a*) Quaſi diceret: Non tantùm verbis expoſui, ſed ipſo facto.

(*b*) Ne ipſe quidem *Titus*, homo ſatis notus: Ne ipſe quidem *Titus*, quamvis non ut quivis privatus conſiderari poſſet, ſed ut meus ſocius laborum, itinerumque comes.

Digitized by Google

§.I.
I. Rem ipſam. Ubi attendamus ad
— Subjectum:
†. Nomine ſuo indicatum. Τίτος.
††. Deſcriptum:
AAA. A Societate *Pauli*. ὁ σὺν ἐμοὶ.
BBB. Ab origine ſuâ. Ἕλλην ὤν
= Praedicatum. οὐκ ἠναγκάσθη περιτμηθῆναι. Ubi conſiderandum eſt
†. De ritu, ſine quo, ſub Veteri OEconomiâ, nemini licebat eſſe DEI foederato. περιτμηθῆναι.
††. De immunitate *Titi* ab hoc ritu. οὐκ ἠναγκάσθη.
§§. Ejusdem amplificationem. In quâ
I. Docet hoc minimè ex negligentiâ, ſed propter falſos Fratres factum eſſe.
Notetur & hic
— Particula adverſativa ἀλλ'. Quae videtur reſpicere ad tacitam quamdam exceptionem; fortè per negligentiam ignoratum fuiſſe *Titum* eſſe praeputiatum. *Paulus* indicat contrà, id factum eſſe propter falſos fratres.
= Res ipſa. Ad quam intelligendam, perpendendum eſt:
†. Quos deſignet Adverſarios. Quos
AAA. Appellat ψευδαδέλφους.
BBB. Deſcribit, ut qui ſenſim ſubintraverint. παρεισάκτους.
††. Quod hos conſideret, ut qui contrarium voluerint, ſed propter quos ipſos (ut ſic ipſo facto oſten-

Digitized by Google

§§. ‖. = ††.

oſtenderetur eorum doctrinam eſſe erroneam) *Titus* liber manſerit a circumciſione. ג.

‖. Idque amplificat ulteriori deſcriptione, tùm Adverſariorum modò memoratorum, tùm diligentiae, quâ *Paulus* & *Barnabas* ſe illis oppoſuerint. Cap. II. 4. 5.

Hic videmus

— Prava molimina Adverſariorum deſcripta, unà cum fine, quem intendebant. Cap. II. 4.

†. Molimina indicantur

AAA. Generaliori modo, quando dicit Apoſtolus, quod ſubintraverint. οἵτινες παρεισῆλθον.

BBB. Specialiori, quando addit, quorsùm hic Adverſarii ſe Eccleſiis junxerint. κατασκοπῆσαι τὴν ἐλευθερίαν ἡμῶν, ἣν ἔχομεν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

אאא. Objectum ab Apoſtolo

aaa. Indicatur, denominatione τὴν ἐλευθερίαν ἡμῶν. Ubi conſiderandum erit

(*aaa*) De perſonis, quibus hoc privilegium tribuit. Quas exprimit pronomine ἡμῶν.

(*βββ*) De privilegio ipſo, quod dicit τὴν ἐλευθερίαν.

bbb. Illuſtratur, indicato ejus fundamento. ἣν ἔχομεν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

בבב. Quo pacto Adverſarii circa hoc objectum

Digitized by Google

§§.//.— †.BBB.בבב.

jectum se gerere satagebant. Quod exprimit Apostolus κατασχοπῆσαι.

††. Finis, quem intendebant. Hunc

AAA. Indicat Apostolus. ἡμᾶς καταδυλώσωσιν. Ubi perpendere oportet

אאא. Objectum. ἡμᾶς.

בבב. Quam malè huic objecto cupiant Adversarii. Quod exprimitur verbo καταδυλώσωσιν.

BBB. Cum molimine modò indicato conjungit, per particulam ἵνα.

= Diligentiam *Pauli & Barnabae*, se illis opponentium, in salutem *Galatarum*. Cap. II. 5. In quo commate notamus

†. Diligentem *Pauli & Barnabae* oppositionem.

AAA. Ipsa eorum oppositio exprimitur. οἷς οὐκ εἴξαμεν τῇ ὑποταγῇ. Considerari hic debet

אאא. De subjecto, quod non exprimitur seorsim, sed verbo in primâ personâ expresso continetur. *Paulum* intelligo & *Barnabam*.

בבב. De praedicato. In quo enodando perpendere oportet

aaa. Objectum. Quod indicatur articulo οἷς.

bbb. Quo pacto se circa hoc objectum gesserint. οὐκ εἴξαμεν τῇ ὑποταγῇ. Hic videndum est,

(*aaa*) Quid

Digitized by Google

ℒℒ.//.⩵ †. AAA.בבב.*bbb*.

(*aaa*) Quid ſit εἴχειν, & quidem εἴχειν τῇ ὑποταγῇ. (*a*)

(*βββ*) Quod hoc *Paulus* de ſe & *Barnaba* neget. οὐκ εἴξαμεν τῇ ὑπαταγῇ.

BBB. Diligentia in hac oppoſitione praeſtita. οὐδὲ πρὸς ὥραν.

††. Finem eximium, quem in hac diligenti oppoſitione intenderint.

AAA. Res intenta eſt τὸ διαμείνειν τὴν ἀληθείαν τῦ Εὐαγγελίυ πρὸς Γαλάτας. Notemus hic

אאא. Objectum, circa quod verſabatur ſtudium *Pauli* & *Barnabae*. Quod dicitur ἡ ἀληθεία τῦ Εὐαγγελίυ.

בבב. Quid huic objecto cuperent. διαμείνειν πρὸς Γαλάτας.

aaa. Alloquium indicat, quorum commodum reſpiciebant. ὑμᾶς.

bbb. Bonum ipſum eſt διαμείνειν τὴν ἀληθείαν τῦ Εὐαγγελίυ πρὸς ἀυτὺς.

BBB. Spectanda proponitur, ut finis, quem intenderint. Quod docet conjunctio ἵνα.

TA-

(*a*) Videtur velle indicare, quod hoc οὐκ εἴξαμεν non eo ſit trahendum, quaſi vellet dicere, ſe & ſocios ſuos, contendiſſe de ordinis & honoris gradu, & quod in iſtius modi, ex vanae gloriae ſtudio profectis, litis conteſtationibus, nequaquam cedere voluerint; atque ſic idem facere, quod aliis diſſuaſit alia occaſione. Vid. *Philipp*. II. 3. Sed quod hoc οὐκ εἴξαμεν reſpiciat ad ὑποταγὴν, qua ſe ſubmiſerint judicio horum ψευδαδέλφων, ut ſecundum illorum ſententiam deinceps docerent. Hoc eſt, quod de ſe & ſociis ſuis negat, quando dicit, Οὐκ εἴξαμεν τῇ ὑποταγῇ.

Digitized by Google

TABULA XIII. SPECIALIS,

CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLAE

AD GALATAS.

CAP. II. 6.

HAc pericopâ removet *Paulus* omnem dependentiam, quâ cenſeri poſſet, vel eruditionem, vel miſſionem ſuam pendere, vel acceptam referri debere illis, qui ante Ipſum fuerant Apoſtoli. Cap. II. 6.

Signata eſt haec pericopa in Tabulâ Generali II.A.ℵ.*b*.(β)1.BB.ℵℵ.*bb*.(αα)

Quibus verbis

§. AEqualitatem ſuam, ratione Auctoritatis Apoſtolicae, quâ ipſis par erat, qui aeſtumatiſſimi erant Viri, aſſerit in hunc modum. Ἀπὸ δὲ τῶν δοκούντων εἶναί τι, ὁποῖά ποτε ἦσαν, οὐδέν μοι διαφέρει. Quae verba Ego verterem: *Ab illis autem, qui apparent aliquid eſſe (qualescunque antea fuerint) nihil mihi eſt differentiae.*

Notetur

I. Particula tranſitionem faciens δὲ. (*a*)

(*a*) Quae videtur indicare, quod illos ſubreptitios falſos Fratres nullius aeſtimet, vel aeſtimandos cenſeat; ſed planè aliter reſpiciat Apoſtolos illos principes, qui ſanè non eſſent ullâ ratione contemnendi.

§. I.

//. Res ipsa. Ad quam intelligendam, considerandum est

— De Personis, de quibus loquitur. Hos insignit hac descriptione τῶν δοκούντων εἶναί τι. (a)

= De sui cum illis comparatione, remoto praetextu in contrarium.

†. Ipsa aequiparatio exprimitur phrasi ἀπὸ τῶν δοκούντων εἶναί τι οὐδέν μοι διαφέρει. *Ab illis Ego nihil,* (ratione dignitatis muneris) *differo.*

††. Removetur praetextus in contrarium. ὁποῖοί ποτε ἦσαν. (b)

§§. Probat. Cap. II. 6. parte posteriori.

/. Substrato priùs fundamento. πρόσωπον Θεὸς ἀνθρώπου οὐ λαμβάνει.

— Subjectum enunciati est ipse supremus Judex, DEUS. Θεὸς.

= Prae-

(a) Quando eos dicit δοκοῦντας, non putem Apostolum indicare velle, quod illi sibi imaginentur vanâ praesumptione, *se esse aliquid:* Sed, quod *videantur*, id est, pateant, vel existimentur *esse aliquid;* non quidem fidei Dominos (quod neque *Petro*, neque *Paulo*, neque *Apollo*, neque ulli alii competit; quoque respectu Nihil erant. 1 *Cor.* III.) sed tamen *aliquid.* Videlicet Apostolos, legatos, Discipulos, DEI & CHRISTI; ab Ipso dum in terris esset, edocti, & missi. Ab his, qui jure merito habebantur, ut qui *aliquid essent*, qui egregii essent Ministri CHRISTI, vult dicere Apostolus, Ego planè non differo, sed par sum. Non minùs mihi competit, quam illis illa ἐξουσία & Auctoritas, quam Apostolis CHRISTUS promiserat. *Joh.* XX. 23. *Matth.* XVI. 19. Ita ut non minùs secundum meum Evangelium, quam illorum DEUS mundum judicaturus sit. *Rom.* II. 16.

(b) *Qualescunque antea fuerint.* CHRISTI, in terris versantis, comites fidissimi, non obstantibus multis infirmitatibus, qui etiam caussam CHRISTI defenderunt, jam ipso illo tempore, cum Ego adhuc essem Persecutor. Haec omnia tamen non efficiunt aliquid differentiae inter Auctoritatem mei Apostolatûs & illorum. Conf. Doctiss. *Piscat.* ad h. l. p. m. 179.

Digitized by Google

§§ /.—

= Praedicatum de eo affirmat ſummam in judicio juſtitiam. πρόσωπον ἀνθρώπου οὐ λαμβάνει. (*c*)

//. Ratione redditâ, deſumptâ ab independentiâ. Ubi perpendamus

— Quid dicat Apoſtolus. Adeoque attendamus ad

†. Subjectum. Quod exprimitur per voces οἱ δοκοῦντες.

††. Praedicatum. ἐμοὶ οὐδὲν προσανέθεντο.

= Quod hoc adhibeat in argumentum illius paritatis cum reliquis Apoſtolis, quam ſibi vindicaverat. Quod indicat particula γὰρ. (*d*)

(*c*) Non judicat ſecundum aliquid, quod non facit ad cauſſam. Adeoque non minùs ratum habebit meum, quod praedico, Evangelium, quam reliquorum, quamtumvis illi ante me CHRISTO adhaeſerint. Hoc nihil ad hanc cauſſam. Ab eodem Domino, immediatè me allocuto, in me Apoſtolatum conferente &c. Ego miſſus ſum ad praedicandum, prout Spiritus Domini inſpiraverit, Evangelium. Illorum igitur, & meus Apoſtolatus; Illorum, & mea praedicatio eâdem pollent Auctoritate.

(*d*) Quaſi diceret: Nemo putet, quod, cum illi cum CHRISTO verſati fuerint &c. Ego ab eis cognitionem rerum, ad Evangelium pertinentium, hauſerim, vel per eos, ut ipſis quaſi ſubſtitutus, vel horum Legatorum ſubdelegatus, munus Apoſtoli adeptus ſim. Nequaquam. Nihil ab illis, doctrinae, quam praedicare deberem, accepi, ſed immediate a CHRISTO & a Spiritu: Quorum juſſu, quorum ſolorum, non ullorum hominum, Auctoritate, peragro loca, & praedico, quaecumque & quibus Verbis, de CHRISTO, & ſalute ipſius, praedico.

Digitized by Google

TABULA XIV. SPECIALIS,

CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLAE

AD GALATAS.

CAP. II. 7. 8. 9. parte priori.

CONtinet haec pericopa Fundamentum illius agnitionis, qua *Paulus* & *Barnabas* agniti ſunt, ut qui haberent aequale cum illis Divinae ſuae miſſionis teſtimonium. Cap. II. 7. 8. 9. parte priori.

Signata eſt haec pericopa in Tabulâ Generali II. A.ℵ.*b*.(β)1.BB.ℵℵ.*bb*.(ββ)§.

Attendamus hic ad

/. Particulas tranſitionem facientes. ἀλλὰ τουναντίον.

— Adverſativam. ἀλλὰ.

= Exaggerativam. τουναντίον.

//. Ratiocinationem ipſam. In quâ conſiderari debent

— Subjecta, de quibus loquitur. Quae verſu nono

†. Indicat, ſuis nominibus. Ubi notemus, quod

AAA. Primo loco ponatur Ἰάκωβος.

BBB. Huic jungantur καὶ Κηφᾶς καὶ Ἰωάννης.

††. Laudat, indicando, quod in ſummâ aeſtimatione fuerint. οἱ δοκοῦντες στῦλοι εἶναι.

= Praedicata. Quibus

†. Com-

Digitized by Google

II.=

†. Comparativè dicuntur ſciviſſe aequalitatem *Pauli* & *Petri*.

AAA. Quoad collationem Apoſtolatûs. Cap. II. 7. Ubi perpendere oportet,

אאא. Quid de utriſque ſtatuat:

aaa. De ſe ipſo, quod concreditum ſibi fuerit Evangelium praeputii. Quod ita exprimit: ὅτι πεπίστευμαι τὸ εὐαγγέλιον τῆς ἀκροβυστίας. Ubi

(aaa) Subjectum, de quo loquitur, appellat τὸ Εὐαγγέλιον τῆς ἀκροβυστίας.

(βββ) Affirmat, id ſibi eſſe concreditum. ὅτι πεπίστευμαι.)

bbb. De *Petro*. De quo

(aaa) Teſtatur, quod ei concreditum fuerit Evangelium circumciſionis. Πέτρος τῆς περιτομῆς. (ſupple Εὐαγγέλιον πεπίστευται.

(βββ) Simulque notari vult, quod in eo *Petrus* ſecum paria faciat. Quo facit particula καθὼς.

בבב. Quod hoc ſciverint illi, quos dicit δοκοῦντας στύλοι εἶναι. Quod exprimit verbo ἰδόντες.

BBB. Quoad efficaciam Gratiae ſecutam, quae iſtius, in utrumque factae, muneris collationis documentum eſſet. Cap. II. 8. in parentheſi poſito. Ubi videndum eſt,

Digitized by Google

//.≕ †.BBB.

אאא. Quid ponat *Paulus* de Domino: Nimirum, quod

aaa. In *Petro* ſuam efficaciam exſeruerit. ὁ ἐνεργήσας Πέτρῳ εἰς ἀποστολὴν τῆς περιτομῆς. Quibus verbis

(ααα) *Petro* tribuit *Apoſtolatum circumciſionis.*

(ββB) Agnoſcit Dominum eo fine efficaciam ſuam in *Petro* oſtendiſſe.

bbb. In ſe pariter efficaciam eamdem oſtenderit, in legatione ſua *ad Gentes*.

(ααα) Rem ipſam exprimit, dicens: ἐνήργησε ἐμοὶ εἰς τὰ ἔθνη.

* Iterùm ſibi vindicat *Apoſtolatum ad Gentes*. εἰς τὰ ἔθνη.

** Affirmat eo fine Dominum in ſe efficaciter operatum eſſe. ἐνήργησε ἐμοὶ.

(βBβ) Parilitatem indicat per particulam καὶ.

בבב. Quo pacto hoc conſideret, ut documentum praecedentis aſſerti. Quod ſignificat particula γὰρ.

††. Poſitivè agnoviſſe quoque gratiam *Paulo* datam. Hic obſervetur

AAA. Particula tranſitionem faciens. καὶ.

BBB. Res ipſa. Ubi conſiderari debet, quod

אאא. Ponat ſibi gratiam datam eſſe. τὴν χάριν τὴν δοθεῖσάν μοι.

בבב. Affirmet eam illis, qui agnoſcebantur columnae eſſe, perſpectam fuiſſe. Dicit enim eos fuiſſe γνόντες [αὐτὴν]. T A-

Digitized by Google

TABULA XV. SPECIALIS,

CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLAE

AD GALATAS.

CAP. II. 9. parte posteriori & 10.

HAc pericopâ exponit Apostolus documenta, quibus *Hierosolymitani* Apostoli declaraverant, quod *Paulum* & *Barnabam* agnoscerent, ut aequalis secum Auctoritatis, aequale suae missionis habentes testimonium. Cap. II. 9. parte posteriori & 10.

Signata est haec pericopa in Tabula Generali II. A. ℵ. b. (β) 1. BB. ℵℵ. bb. (ββ) §§.

Hic videamus

/. Ipsa haec documenta. Quae sunt

— Communionis muneris per dationem dextrae testificatio.

†. Subjectum, ex proximè precedentibus notum, in ipso verbo tertiae personae continetur.

††. Praedicatum spectanda exhibet

AAA. Objecta. Quorum

אאא. Unum ipse *Paulus* hujus Epistolae scriptor. ἐμοί.

בבב. Alterum, ei sociatum, *Barnabas*.

aaa. Per-

Digitized by Google

I.— ††.AAA.בבב.

aaa. Perſonae ipſi nomen dat. Βαρνάβᾳ.
bbb. Hanc ſibi ſociat *Paulus.* per copulam καὶ.

BBB. Actio circa haec objecta. ἔδωκαν δεξιὰς κοινωνίας.

Hic notemus

אאא. Ipſam externam ſymbolicam actionem. ἔδωκαν δεξιὰς.

בבב. Ejus ſignificationem indicatam voce κοινωνίας.

= Diviſio exercitii muneris conſenſu conſtituta. Quam diviſionem

†. Narrat

AAA. Quoad ſuam ipſius & *Barnabae* portionem. ἵνα ἡμεῖς εἰς τὰ ἔθνη.

BBB. Quoad portionem *Jacobi*, *Cephae* & *Johannis.* αὐτοὶ δὲ εἰς τὴν περιτομήν.

††. Adjicit admonitionem ad exercitium caritatis erga pauperes in *Judaeâ*, ſed non novum. Cap. II. 10. Vide hic

AAA. Admonitionem ipſam, eamque unicam.

אאא. Ipſa admonitio exprimitur verbis τῶν πτωχῶν ἵνα μνημονεύωμεν. Notetur hic

aaa. Objectum officii. Quod indicat nomine τῶν πτωχῶν.

bbb. Officii commendatio.

(aaa) Officium eſt τὸ μνημονεύειν [τῶν πτωχῶν].

(BBB) Commendatio exprimitur particulâ ἵνα. בבב. Ea-

Digitized by Google

ל. = ††. AAA. אאא.

בבב. Eaque dicitur fuiſſe unica & ſola. μόνον, inquit Apoſtolus.

BBB. Se hujus officii jam fuiſſe, atque etiamnunc eſſe obſervantem. ὃ καὶ ἐσπούδασα αὐτὸ τοῦτο ποιῆσαι. (a)

ג. Eorumdem cum fundamento, modò indicato, conjunctionem. Quae exprimitur per participiales, verſibus praecedentibus, locutiones. ἰδόντες --- γνόντες ---.

(a) Notetur hic Aoriſti emphaſis. Fecerat hoc jam antè. *Act.* XI. 30 In eo erat ſaepiùs. uti videre eſt 1 *Cor.* XVI. 1.

Ut itaque ipſa haec commendatio nullâ ratione conſiderari poſſit, ut novi muneris impoſitio, vel aliquid, quod ſuam ab illorum Auctoritate pendentem faceret.

Digitized by Google

TABULA XVI. SPECIALIS,
CONTINENS
ANALYSIN EPISTOLAE
AD GALATAS.

CAP. II. 11.

HOc commate fatetur *Paulus* apertè ſe *Antiochiae* obſtitiſſe *Petro*, quod is recto tramite non incederet. Cap. II. 11.

Signata eſt haec pericopa in Tabulâ Generali II.A.א.*b*.(β)1.BB.בב.*aa*.

Hoc commate conſideranda venit

(*aa*) Particula tranſitum faciens. δέ.

(ββ) Ipſa litis narratio, *Antiochiae* natae. Occurrit igitur in eâ

§. Temporis ſive occaſionis notatio. ὅτε ἦλθε Πέτρος εἰς Ἀντιόχειαν. In quibus verbis

I. Factum ponitur. Πέτρος ἦλθε εἰς Ἀντιόχειαν.

II. Idque indicatur, ut nota temporis, vel ut occaſio litis conteſtationis. Quod indicat particula ὅτε.

§§. Litis conteſtatio,

I. Narrata, ut coràm, non poſt tergum, facta. κατὰ πρόσωπον αὐτῷ ἀντέστην. Ubi videmus

— Ipſam

Digitized by Goog

(ββ)§§.1.

— Ipſam *Pauli*, quâ *Petro* refragatus eſt, oppoſitionem. ἀυτῷ ἀντέςην.

†. Objectum eſt ipſe, modò laudatus, *Petrus*. ἀυτῷ.

††. Quid circa hoc objectum fecerit *Paulus*. ἀντέςην, inquit.

= Modum ejus. κατὰ πρόσωπον.

//. Juſtificata. ὅτι κατεγνωσμένος ἦν.

Digitized by Google

TABULA XVII. SPECIALIS,
CONTINENS
ANALYSIN EPISTOLAE
AD GALATAS.

CAP. II. 12. 13.

NArrat *Paulus* hac pericopâ aberrationem tùm *Petri*, ſibi non ſatis conſtantis, tùm *Barnabae* & aliorum ad iſtorum exemplum. Cap. II. 12. 13. In confirmationem ejus, quod dixerat, ὅτι κατεγνωσμένος ἦν, & juſtificationem ſuae oppoſitionis.

Signata eſt haec pericopa in Tabulâ Generali II. A. ℵ. *b.* (β) 1. BB. בב. *bb.* (αα)

Conſideretur hic

§ Res ipſa.

I. Ipſius *Petri* a recto tramite receſſio, ἀυτοκατάκριτος narratur. Cap. II. 12. In quâ narratione indicatur,

— Quid primùm fecerit *Petrus*. Cap. II. 12. parte priori. Conſideremus hic

†. Temporis notationem. Ad quam definiendam

AAA. Factum aliquod quorundam *Hieroſolymitanorum* ponit. ἐλθεῖν τινας ἀπὸ Ἰακώβου.

BBB. Indicat ſe ad tempus antegreſſum reſpicere. πρὸ τοῦ ἐλθεῖν &c.

††. Quid

Digitized by Google

l. — †.

††. Quid illo tempore *Petrus* fecerit. μετὰ τῶν ἐθνῶν συνήσθιεν.

= Quid deinde fecerit idem. Cap. II. 12. parte posteriori.

Ubi rursùs considerare oportet

†. Temporis notationem, oppositam priori.

AAA. Oppositio indicatur particulâ δὲ.

BBB. Ipsa temporis notatio. ὅτε ἦλθον.

††. Factum illaudabile *Petri* cum ejus origine expositum. Ubi videas

AAA. Ipsum factum, duplici phrasi expressum.

אאא. Ὑπέστελλε } ἑαυτὸν.
בבב. Καὶ ἀφώριζεν }

BBB. Radicem vel originem, ex quâ hoc profectum est. φοβούμενος τοὺς ἐκ περιτομῆς. Hic considerari meretur

אאא. Mentis *Petri* affectio. Ad quam intelligendam, attendere debemus ad

aaa. Objectum, circa quod animus *Petri* versabatur. τοὺς ἐκ περιτομῆς.

bbb. Dispositionem mentis *Petri* circa hoc objectum. Quae erat meticulositas. φοβούμενος τοὺς ἐκ περιτομῆς.

בבב. Quod illa spectanda sit, ut origo & radix memorati illaudabilis facti *Petri*. Quod participialis locutio significat.

ll. Hinc orta etiam reliquorum, quin & ipsius *Barnabae*, a recto tramite deviatio. Cap. II. 13. Notetur hic

Digitized by Google

//.

— Hujus pravi consequentis cum aberratione *Petri* conjunctio. per copulam καὶ.

= Ipsum hoc pravum consequens. Quod

†. Generatim describit. Ubi notemus

AAA. Subjectum. Quod

אאא. Indicatur. οἱ λοιποὶ Ἰουδαῖοι.

בבב. Idque per modum exaggerationis; quae indicatur per copulam καὶ.

BBB. Praedicatum. Quo

אאא. Indicatur indoles facti eorum. ὑπεκρίθησαν.

בבב. Significatur, quod in eo *Petrum* imitati sint. σὺν — αὐτῷ.

††. Exaggerat. Ubi videndum est,

AAA. Quid contigerit. Ad quod intelligendum, considerare oportet

אאא. Subjectum.

aaa. Nomine indicatum. Βαρνάβας.

bbb. Per modum exaggerationis spectandum propositum. καὶ.

בבב. Praedicatum. συναπήχθη τῇ αὐτῶν ὑποκρίσει. Notemus hic,

aaa. Quod *Petro* & reliquis *Judaeis* iterùm tribuat simulationem. τῇ αὐτῶν (inquit) ὑποκρίσει.

bbb. Quod effectum hujus simulationis indicet fuisse vel ipsius *Barnabae* transgressionem. συναπήχθη.

BBB. Quod hoc quam maximè amplificet noxam, quam

Digitized by Google

§. // = ††. BBB.

quam *Petri* deviatio a recto tramite caussata erat. Quo pertinet particula ὥστε.

§§. Quo pacto illa faciat ad ostendendum, quod *Petrus* fuerit κατεγνωσμένος: Quodque ea propter aequum & justum, quin etiam necessarium fuerit, ut *Paulus* ei obsisteret. Huc pertinere haec duo commata ostendit particula γὰρ, in principio versus duodecimi posita.

TA-

Digitized by Google

TABULA XVIII. SPECIALIS,

CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLAE

AD GALATAS.

CAP. II. 14. — III. 1.

Haec pericopa continet reprehenſionem & convictionem, *Petro* & *Barnabae*, & quibuſcumque eorum imitatoribus oppoſitam.

Signata eſt haec pericopa in Tabulâ Generali II. A.א.*b*.(β) 1. BB.בב.*bb*.(ββ)

Hanc

§. Narrat a ſe publicè eſſe factam. Cap. II. 14. parte priori. Ubi

I. Indicat occaſionem hujus elenchi. Ubi videas,

— Cujus criminis reos ſe fecerint *Petrus* & *Barnabas*, aliique eorum exemplo. ὅτι οὐκ ὀρθοποδοῦσι πρὸς τὴν ἀλήθειαν τοῦ Εὐαγγελίου. Ubi videre eſt

†. Normam, ad quam ſuas actiones componere debuiſſent. Quam indicat verbis πρὸς τὴν ἀλήθειαν τοῦ Εὐαγγελίου.

††. Seceſſionem ab hac normâ. οὐκ ὀρθοποδοῦσι πρὸς [αὐτὴν].

= Quod hoc occaſionem *Paulo* dederit ad iſtum elenchum. Ubi oſtendit Apoſtolus,

†. Se

Digitized by Google

§./.—

†. Se veram indolem illius inſtituti animadvertiſſe, & probè cognoviſſe. εἰδὼν ὅτι.

††. Hinc minimè ad imitandum, ſed ad redarguendum inductum ſe fuiſſe. Quod inſinuat particula ἀλλὰ.

//. Reprehenſionem ad *Petrum* eâ occcaſione directam, & publice factam, narrare incipit. ὅτε --- εἶπον τῷ Πέτρῳ ἔμπροσθεν πάντων.

§§. Ipſa verba elenchi ſubjicit, ut viderent *Galatae*, quam juſtae ſibi fuerint rationes ita *Petrum* reprehendendi. Cap. II. 14. parte poſteriori -- III. 1.

Hic reperimus rationes deſumptas

/. Ab ipſo *Petri* aliàs inſtituto. Cap. II. 14. parte poſteriori: Ex quo patebat ipſum οὐκ ὀρθοποδεῖν. Quod argumentum eſt (uti appellant) ad hominem, ſimulque a minori ad majus. Ubi nota

— Hypotheſin, quae erat facti. In qua notetur,

†. Factum ipſum. In quo attentione digna eſt,

AAA. Perſonae indicatio, & deſcriptio. Illa

אאא. Indicatur pronomine σὺ.

בבב. Deſcribitur. Ἰουδαῖος ὑπάρχων.

BBB. Factum, quod huic perſonae tribuitur.

אאא. Κατὰ θέσιν. Poſitivè. ἐθνικῶς ζῇς.

בבב. Κατ' ἄρσιν. Negativè. καὶ οὐκ Ἰουδαϊκῶς.

Notetur

aaa. Facti deſcriptio.

bbb. Emphaſis particulae καὶ.

††. Ratiocinativa particula hypothetica εἰ.

= Abſurdum hinc conſequens, cujus vel ipſam *Petri* conſcientiam teſtem facit. Perpendatur

Digitized by Google

§§. /. =

†. Factum, quod *Petro* exprobrat. In cujus descriptione notetur

AAA. Objectum. τὰ ἔθη.

BBB. Actio *Petri* circa hoc objectum. Ubi considerandum est,

אאא. Quid hoc pacto effecerit. Scilicet τὰ ἔθνη Ἰουδαΐζειν.

בבב. Quo modo. ἀναγκάζεις.

††. Absurditas ex praecedenti positione patens, quae ipsi *Petri* conscientiae dijudicanda relinquitur, per interrogationem expressa. τί;

//. Ex ipsâ naturâ & indole justificationis. Ex quâ *Galatae* discere debebant, *Petrum* institutum suum non mutâsse, nunc meliùs edoctum. Cap. II. 15.-- III. 1. Ut sic demonstret Apostolus, se adversus *Petrum* non tantùm argumento, quod vocant, ad hominem, usum esse: Cum ne ipsi quidem *Judaei* nunc teneantur ampliùs *Judaico* more vivere. Hoc autem demonstrat suo, & reliquorum credentium ex *Judaeis*, exemplo.

— Proponit suum argumentum. Cap. II. 15. 16. Ubi

†. Declarat, quid ipse, unà cum omnibus credentibus ex *Judaeis*, fecerit, quove fundamento.

AAA. Praemittit descriptionem statûs sui, & modò laudatorum sociorum. Nota,

אאא. Quas personas indigitet, per pronomen, primae personae, pluralis numeri. ἡμεῖς.

בבב. In quo statu fuerint.

aaa. Com-

Digitized by Google

§§. //.— †. AAA. בבב.

aaa. Comparatè ad *Gentes.* φύσει Ἰουδαῖοι, καὶ οὐκ ἐξ ἐθνῶν ἁμαρτωλοί. Hic·

(aaa) Θετικῶς ſuam originem, ut & *Petri*, exprimit. φύσει Ἰουδαῖοι.

(βββ) Ἀρνητικῶς hanc originis ſuae deſcriptionem amplificat.

* Eam opponendo ortui ex *Ethnicis.* καὶ οὐκ ἐξ ἐθνῶν.

** Miſerrimum Gentiliſmi ſtatum deſcribendo. Dicit enim [οὐκ] ἁμαρτωλοί.

bbb. Ratione ſuae convictionis. εἰδότες ὅτι οὐ δικαιοῦται ἄνθρωπος ἐξ ἔργων νόμου, ἐὰν μὴ διὰ πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ. Hic videamus

(aaa) Bimembrem veritatis, de verâ juſtificationis viâ, declarationem. Factam

* Ἀρνητικῶς. Removendo falſam de verâ cauſſâ juſtitiae ſententiam. οὐ δικαιοῦται ἄνθρωπος ἐξ ἔργων νόμου. Hic perpendatur

AAAA. Subjectum, quod, ad univerſalitatem indicandam, exprimitur nomine ἄνθρωπος.

BBBB. Praedicatum. In quo conſiderandum eſt,

אאאא: Quid ſit δικαιοῦσθαι ἐξ ἔργων νόμου. Adeoque ſciendum eſt,

§§.//.–†.AAA.בבב.*bbb*.(*aaa*)*BBBB.אאאא.

aaaa. Quid ſit δικαιῶσθαι.

bbbb. Quid ἐξ ἔργων νόμου δικαιῶσθαι. Quod iterùm requirit, ut teneamus,

(*aaaa*) Quid ſint ἔργα νόμου. Ubi examinandum venit,

†. De quo νόμῳ ſermo ſit.

††. Quid ſint illa ἔργα νόμου.

(*BBBB*) Quid denotet particula 'EZ in hoc negotio. ἐξ ἔργων νόμου.

בבבב. Quod hoc univerſim negandum ſit. οὐ δικαιῶται.

** Θείλοιῶς. ἐὰν μὴ διὰ πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ. Quibus verbis vera juſtificationis cauſſa indicatur. Ubi rursùs penſitandum eſt,

AAAA. Quid ſit δικαιῶσθαι διὰ πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Digitized by Google

§§.II.— †.AAA.בבב.bbb.(ααα)**AAAA.

ϛῦ. Hic perpendendum eſt,

אאאא. Quid ſit πίϛις Ἰησοῦ Χριϛοῦ.

aaaa. Objectum indicatur verbis Ἰησοῦ Χριϛοῦ.

bbbb. Quaenam actuoſitas circa hoc objectum indicetur, quando dicitur πίϛις Ἰησοῦ Χριϛοῦ.

בבבב. Quid hic ſignificet particula διὰ.

BBBB. Quod hoc theticè, & oppoſitè ad negationem praecedentem, affirmetur. per particulas ἐὰν μὴ.

(ββ) Teſtificationem de ſuâ & *Petri* hac de re notitiâ. εἰδότες.

BBB. Huic fundamento ſuperſtruit, vel niti oſtendit id, quod fecerant ipſi quoque, etiamſi non eſſent ex *Gentibus*. καὶ ἡμεῖς εἰς Χριϛὸν Ἰησοῦν ἐπιϛεύσαμεν. In quibus verbis attendendum eſt ad

אאא. Subjecti indicationem emphaticam. καὶ ἡμεῖς.

§§.//.— †.BBB.אאא.

בבב. Praedicatum. εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν ἐπιστεύσαμεν.

aaa. Objectum indicatur nominibus Χριστὸν Ἰησοῦν.

bbb. Actuositas circa hoc objectum. ἐπιστεύσαμεν εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν.

††. Ad quem finem. Quem

AAA. Exprimit. ἵνα δικαιωθῶμεν ἐκ πίστεως Χριστοῦ, καὶ οὐκ ἐξ ἔργων νόμου.

BBB. Justificat generali axiomate. διότι οὐ δικαιωθήσεται ἐξ ἔργων νόμου πᾶσα σάρξ.

‡‡ Ulteriùs confirmat. Cap. II. 17--III. 1.

†. Refutando objectionem. Cap. II. 17--21.

Ubi attendendum est, ad

AAA. Objectionis propositionem. Cap. II. 17.

Hanc

אאא. Indicat, particulâ δὲ.

בבב. Exprimit. In hac objectione,

aaa. Casum ponit. In quo videre est, quo pacto mentem Apostoli caperent, vel saltem capiendam putarent Adversarii. Quod ita exprimitur, ut

(*aaa*) Subjectum describatur, eo modo, quo se ipsum & alios credentes descripserat Apostolus. ζητοῦντες δικαιωθῆναι ἐν Χριστῷ.

(*bbb*) Eidem tribuatur id, quod Adversarii contendebant cum eo con-

Digitized by Google

§§. //. ⩵ †. A A A. בבב. *aaa* (βββ)

conjunctum. εὑρέθημεν καὶ αὐτοὶ ἁμαρτωλοὶ. (*a*)

bbb. Quid hinc ſequi cenſerent. Ubi notetur

(*aaa*) Ipſum conſequens. CHRISTO ſic tribui miniſterium peccati. Χριστὸς ἁμαρτίας διάκονος.

(βββ) Nexus inter hoc conſequens & antecedens. εἰ-ἄρα.

BBB. Reſponſionem Apoſtoli:

אאא. Deteſtando hoc conſequens, ſimulque hypotheſin Adverſariorum de *Pauli* ſententiâ. Μὴ γένοιτο. (*b*)

גגג. Demonſtrando ſe, ſalvâ ſuâ doctrinâ, recte tamen deteſtari hypotheſin ſibi affictam, & conſequens inde deductum. Cap. II. 18. 19. 20.

aaa. Generatim indicando, ſe transgreſſorem fore, ſi illa, quae deſtruxerat, reaedificare conaretur. Cap. II. 18.

Hic perpendendum erit,

(*aaa*) Quid

(*a*) Id eſt, deprehendamur paria facere cum Gentilibus, peccatis plane ipſimet quoque immerſi.

(*b*) Scilicet, nequaquam ſtatuebat Apoſtolus illos, ex *Judaeis*, credentes, qui in CHRISTO juſtificari ſtudebant, deprehendi & ipſos peccatis plane, uti olim Gentiles, immerſos. Nequaquam CHRISTUM peccati miniſtrum volebat. Sed hoc tantum dicere voluit, quod ipſemet, ut & reliqui *Judaei*, in ſe ſpectati, in ſuo naturali ſtatu, & ſuo naturali reatu, nihilo digniores eſſent Gentibus.

Digitized by Google

§§.//.=†.BBB.בבב.*aaa.*

(*aaa*) Quid dicat Apoſtolus. Quando
* Caſum ponit.
In hac caſûs poſitione notetur
AAAA. Objectum, circa quod verſatus fuerit, atque etiam nunc verſatur Apoſtolus. Quod exprimit verbis ἃ κατέλυσα.
BBBB. Actuoſitas *Pauli* circa hoc objectum, per modum non theſeos, ſed caſûs poſitionis expreſſa.
אאאא. Actuoſitas ipſa exprimitur verbis πάλιν οἰκοδομῶ.
בבבב. Quod per modum caſûs poſitionis proponatur, indicat particula εἰ.
** Declarat, quid cum iſto caſu foret connexum. παραβάτην ἐμαυτὸν συνίστημι.
(*BBB*) Quo pacto id adhibeat in argumentum ad ſuam deteſtationem confirmandam. Quo tendit particula γὰρ.
bbb. Speciatim hoc praeſenti negotio applicando. Cap. II. 19. 20. Id quod facit
(*aaa*) Synopticè. Cap. II. 19. Ubi notemus,
* Quid dicat Apoſtolus. In quo
AAAA. Teſta-

Digitized by Google

§§.//.=†.BBB.בבב.bbb.(ααα)*

AAAA. Teſtatur, quale beneficium, & quo pacto ſibi contigerit.

אאאא. Ipſum beneficium exprimit his verbis νόμῳ ἀπέθανον. (a)

בבבב. Modum addit, qui & ipſe confirmationi inſervire poterat. διὰ νόμου.

BBBB. Indicat, quem finem habeat hoc beneficium. ἵνα Θεῷ ζήσω.

** Quo pacto hoc in argumentum adhibeat. Quod indicat particula γὰρ. (b)

(βββ) Enucleatiùs. Cap. II. 20.

Ubi

* Oſtendit, quo pacto *Legi* mortuus ſit. Nimirùm

S

per

(a) Hujus beneficii agnitio & profeſſio illud erat, quod ab Adverſariis arripiebatur, ut occaſio, abſurdum illud conſequens, verſu 17. indicatum, imputandi.

(b) Ratiocinatio haec eſt: Si finis libertatis plenariae (vi mortis CHRISTI) a Lege, quam ipſa Legis indoles poſtulabat, hic eſt, *ut DEO vivam*; Ergò minimè cum illâ libertate conſiſtit, ut ampliùs ſim ἁμαρτωλὸς, utque CHRISTUM faciam διάκονον ἁμαρτίας.

Ergò, ſi haec mea eſſet ſententia, id, quod deſtruxeram praedicatione libertatis, (ſcilicet, dominium peccati) iterùm aedificarem; atque ſic meam ipſius doctrinam deſererem, terminos, a me ipſo poſitos, tranſſilirem. Adeò autem ineptum non eſt ut me habeatis.

Digitized by Google

ℵℵ.!!.ב†.BBB.בבב.*bbb*.(BBB)*

per communionem cum cruce CHRISTI. Χριστῷ συνεσταύρωμαι.

AAAA. Supponit CHRISTUM crucifixum.

אאאא. Subjectum exprimit nomine Χριστῷ. UNCTO, a DEO, Pontifice Maximo.

בבבב. Quid ei evenerit, nimirùm τὸ σταυρωθῆναι.

BBBB. Huic hypotheſi ſuam crucifixionem alligat.

אאאא. Exempli cauſſâ de ſe loquitur, ad exprimendum, quid de omnibus credentibus, etiam *Judaeis*, verum ſit.

בבבב. Teſtaturque, ſe communionem talem habere cum crucifixione CHRISTI, ut, illo crucifixo, ipſe quoque crucifixus eſſe cenſendus ſit. συνεσταύρωμαι [αὐτῷ]. (a)

** De-

(a) Quatenùs ſcilicet CHRISTUM tamquam ſponſorem ſuum amplexus, in CHRISTO cruci affixo maledictionem tulerat, atque adeo iſtâ nunc ſimul-

Digitized by Google

§§.//.=†.BBB.בבב.bbb.(βββ)*

** Declarat, quo pacto nunc tamen vivat.

Nota

AAAA. Particulam, quâ oppositio fit. &c.

BBBB. Descriptionem praesentis sui statûs. Qui אאאא. Proponitur. Ubi nota

aaaa. Generalem expressionem, quâ significat se *vivere*. ζῶ.

bbbb. Ejus declarationem. Factam

(aaaa) Ἀρτιχῶς. *Non amplius Ego*. οὐκ ἔτι ἐγὼ.

(ββββ) Θετιχῶς. Ubi vide

†. Thesin ipsam. ζῇ ἐν ἐμοὶ Χριστὸς.

††. Oppositionem, negationi proximè praecedenti factam, particulâ &c.

---

mulque chirographo liberatus erat. Nec non quatenùs virtute crucis CHRISTI vetus homo cruci affixus est, id est, dominium peccati abolitum, reliquiis ejus indies minuendis, atque tandem penitùs tollendis.

Haec duo autem id conficiunt, quod per Legem Legi mortuus sit, ut DEO viveret.

Digitized by Google

§§.//.= + BBB.בבב.*bbb*.(βββ)
**.BBBB.אאאא.

בבבב. Ab objectione tacitâ liberatur.

aaaa. Innuitur aliquid opponi posse. per particulam δὲ.

bbbb. Objectionem ipsam

(*aaaa*) Significat, simulque hypothesin, ex quâ desumitur, concedit. νῦν ζῶ ἐν σαρκὶ.

(βββ) Consequentiam, quae hinc elici posse videretur, refutat. Declarando, quo pacto nunc (carne licet adhuc circumseptus) vivat. ὃ ζῶ, ζῶ ἐν πίστει τῇ τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, τοῦ ἀγαπήσαντός με, καὶ παραδόντος ἑαυτὸν ὑπὲρ ἐμοῦ.

Considerari hic debet,

† Quid sit *fides Filii DEI*, &c.

א. Testatur de suâ *fide*. πίστει.

אא. Eam autem amplè describit ab objecto, circa quod versatur.

Hic perpende

• Objectum. Quod

— Nomine ἐμφατικολάτῳ indicat. τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ.

= Describit a singulari affectu, & opere in suum commodum, quin & loco vel vice sua praestito.

x. Affectum exprimit. τοῦ ἀγαπήσαντός με.

xx. Opus,

Digitized by Google

§§. //. = †. BBB. בבב. bbb. (βββ)
**. BBBB. בבבב. bbbb. (ββββ) ††. א. • = x.

xx. Opus, ex hoc affectu in ſuum commodum profectum. Nota

1. Opus ipſum, expreſſum verbis: παραδόντος ἑαυτὸν ὑπὲρ ἐμοῦ. Hic vide,

a. Quid fecerit. Quod ſignificatur verbis παραδόντος ἑαυτὸν.

b. In cujus locum ὑπὲρ ἐμοῦ.

2. Documentum amoris.

** Actuoſitatem fidei circa hoc objectum.

†† Quod Apoſtolus teſtetur ſe illam ſuam, de quâ locutus fuerat, vitam, carni licet circumſeptam, tamen *vivere* in illâ fide. ὃ ζῶ, ζῶ ἐν πίστει τῇ τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀγαπήσαντός με καὶ παραδόντος ἑαυτὸν ὑπὲρ ἐμοῦ.

†† Indicando momentum graviſſimae cauſſae.

Cap. II. 21. Ubi notetur

§§ ‖ = ††.

AAA. Seria *Pauli* proteſtatio, quâ declarat, quo pacto ipſemet in hoc negotio verſetur, ſimulque innuit, quid Adverſarii faciant, vel ex toto, vel ex parte, vel ſaltem facere videantur. Cap II. 21. parte priori. οὐκ ἀθετῶ τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ. In quibus verbis notetur

אאא. Objectum digniſſimum, circa, quod verſetur. τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ.

בבב. Quo pacto ipſe proteſtetur, quod ſe circa hoc objectum gerat. οὐκ ἀθετῶ.

BBB. Ejusdem confirmatio. In quâ notetur

אאא. Aſſertum Apoſtoli hypotheticum. Et in eo

aaa. Sententia adverſantium, qui plùs minùsve ſtatuere debebunt, quod διὰ νόμου ſit δικαιοσύνη.

Hic accuratè perpendendum erit,

(*aaa*) Quid ſit δικαιοσύνη.

(*BBB*) Quo pacto illa, ex adverſantium ſententiâ, ſit διὰ νόμου. Ubi rursùs tenendum eſt,

* Quid intelligatur nomine νόμου.

** Quomodo, ex mente Adverſantium, δικαιοσύνη ſit ΔΙΑ' νόμου.

bbb. Conſequens abſurdum, quod hinc flueret. Quod

(*aaa*) Indicatur, ut quod conſiſteret in vanitate mortis CHRISTI.

* Sup-

Digitized by Google

§§//.= ††.BBB.אאא.bbb.(aaa)

* Supponitur certa veritas. Χριστὸς ἀπέθανεν.

** Indicatur adjunctum deteſtabile minime admittendum, quod tamen ex adverſariorum ſententia fueret; Scilicet hoc factum eſſe δωρεὰν.

(βββ) Connectitur, tamquam conſequens opinionis Adverſantium. εἰ -- ἄρα.

בבב. Quo pacto hoc afferat in confirmationem ſuae proteſtationis. Quod indicat particulâ ΓΑΡ.

TA-

Digitized by Google

TABULA XIX. SPECIALIS,

CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLAE

AD GALATAS.

CAP. III. 1.

HOc commate Apoſtolus abſurditatem contrariae doctrinae proponit (uti in Tabulâ Generali videre eſt II.A.ℵ.*b*.(β)2.AA.)

Proponit ſcilicet, illam

ℵℵ. Summatim.

aa. Severâ admodum compellatione. Ὦ ἀνόητοι Γαλάται.

bb. Ejusdem explanatione, quâ ratio continetur, ob quam eos ἀνόητους vocet. Ubi

(*aa*) Statum eorum deſcribit. Indicando,

§. Qualis eſſet, in ſe ſpectatus. Quod exprimit verbis τῇ ἀληθείᾳ μὴ πείθεσθαι.

l. Objectum criminis dicit τὴν ἀλήθειαν.

ll. Crimen, quod circa hoc objectum committebatur a *Galatis*, erat μὴ πείθεσθαι τῇ ἀληθείᾳ.

§§. Quid eis eveniſſe debeat, ut in hunc ſtatum pervenirent. ſcilicet βασκάνεσθαι.

(*bb*) Eum

Digitized by Google

אא. bb. (αα)

(ββ) Eum miratur, atque indicat meritò in illius cauſſam diligenter inquiri. Quod facit interrogatione, τίς ὑμᾶς ἐβάσκανε;

בב. Cum amplificatione. Ubi notetur,

aa. Quid eis antea contigerit. Quod

(αα) Generaliùs exprimit. Nimirùm, quod clariſſima eis facta ſit JESU CHRISTI notificatio. Notetur hic

§. Objectum notificationis. Ἰησοῦς Χριστὸς. Indicatum

I. Nomine ſuo proprio. Ἰησοῦς.

II. Nomine ad munera ejus ſpectante Χριστὸς.

§§. Notificatio ipſa *Galatis* facta, eaque clariſſima. οἷς κατ' ὀφθαλμοὺς προεγράφη.

(ββ) Speciatim illis clariſſimam CRUCIS *Chriſti* notificationem eſſe factam. ἐν ὑμῖν ἐσταυρωμένος.

bb. Quo pacto hoc adhibeatur in confirmationem, quod minime ſe debuerint pati βασκάνεσθαι, τῇ ἀληθείᾳ μὴ πείθεσθαι.

Digitized by Google

TABULA XX. SPECIALIS,

CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLAE

AD GALATAS.

CAP. III. 2--5.

IN hac pericopâ Apoſtolus propoſitionem ſuam proſequitur, confutatione copioſâ erroris *Galatarum*, vel demonſtratione abſurditatis hujus criminis, τῦ μὴ πείθεσθαι τῇ ἀληθείᾳ. Deſumpto argumento ex ipſâ *Galatarum* experientiâ, quâ ſciant ſe Spiritûs Sancti participes factos eſſe, non per obſervantiam Legis *Moſaicae*, ſed per praedicationem fidei. Cap. III. 2-5.

Signata eſt haec pericopa in Tabulâ Generali II.A.א.*b*.(β)2.AA.אא.*aa*.

In eâ

(αα) Ut indubium ponit hoc factum, de quo ipſorum *Galatarum* declarationem poſcit. Cap. III. 2.

§. Ad oſtendendam ſuam confidentiam de hoc facto, ejusque ad deciſionem ſuae cauſſae ſufficientiâ, ipſorum *Galatarum*, de dilemmate proponendo, declarationem poſcit hac formulâ: τῦτο μόνον θέλω μαθεῖν ἀφ' ὑμῶν. Ubi

I. Sarcaſticè proteſtatur ſe de eo, quid ex dilemmate proponendo eligendum ſit, ab ipſis *erudiri velle*. τοῦτο θέλω μαθεῖν ἀφ' ὑμῶν. Notetur

— Objectum. Τοῦτο. Id eſt, alterutrum dilemmatis, quod proponet.

= Quo

Digitized by Google

(*aa*) §. /. —
= Quo pacto verſetur circa hoc objectum. Quod ita exprimit, ut
†. Declaret, ſe de eo *erudiri* cupere. Θέλω μαθεῖν.
††. Ipſos *Galatas* magiſtros quaſi petat. ἀφ' ὑμῶν.
//. Simulque ſignificat, ſe vel ab hoc unico argumento ſuſpendere audere litis ſuae cum *Galatis* deciſionem. Quod videtur indicare per voculam μόνον.
§§. Ipſum dilemma proponit. Ubi notetur
/. Id, quod utrimque praeſupponitur. ἐλάβετε τὸ πνεῦμα. Notemus hic,
— Bonum, de quo loquitur, nomine πνεῦμα exprimi.
= Hujus boni *Galatas* participes eſſe factos. ἐλάβετε.
//. Inquiſitio in medium, per quod hujus boni ſint participes facti.
— Duplex medium in deliberationem mittit.
†. Alterum exprimitur verbis ἐξ ἔργων νόμου. Ubi perpendendum,
AAA. Quid intelligat per ἔργα νόμου. Adeoque diſpiciendum,
אאא. De quâ Lege Apoſtolo ſermo ſit, quando dicit νόμου.
בבב. Quid intelligat per ἔργα νόμου.
BBB. Quid ſignificet ἘΞ ἔργων νόμου λαβεῖν τὸ Πνεῦμα. Nimirum, in remunerationem, quod legem *Moſaicam* obſervaverint.
††. Alterum verò medium, exprimitur verbis, ἐξ ἀκοῆς πίστεως.
Ubi pariter perpendendum,
AAA. Quid ſit ἀκοὴ πίστεως. Conſiderandum igitur eſt

Digitized by Google

(αα) §§. //. — ††. AAA.

אאא. De fide. πίστεως.

בבב. Ejuſque praedicatione. ἀκοῆς.

BBB. Qualis relatio fidei ad acceptionem Spiritûs ſignificetur particulâ Ἐξ.

= Alterutrum eligendum eſſe indicat, particulâ ἢ inter haec duo interjectâ.

(ββ) Ex hoc facto ratiocinatur ad probandam abſurditatem inſtituti *Galatarum*, doctrinae Adverſariorum aures praebentium. Cap. III. 3. 4. Ubi

§. Ipſos *Galatas* judices conſtituit inſignis ſuae inconſiderantiae, rogans: οὕτως ἀνόητοί ἐστε; Notari hic poteſt

/. Interrogatio ſimpliciter ſpectata. ἀνόητοί ἐστε;

//. Ejusdemque exaggeratio. οὕτως.

§§. Eamdem demonſtrat. Cap. III. 3. parte poſteriori & 4.

/. Ex re ipſâ. Cap. III. 3. parte poſteriori. Ubi eis ob oculos ponit

— Inſtitutum eorum prius, rectum, & a DEO probatum. ἐναρξάμενοι Πνεύματι. Ubi perpendendum,

†. Quid ſit Πνεῦμα.

††. Quid ſit ἐνάρξασθαι Πνεύματι.

= Inſtitutum poſterius & praeſens, priori contrarium. Quod

†. Exprimit. νῦν σαρκὶ ἐπιτελεῖσθε.

AAA. Praeſens tempus, oppoſitè ad praecedens, indicat particulâ νῦν.

BBB. Rem

(a) Nimirum haec: Quod *praedicationem fidei*, ἀκοὴν πίστεως, amplexi, cum CHRISTO conjuncti, meritorum ipſius participes facti, Spiritum Sanctum, ut mercedem ex gratiâ, adepti ſint; cum Pater eum mittat in nomine Filii.

Digitized by Google

(ββ) §§. /. = †. AAA.

BBB. Rem ipsam exprimit. ἐπιτελεῖσθε σαρκὶ. Ubi pariter considerandum,

אאא. Quid Apostolus intelligat nomine σαρκὶ.

בבב. Quo pacto *Galatis* exprobret ἐπιτελεῖσθε σαρκὶ.

††. Absurditatis, ipsâ eorum conscientiâ judice, arguit per interrogandi formulam. νῦν σαρκὶ ἐπιτελεῖσθε;

//. Ex circumstantiâ, perversitatem istiusmodi instituti maximè aggravante. Cap. III. 4. Quam

— Indicat, atque rursùs conscientiae ipsorum dijudicandam committit.

†. Exprimit eam, commemorando perpessiones eorum, quas antea pro caussâ Evangelii (vel praedicationis fidei) sustinuerant; quas testatur vanas, hoc modo, & omni fructu destitutas, reddi.

AAA. Indicat ipsos insignes afflictiones pertulisse. τοσαῦτα ἐπάθετε.

BBB. De vanitate hujus patientiae, si in praesenti instituto perseverarent, testatur voce εἰκῇ.

††. Conscientiae eorum judicandam committit hanc perversitatem, per interrogativum loquendi modum. τοσαῦτα ἐπάθετε εἰκῇ;

= Ulteriùs exaggerat, indicando, quod eorum praecedens constantia hoc pacto non tantùm fructu suo caritura sit, verùm etiam malum eis caussatura. Quod exprimit verbis εἴγε καὶ εἰκῇ.

Digitized by Google

TABULA XXI. SPECIALIS,

CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLAE AD GALATAS.

CAP. III. 5--15.

IN hac pericopâ demonſtrat Apoſtolus Scripturam Sacram Veteris Teſtamenti longè aliter, atque hos Errones, docere de juſtificationis cauſſâ, ejusdemque ſub OEconomiâ Novi Teſtamenti modò. Cap. III. 5--15.

Signata eſt haec pericopa in Tabulâ Generali II.A.N.*b*.(β)2.BB.NN.*bb*.(αα)

Hic obſervare licet

§. Tranſitionem, quâ *Paulus* ſuperius argumentum cum ſequenti ratiocinatione connectit. Cap. III 5.6.7.

Ubi notemus

a. Ratiocinationem Apoſtoli per dilemma, conſequens ferè praecedentis, inſtitutam. Cap. III. 5. 6. Hic attendere oportet

—. Ad hypotheſin ex modò dictis petitam, & aliquantùm amplificatam. Adeoque perpendere oportet

†. Connexionis, vel conſecutionis particulam &c.

††. Ipſius hypotheſios, paululùm amplificatae, pro-

Digitized by Google

§. I. — ††.

propoſitionem; quâ ut notum praeſupponit DEUM *Galatis* impertiviſſe Spiritum, & inter eos operari virtutes. Hic perpende

AAA. Effectum, duplici expreſſum phraſi.

אאא. Generaliori. ἐπιχορηγίας τῦ Πνεύματος.

בבב. Specialiori, priori conjunctâ. Ubi nota

aaa. Phraſin ἐνεργείας δυνάμεων.

bbb. Ejusdem cum priori conjunctionem. per particulam καὶ.

BBB. Ejusdem effecti Auctorem, vel cauſſam. Ubi notetur, quod DEUS conſideretur, ut

אאא. ΈΠΙΧΟΡΗΓΩ͂Ν τὸ πνεῦμα.

בבב. ΈΝΕΡΓΩ͂Ν δυνάμεις.

= Dilemma propoſitum, iterùmque conſcientiae *Galatarum* dijudicandum relictum; quo deliberatio inſtituitur de medio, vel cauſſâ proximâ, vel meritoriâ, vel certè inſtrumentali, effecti a DEO *Galatis* praeſtiti. Hic videmus

†. Eadem duo media, quae modò memorata erant, in deliberationem miſſa. Quorum

AAA. Alterum ſimpliciter repetitur, cum jam ſuprà indicaverit, experientiam docere, illud rejiciendum, vel negandum eſſe. Quod iterùm exprimit verbis: ΈΞ ΈΡΓΩΝ ΝΟ΄ΜΟΥ;

BBB. Alterum repetitur non tantùm, ſed ſimul indicatur, illud affirmandum, eligendumve eſſe, quod conveniat cum antiquo DEI agendi modo. Ubi

ℵℵℵ. Re-

Digitized by Google

§. I. †. BBB.

אאא. Repetitur illud participationis Spiritûs medium, antè quoque memoratum, & modò dicto oppositum. ἢ ἐξ ἀκοῆς πίστεως;

בבב. Comparatione antiqui agendi modi, quo DEUS olim cum *Abrahamo* egit, innuitur, hoc posterius, quod in deliberationem missum erat, medium participationis Spiritûs, idque solum, pro vero agnoscendum esse. Cap. III. 6. Hic attendere oportet ad

aaa. Dictum *Mosis*. *Genes*. XV. 6. quod (nullâ licet citatione praemissâ) profert Apostolus. In quo

(*aaa*) Sermo fit de celebratissimo Patriarchâ *Abrahamo*. Ἀβραάμ.

(*βββ*) De eo testatur *Moses*,

* Quo pacto se erga DEUM gesserit. ἐπίστευσε τῷ Θεῷ.

** Quid hoc pacto consecutus sit. Ubi videas

AAAA. Rem ipsam. In quâ enodandâ perpendi oportet

אאאא. Phrasis λογισθῆναι εἰς δικαιοσύνην. Ubi videndum est,

aaaa. Quid sit δικαιοσύνη.

bbbb. Quid sit λογισθῆναι εἰς δικαιοσύνην.

בבבב. Quo sensu illa praedicetur de fide, vel περὶ τῆς πίστεως.

BBBB. Nexum

Digitized by Google

§. /. ⩵ †. BBB. בבב *aaa*. (βββ)** A A A A.

BBBB. Nexum, indicatum particulâ καὶ. Quae omne aliud requisitum excludit.

bbb. Comparationem, quam instituit per particulam καθὼς. Quâ indicat, eodem modo se habere ἐπιχορηγίαν τῦ Πνεύματος, quo concessionem justitiae, *Abrahamo* factam, se habuisse, ex *Mose* constat.

Uti haec non alio modo facta est, nisi impetratione fidei ad justitiam, ita illa quoque ἐπιχορηγία τῦ Πνεύματος non aliud medium agnoscit, nisi ἀκοὴν πίστεως. (*a*)

††. Et judicium ipsi conscientiae commissum, per interrogativam loquendi formulam, subauditis verbis: ἐπιχορήγησε & ἐνήργησε;

(*a*) *Abraham* credidit DEO, se offerenti in *clypeum*, averruncantem omnia tela irae Divinae, & *Satanae* accusantis & perdere conantis, & in *mercedem valdè magnam*. Sic *Abraham* credidit DEO, tamquam illi, qui se offerebat in justificatorem, sanctificatorem, & glorificatorem. Eum, ceu talem, amplexus est, seque ei tradidit: Atque hoc pacto consecutus est, ut eodem loco haberetur, ac si ipsemet jus haberet ex se consistendi coram tribunali DEI, petendi immunitatem a poenâ peccati, & immissionem in vitam aeternam; non propter illum actum fidei, ut actum; sed propter illum, quem amplexus est. Nihil DEUS ab eo, antequam eum justificaret, requisivit, & postulavit ad id, ut *Abraham* haberet hoc jus.

Sic quoque DEUS vobis largitus est Spiritum, arrhabonem hujus juris, & in documentum ejus operatus est virtutes; cum nihil aliud a vobis exegisset, nisi illam fidem.

§.I.

II. Consectarium, quod hinc elicit, & *Galatis* perpendendum commendat. Cap. III. 7. Ubi nota

— Thesin ipsam. In quâ considerare debemus

†. Subjectum. Quod describit phrasi οἱ ἐκ πίστεως.

††. Praedicatum. Quo

AAA. De his affirmatur, quod sint Filii *Abrahami*. υἱοὶ εἰσιν Ἀβραὰμ.

BBB. Et quidem de his solis. Quod indicat pronomen οὗτοι.

= Postulatum Apostoli, quo vult, ut *Gàlatae* hoc agnoscant, tamquam consectarium ex dicto *Mosis* fluens.

†. Agnitionem postulat verbo γινώσκετε.

††. Consecutionem hujus thesis indicat particulâ ἄρα.

§§. Argumentum suum prosequitur, indicando, quo pacto Scriptura narret DEUM cum *Abrahamo* egisse, & quidem eâ fini, ut praemonstraret, quo pacto sub Novi Testamenti OEconomiâ cum *Gentibus*, quin & quibusvis credentibus, agere constituerit. Cap. III. 8--15. Ubi hoc ostendit

I. Ratione credentium ex *Gentibus*. Cap. III. 8. & 9. Ubi perpendenda est

— Ratiocinatio Apostoli ipsa. Cap. III. 8. Ubi

†. Transitum facit per particulam δὲ.

††. Fundamentum suae ratiocinationis in ipsâ *Mosis* historiâ reperiundum esse ostendit. Nimirùm

AAA. Significat Scripturam Veteris Testamenti

Digitized by Google

ti praeſignificaſſe modum juſtificationis credentium ex *Gentibus* talem, qualem ipſe docuerat. Cap. III. 8. parte priori.

ℵℵℵ. Modum juſtificationis *Gentium*, quem ipſe docuerat; exprimit, dicens ὅτι τὰ ἔθνη ἐκ πίστεως δικαιοῖ ὁ Θεός. Perpendatur hic

aaa. Subjectum. ὁ Θεὸς. Judex ſupremus.

bbb. Praedicatum. In cujus conſideratione occurrit

(*aaa*) Objectum, circa quod DEUM verſantem hic ob oculos ponit. τὰ ἔθνη.

(*bbb*) Quid huic objecto faciat. Ubi perpendere oportet

* Beneficium. δικαιοῖ.

** Modum, vel inſtrumentum, quo hoc beneficium DEUS *Gentibus* conferat. ἐκ πίστεως.

בבב. Teſtatur Scripturam Veteris Teſtamenti eum praeſignificaſſe. προϊδοῦσα ἡ γραφὴ ὅτι. Ubi

aaa. Subjectum eſt ἡ γραφὴ.

bbb. Praedicatum. προϊδοῦσα ὅτι (a)

(a) Id eſt, DEUM hoc antea ex ſuo decreto ſciviſſe, & ſignificare voluiſſe, idque non ſermone ſolo, verùm etiam ſcripto, quo pacto juſtificaturus eſſet, atque nunc juſtificet *Gentes*.

§§.I.–tt. AAA.

BBB. Declarat, quo pacto hunc juſtificationis *Gentium* modum praeſignificaverit. Notemus hic

ΝΝΝ. Narrationem laetae annunciationis, de omnibus ſine diſcrimine *Gentibus*, *Abrahamo* factae, a *Moſe* deſcriptae.

In quâ narratione videmus

aaa. Generaliorem declarationem, anticipationem laeti hujus nuncii *Abrahamo* factam eſſe, quamque DEUS ſcripto a *Moſe* conſignari voluerit. προευηγγελίσατο τῷ Ἀβραὰμ. Quibus verbis exprimitur,

(*aaa*) Cui haec praeſignificatio facta fuerit. τῷ Ἀβραὰμ.

(*βββ*) Qualis fuerit ſermo. προευηγγελίσατο.

bbb. Specialiorem expreſſionem verborum hujus declarationis.

(*aaa*) Indicatam, particulâ ὅτι.

(*βββ*) Expreſſam, verbis DEI ad *Abrahamum* factis. In quibus

* Subjectum. πάντα τὰ ἔθνη.

AAAA. Deſcriptum ratione originis. τὰ ἔθνη.

BBBB. Cum amplificatione. πάντα.

** Praedicatum. Enuncians

AAAA. Hujus ſubjecti felicitatem. ἐυλογηθήσονται.

BBBB. Modum, quo ejus particeps fieret. בבב. Ejus-

Digitized by Google

§§./.— ††.BBB.אאא.

בבב. Ejusdem relationem ad negotium praesens: Quâ indicatur hanc partem historiae *Mosis* eâ fini conscriptam, ut Ecclesia erud retur de modo justificationis *Gentium*. Quod participiali istâ connexione significatur. προϊδοῦσα --- προευηγγελίσατο &c.

= Conclusio ex hac ratiocinatione elicita. Cap.III.9. Ubi attendere oportet ad

†. Thesin, quam Apostolus ex dictis elicit. In quâ

AAA. Subjectum unico, sed sufficienti, charactere describitur. dicente Apostolo: οἱ ἐκ πίστεως.

BBB. Praedicatum huic subjecto tribuit

אאא. Beneficium insigne. εὐλογῆται.

בבב. Communionem hac in parte cum *Abrahamo* credente. Ubi iterùm nota *aaa*. *Abrahami* commemorationem & descriptionem.

(*aaa*) Commemoratur nomine suo Ἀβραὰμ.

(*BBB*) Insignitur notabili & a *Mose* indicato charactere; nimirùm fide. Loquitur enim Apostolus de ΤΩ͂ι ΠΙΣΤΩ͂ι Ἀβραὰμ.

bbb. Consociationem credentium cum eo in participatione benedictionis. expressam per praepositionem σὺν.

Digitized by Google

§§. = †.

††. Hujus theſis σχέσιν ad proximè praecedentem ratiocinationem; quae exprimitur per particulam ὅτι. Quâ ſignificatur eam eſſe confectarium ex praecedentibus.

//. Ratione quorumvis. Quod ipſum facit ad illorum, quae modò de credentibus ex *Gentibus* dixerat, ulteriorem confirmationem. Cap. III. 10-15. Attendamus hic

— Ad illa, quae Apoſtolus *Galatis* ob oculos ponit. Ubi differit

†. De ſtatu illorum, qui ex operibus Legis ſunt. Cap. III. 10-13.

ΑΑΑ. Deſcribens qualitatem hujus ſtatûs. Cap. III. 10. Ubi nota

ααα. Propoſitionem Apoſtoli. Et in eâ

aaa. Subjectum.

(*aaa*) Deſcriptum ab inſtituto ſuo. ἐξ ἔργων νόμου ἐισιν.

Ubi perpendendum eſt,

* Quid ſint ἔργα νόμου. Adeoque

ΑΑΑΑ. Quid Apoſtolo ſit νόμος.

BBBB. Quid ei ſint ἔργα νόμου.

** Quid ſit ἐξ [ἐαυτῶν] εἶναι. (*a*)

(ΒΒΒ) In

(*a*) *Lex* videtur eſſe *Lex Moſaica*, in quantum intravit praeter verbum promiſſionis antea auditum.

Opera Legis ſunt facta huic Legi reſpondentia.

Ex operibus Legis eſſe ſignificat ſibi tribuere eſſe filios *Abrahami*, eo nomine & fundamento, quod quis iſtiusmodi facta huic Legi conformia praeſtet. Ex operibus Legis eſſe dici poteſt de duplici claſſe, ſed diverſo ſenſu.

De unâ claſſe eo ſenſu, ut ſignificet, quod propriam juſtitiam conſtituere velint, atque per eam benedictionis *Abrahami* participes fieri.

De

§§. //.=†. AAA.אאא.aaa.(ααα)

(βββ) In ſuâ latitudine ſpectatum. ὅσοι.

bbb. Praedicatum, quod de eo affirmat. ὑπὸ κατάραν εἰσί. Perpendendum hic,

(ααα) Quid ſit Apoſtolo καλάρα.

(βββ) Quid ſit εἶναι ὑπὸ κατάραν. Quod Apoſtolus de illis, qui ſunt ex operibus Legis, & quidem illis omnibus affirmat.

בבב. Confirmationem hujus propoſitionis. Ubi videas

aaa. Citationem loci ex Veteri Teſtamento. (nimirùm *Deuter.* XXVII. 26.) Γέγραπται γὰρ.

De alterâ eo ſenſu, ut ſignificet, quod, quamvis nullam propriam juſtitiam ex operibus Legis conſtituere velint, tamen illorum operum, ex praecepto DEI, neceſſitatem ſtatuant, ad id, ut quis ſit Filius *Abrahami* & benedictionis ejus particeps fiat.

De utriſque loquitur, quando dicit ὅσοι. De utriſque teſtatur, quod ſint ὑπὸ κατάραν. Sed pariter tenuioti vel pleniori ſenſu. De his quidem tenuiori, de illis verò pleniori ſenſu.

De illis ſignificat, quod cum propriâ juſtitiâ coram DEO conſiſtere velint, etiam per ſe DEI juſtitiae ſatisfacere debeant; quod cum non poſſint, aeternas poenas luere.

De his verò tenuiori ſenſu: Scilicet quod ſic obligati conferi debeant ad ſatisfaciendum juſtitiae Divinae; non equidem in propriâ perſonâ, cum Sponſorem habeant, id certo certiùs praeſtiturum; ſed tamen in Sponſore, qui hoc nondùm praeſtiterat; atque hujus obligationis Chirographum ſignare; quodque proinde ſint ſub OEconomiâ, reatum, nondùm expunctum actuali ſatisfactione, ſive maledictionem, nondùm a Sponſore perlatam, palam demonſtrante.

Digitized by Google

§§.//.— †.AAA.בבב.*aaa*.

γὰρ. in confirmationem adducti. (*a*)

bbb. Verba ipsa. Quorum perpendere oportet

(*aaa*) Sensum. Ad quem eruendum considerandum erit

* Subjectum.

AAA. Descriptum a neglecto officio.

אאא. Officium ita considerandum exhibet, ut indicet

aaa. Objectum. Quod

(*aaa*) Charactere certo definit. Γεγραμμένοις (inquit) ἐν τῷ βιβλίῳ τȣ̃ νόμȣ.

†. Sup-

(*a*) Sensus dicti *Deuter*. XXVII. 26. hic est: Omnem qualemcunque Legis transgressionem efficere reatum; id est, obligationem ad poenam, peccato debitam, ferendam; sive in propriâ, sive in Sponsoris venturi personâ. Illud verum est de iis, qui propriam justitiam constituere satagunt; hoc de credentibus sub Veteri Testamento, hoc, quasi publico chirographo, fateri coactis.

Hoc de credentibus sub Novo Testamento dici non potest; quia in CHRISTO jam satisfecerunt; *in eo mortui, in eo crucifixi &c.*

Hoc quidem credentes sub Lege cum credentibus sub Novo Testamento habent commune, quod se maledictione dignos (si in se spectentur) agnoscere debeant. Sed in eo est differentia, quod credentes sub Novo Testamento non sint obligati ad satisfactionem adhuc per Sponsorem praestandam, hujusque obligationis Chirographum signandum; quandoquidem illud praestiterunt in CHRISTO (quo pro omnibus mortuo omnes mortui sunt. 2 *Cor*. V. 15.) Quod ipsum tollit obligationem Chirographum signandi.

Digitized by Google

§§.11.— †.AAA.בבב.bbb.(ααα)
*AAAA.אאאא.aaaa.(αααα)

†. Supponit extare τὸ βιβλίον τῦ νόμυ. Ubi
Λ. Mentionem facit τῦ νόμυ.
ΛΛ. Conſiderat τὸν νόμον ut βιβλίφ comprehenſum.
††. Conſiderat illa, quae in eo ſunt comprehenſa, γεγραμμένα ἐν αὐτῷ, tamquam objectum.
(βββ) In ſuâ latitudine ſpectandum exhibet. πᾶσι τοῖς γεγραμμένοις.
bbb. Quid circa illud objectum obſervandum ſit. Quod
(ααα) Indicat generaliori, ſed conſtantiam includente, verbo, ἐμμένειν.
(βββ) Illuſtrat, additis verbis τῦ ποιῆσαι αὐτά.
בבב. Neglectionem hujus officii ponit tamquam characterem ſubjecti, de quo loquitur. ὃς οὐκ ἐμμένει.
BBB. Spectandum quoad univerſitatem exhibet voculâ πᾶς ὅς.
** Praedicatum. ἐπικατάρατος.

§§.II.–†.AAA.בבב.bbb.(aaa)

(ββ) Vim probandi id, quod dixerat Apoſtolus. Quo pertinet particula γὰρ.

BBB. Eumque opponens illis, quae de juſtificatione credentium praedixit Scriptura Prophetica. Cap. III. 11. 12.

אאא. Oppoſitionem innuit particula δὲ.

בבב. Rem ipſam ita pertractat, ut

aaa. Liquidò aſſerat Scripturae Prophéticae, de hoc tempore loquentis, doctrinam, de *juſtificatione* coram DEO, eſſe, quod eam nemo in *Lege* conſequatur. Attendamus hic

(ααα) Ad ipſam theſin. Ad quam intelligendam, perpendere oportet

* Inſigne illud beneficium, quod vocat δικαιοῦσθαι παρὰ τῷ Θεῷ.

AAAA. DEUM Patrem ut judicem conſiderat, dicens παρὰ τῷ Θεῷ.

BBBB. Beneficium, ab Eo optandum, eſt δικαιοῦσθαι παρ' αὐτῷ.

** Quod ſine ullâ exceptione neget, illud a quopiam in Lege inveniri poſſe. ἐν νόμῳ δικαιοῦται.

Hic conſiderari meretur,

AAAA. Quid

Digitized by

§§.//.†.BBB.בבב.aaa (aaa)**

ΛΑΑΑ. Quid significet phrasiologia, ἐν νόμῳ δικαιοῦσθαι. Quo facit, ut consideremus,

אאאא. Quis sit νόμος, de quo loquitur Apostolus.

בבבב. Quid significet in hac constructione praepositio, 'EN. Ex quo pendet significatio phrasis ἐν νόμῳ δικαιοῦσθαι. (a)

BBBB. Quod id, non tantùm generatim & indefinitè, sed cum exclusione omnis exceptionis, neget fieri posse. οὐδεὶς δικαιοῦται παρὰ τῷ Θεῷ.

(βββ) Ad asseverationem hujus thesis, ut ex Scripturâ Propheticâ, indubiae. δῆλον.

bbb. Idque verbis Prophetae *Habakuki* adhibitis demonstret. Hanc demonstrationem ita perficit, ut

(a) Δικαιοῦσθαι est declarari immunem a poenâ intentatâ, & jus habentem ad vitam.

Hoc potest fieri duplici ratione: Vel ita, ut quis declaretur immunis a poenâ (quam meruerat, eique a Lege intentata erat); ita ut nulla supersit obligatio ad satisfaciendum justitiae Divinae. Vel ita, ut quis declaretur immunis ab obligatione ferendi, in propriâ personâ, poenas, quas meruerat; manente adhuc obligatione satisfaciendi justitiae Divinae per Sponsorem, certò tamen venturum, & istam satisfactionem praestiturum.

'Εν νόμῳ δικαιοῦσθαι est, observando praecepta Legis *Mosaicae* justificari. Latiorem significatum habet haec phrasis, quam illâ ἐν νόμῳ δικαιοῦσθαι. 'Εν νόμῳ significat *Merito* operum, legi convenienter praestitorum. 'Εν νόμῳ generatim, sub Oeconomia Legis *Mosaicae*.

Digitized by Google

§§.//.— †.BBB.בבב.*bbb.*

(*aaa*) Ipſa verba Prophetiae in confirmationem ſui aſſerti exprimat. ὅτι ὁ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται.

* Verba Prophetae *Habakuki* ſunt (*Habak.* II. 4.) ὁ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται. In quibus verbis

AAAA. Subjectum enunciati eſt ὁ δίκαιος ἐκ πίστεως. Ubi videre eſt,

אאאא. Quid ſit δίκαιος.

בבבב. Quid δίκαιος ἐκ πίστεως.

BBBB. Praedicatum eſt ζήσεται.

** Haec verba adducit Apoſtolus in confirmationem ſui aſſerti (ſcilicet *neminem in Lege juſtificari*). Quod ſignificat particula ὅτι. (*a*)

(*a*) Id est, cum in exoptatissimum statum sitis perducti, tamen statum vestrum iterùm mutare vultis. Optima fuit statûs vestri mutatio, nunc verò iterùm eum mutare vultis; quae mutatio non potest non in deteriorem esse.

Digitized by Google

†.BBB.בבב.bbb.(ααα)*

** Inclinationem animi *Galatarum* ad hoc objectum, indicatam per praepositionem ἐπὶ.

(βββ) Explicatur, qualis eorum inclinatio ad hoc objectum sit. οἷς πάλιν ἄνωθεν δουλεύειν θέλετε.

Quae verba indicant

* Affectum animi *Galatarum* erga hoc objectum. Nimirùm volebant his elementis servire. οἷς δουλεύειν θέλετε.

** Absurditas hujus affectûs, simulque vanitas praetextûs, significatur verbis πάλιν ἄνωθεν.

AAAA. Praetextus esse poterat, quod credentes antea servierint illis elementis; sed vitium in eo erat, quod, Ecclesiâ nunc ab illâ servitute liberatâ, eam *iterùm* subire velint.

BBBB. Absurditas in eo manifesta est, quòd hoc facere velint ἄνωθεν. Quasi veterem denuò velint introducere OEconomiam, cum tamen ad OEconomiam plenitudinis temporum jam perveniissent.

††. Hujus exprobrationis demonstrationem. Cap. IV. 10. 11.

Digitized by Google

††.

Quae peragitur

AAA. Indicatione ſpeciminum quorundam, quibus oſtendebant, quod velint egenis illis elementis denuò ſervire. Cap. IV. 10.

Notetur hic

אאא. Objectum quadruplex.

aaa. Memorantur minores quaedam temporis partes.

(ααα) *Dies.* ἡμέρας dicit.

(βββ) *Menſes.* καὶ μῆνας.

bbb. Adduntur majores.

(ααα) Καὶ καιρὺς, inquit Apoſtolus.

(βββ) Καὶ ἐνιαυτὺς.

בבב. Quo pacto ſe circa hoc objectum gerant, exprimit verbo παρατηρεῖσθε.

BBB. Admonitione, affectûs plenâ, de periculo, in quo verſentur. Cap. IV. 11.

אאא. Generatim expreſſo. Φοβοῦμαι ὑμᾶς.

בבב. Illuſtrato. μή πως εἰκῇ κεκοπίακα εἰς ὑμᾶς.

aaa. Praeſupponit ſe laborem ſuum eis impendiſſe. κεκοπίακα εἰς ὑμᾶς.

bbb. Metum teſtatur. μή πως εἰκῇ.

TA-

Digitized by Google

TABULA XXVI. SPECIALIS,

CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLAE

AD GALATAS.

CAP. IV. 12--19.

COntinet haec pericopa adhortationem, reprehenſionibus proximè praecedentibus oppoſitam, emphaticè animis *Galatarum* inſinuatam, & novis rationibus confirmatam. Cap. IV. 12-19.

Signata eſt haec pericopa in Tabulâ Generali II. A. א. b. (β) 2. BB. אא. bb. (ββ) §. //. ⩵

In hac igitur pericopâ occurrit

†. Adhortationis aequiſſimae propoſitio, blandè & emphaticè animis *Galatarum* inſinuata. Cap. IV. 12.

AAA. Ipſam propoſitionem adhortationis, ut aequiſſimae, continent verba: Γίνεσθε ὡς ἐγὼ, ὅτι κἀγὼ ὡς ὑμεῖς.

אאא. Adhortatio exigit, ut *Galatae* ita ſe gerant, uti *Paulus*. Γίνεσθε ὡς ἐγὼ.

בבב. AEquitas poſtulati additur verbis: ὅτι κἀγὼ ὡς ὑμεῖς.

Ubi videndum,

Digitized by Google

†. AAA. בבב.

aaa. Quid dicat Apoſtolus. *καὶγὼ ὡς ὑμεῖς.* (*a*)

bbb. Quo pacto hinc aequitas poſtulati ſit elicienda. Quo pertinet particula *ὅτι.*

BBB. Blandam & emphaticam ejuſdem inſinuationem. Quae ſit

אאא. Obteſtatione (ſive oratione) caritatis plenâ. Quâ

aaa. Eos ut *Fratres* ſalutat. *Ἀδελφοὶ.*

bbb. Precatur. *δέομαι ὑμῶν.*

בבב. Indicatione, quod non proprii ſui commodi cauſſâ eos ita reprehenderit. *οὐδέν με ἠδικήσατε.* (*b*)

††. Ejuſdem novis rationibus confirmatio. Cap. IV. 13-19.

Deſumptae autem ſunt iſtae rationes

AAA. A fidelitate Apoſtoli in praedicatione Evangelii, *Galatis* primùm Evangelium ſalutis partae annunciantis, *Galatis* agnitâ. Cap. IV. 13.

Per-

(*a*) *Καὶγὼ ὡς ὑμεῖς.* Id eſt, Ego non aliam adeptus ſum liberationem, non aliam *υἱοθεσίαν*, quam illam, quae per CHRISTUM impetrata eſt; quam etiam vos adeptos eſſe confido; cujus participes vos factos eſſe gloriamini; quod etiam de vobis verum eſt, quotquot creditis.

Cum igitur hac in parte paria faciamus, oportet, ut vos, planè uti Ego facio, convenienter huic privilegio vos geratis; ne id abnegetis.

(*b*) Horum verborum ſenſus eſſe videtur; Quod adeò doleam, quod vos videam proclives ad denuò jugum *Moſaicum* ſuſcipiendum, non inde oritur, quod Ego hac ratione aliquid proprii commodi perdam; contrà, hoc Adverſariorum meorum invidiam, & odium adverſus me minueret. Alia igitur ratio eſt, quae me ita ſtimulat; veſtra ipſorum ſalus, & propagatio regni CHRISTI inter *Gentes.*

Accipite igitur has reprehenſiones, & adhortationes, ut ex fraterno adfectu profectas.

Digitized by Google

††. AAA.

Perpendi hic meretur

אאא. Particula δὲ, tranſitionem faciens. (a)

בבב. Ipſum hujus commatis argumentum. In quo videre eſt

aaa. Quid de ſe ipſo teſtetur Apoſtolus. ὅτι δι' ἀσθένειαν τῆς σαρκὸς εὐηγγελισάμην ὑμῖν τὸ πρότερον.

(ααα) Quid fecerit, exprimit dicens: εὐηγγελισάμην ὑμὶν τὸ πρότερον. Nota hic

* Ipſum factum Apoſtoli *Galatis* praeſtitum. εὐηγγελισάμην ὑμῖν.

ΑΑΑΑ. Objectum, circa quod ſe verſatum eſſe dicit. ὑμῖν.

BBBB. Quo pacto circa hoc objectum verſatus fuerit. εὐηγγελισάμην.

** Circumſtantiam temporis hujus facti. τὸ πρότερον.

(βββ) Cauſſam impulſivam hujus facti. δι' ἀσθένειαν τῆς σαρκὸς.

Ubi perpendere oportet

* Quid Apoſtolus intelligat per ἀσθενείαν τῆς σαρκὸς. Adeoque

ΑΑΑΑ. Quid Apoſtolus hoc loco ſignificet, voce σαρκὸς.

BBBB. Quid, per ejusdem ἀσθένειαν?

(a) Quaſi diceret: Quod hic commodum meum non reſpiciam, vobis latere non poteſt; ſed, contrà, noviſtis, ex quo principio haec annunciatio, per me facta, profecta ſit.

Digitized by Google

††.AAA.בבב.*aaa* (βεβ)

** Quâ ratione hanc ἀσθένειαν τῆς σαρκὸς consideret ut cauſſam impulſivam annunciationis Evangelii *Galatis* factae; quae ipſa apud animos eorum efficere debebat, uti quoque effecerat, ſummam Evangelii iſtius aeſtimationem. Huc pertinet praepoſitio διὰ. (*a*)

bbb. Quid de *Galatis* teſtetur. Nimirùm quod hoc ipſos non lateat. οἴδατε.

BBB. A firmiſſimâ *Galatarum*, de ipſâ hac Apoſtoli, in annunciatione Evangelii ſalutis, fidelitate, perſuaſione; non obſtantibus calamitatibus, quae Apoſtolo eveniebant, demonſtratâ, & multis modis comprobatâ, a quâ recedere nequaquam deceret *Galatas*. Cap. IV. 14-19. Ubi ℵℵℵ. Summatim fit, & cum praecedentibus connectitur hujus ratiocinationis propoſitio. Cap. IV. 14. Attendere hic oportet ad *aaa*. Connexionem factam per copulativam particulam καὶ.

bbb. Rem

(*a*) Nota διὰ hic regere Accuſativum. Quam ob cauſſam vix mihi perſuadeo, verba vertenda eſſe: *in infirmitate*, ſed *propter infirmitatem*.

Attendendum quoque eſt, quod non dicat Apoſtolus τῆς σαρκός μου, uti verſu ſequenti dicit ἐν τῇ σαρκί μου. Quare putem voce τῆς σαρκὸς aliud quid intelligi; videlicet corruptum generis humani ſtatum, & omnia, quae a corrupto (quales omnes ſunt) homine praeſtari poſſunt: Quod ipſum etiam externam Legis *Moſaicae* obſervantiam comprehendit.

Illuſtrandus igitur videtur hic locus collatione dicti *Rom*. VIII. 3. 4. & *Jeſ*. XL. 7. 8.

Digitized by Googl

††.BBB.ℵℵℵ.aaa.

bbb. Rem ipſam.

In quâ notemus

(aaa) Occaſionem *Galatis* praebitam, ſiniſtrè de Apoſtolo judicandi. Quam indicat verbis: τὸν πειρασμόν μου, τὸν ἐν τῇ σαρκί μου. (a)

* Subjectum, cui calamitates eve-nerint, indicat verbis: ἐν τῇ σαρκί μου.

** Calamitates ipſas, & quo pacto conſiderandae ſint, exprimit verbis: τὸν πειρασμόν μου, τὸν ἐν τῇ σαρκί μου.

(βββ) Conſtantiam, quam illi nihilominùs teſtatam fecerunt, perſuaſionis de Apoſtoli in annunciatione Evangelii fidelitate. Quam declarat Apoſtolus

* Negativè. Ubi negat, quod *Galatae* hanc Apoſtoli tentationem

AAAA. Levem, vel nullius ponderis, vel momenti habuerint. οὐκ ἐξουθενήσατε.

BBBB. Eam conſideraverint, ut ali-

(a) Ἐν σαρκί μου. id eſt, *in corpore meo*. Non ſine emphaſi: ut ſubinnueret nonniſi corpus ſuum afflictiones paſſum eſſe, animum verò ſuum hoc pacto minimè tentatum fuiſſe, ut dubius evaſerit, an DEO placeret praedicatio ſua.

Πειρασμὸς, calamitates, quas perpeti debuit a *Judaeis* & *Judaïzantibus*; quas minimè reputabat ſignum fuiſſe DEUM iſtud Evangelium non probare; ſed a DEO immiſſas eſſe, ut conſtantiam Apoſtoli exploraret.

Digitized by Google

††.BBB.אאאא.*bbb*.(ββββ)*BBBB.

aliquid, quod Apoſtolum abominatione dignum faceret. οὐδὲ ἐξεπτύσατε. (*a*)

** Poſitivè. Ubi

AAAA. Particulâ adverſativâ opponitur id, quod fecerant *Galatae*, ei, quod ipſos feciſſe negatur. ἀλλὰ.

BBBB. Affirmatur autem

אאאא. In genere, quod *Galatae Paulum* acceperint. ἐδέξασθέ με.

בבבב. Cum exaggeratione duplici. Comparando hanc receptionem

aaaa. Cum receptione *Angeli DEI*. ὡς Ἄγγελον Θεοῦ.

bbbb. Cum receptione *JESU CHRISTI*. ὡς Χριστὸν Ἰησοῦν. (*b*)

בבב. Eleganter elaboratur, & concluditur. Cap. IV. 15-19.

aaa. Ela-

(*a*) Οὐδὲ hic ſumi poteſt vel alternativè, vel gradationem innuens: Si prius, idem erit, ac ſi dixiſſet: Neque leves cenſuiſtis moleſtias, quas ſuſtinere debui, neque tamen eas cenſuiſtis aliquid continere, propter quod me contemnere, vel abominari deberetis. Si poſterius, verti poterit illud *οὐδὲ multò minùs*.

(*b*) Elegans hic obſervetur gradatio.

Digitized by Google

††.BBB.בבב.

aaa. Elaborationem emphaticam & elegantem reperimus. Cap. IV. 15-18. Ubi (*aaa*) In memoriam illis revocat priſtinum erga *Paulum* affectum, quem deponendi nullas cauſſas haberent. Cap. IV. 15. & 16. Ubi

* Eos excitat, ut recordentur, quam felices ſe ipſos exiſtimaverint, per praedicationem Evangelii, ab Apoſtolo factam. Cap. IV. 15. Id quod facit

AAAA. Interrogando. Cap. IV. 15. parte priori. *τίς ἦν ἡ μακαρισμὸς ὑμῶν*; Quae interrogatio

אאאא. Supponit, quod, eo, quo *Paulum* audiebant, tempore, ſe ipſos felices exiſtimaverint. Quod exprimitur verbis: *ἡ μακαρισμὸς ὑμῶν*.

בבבב. Docet, quod ipſa eorum conſcientia atteſtari debeat, quod hujus felicitatis fundamentum agnoverint veritatem Evangelii, quod *Paulus* praedicabat. Hoc vult, dicens: *τίς ἦν ἦν ἡ μακαρισμὸς ὑμῶν*;

aaaa. Rem ipſam exprimit

Digitized by Google

††.BBB בכב.*aaa.*(ααα)
*AAAA.בכבב.*aaaa.*

ipſâ interrogandi formulâ. τις ἦν; (a)

bbbb. Per modum concluſionis ex praecedentibus elicit. Quo pertinet particula ἂν.

BBBB. Teſtando de vehementiſſimo *Galatarum* erga *Paulum* affectu. Cap. IV. 15. parte poſteriori.

אאאא. Quod ad rem ipſam attinet:

aaaa. Affectus *Galatarum* deſcribitur verbis: ὅτι, εἰ δύνατον, τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν ἐξορύξαντες ἂν ἐδώκατέ μοι.

bbbb. Teſtimonium *Pauli* eâ de re *Galatis* perhibitum exprimitur verbis: μαρτυρῶ ὑμῖν.

בכבב. Quod ad cohaerentiam attinet; hoc teſtimonio confirmat Apoſtolus id, quod commate praecedenti poſuerat: nimirùm, quod *Galatae* ſeipſos adeò felices exiſtimaverint, propter praedicationem *Pauli.* Quo pertinet particula γὰρ.

** Hinc demonſtrat nullam, quin & abſurdiſſimam, eſſe cauſſam mutationis affectûs ipſorum erga *Paulum.* Cap. IV. 16. Ubi perpendere oportet

AAAA. Rem ipſam. Nimirùm

NNNN. Con-

(a) Quaſi diceret: Non alia erat veſtrae felicitatis materia, quam quod vobis pleniſſimam illam liberationem, quae eſt in CHRISTO JESU, annunciaverim. Provoco ad veſtram conſcientiam.

Digitized by

†† BBB. בבב. aaa. (ααα)** AAAA.

אאאא. Conqueritur, quod ipſum nunc pro hoſte habeant. ἐχθρὸς ὑμῶν γέγονα.

בבבב. Exprobrat ipſis, quod haec variatio animi ipſorum orta ſit ex eo, quod eamdem veritatem eis inculcet, quam antè apud ipſos praedicaverat, quamque illi tam grato animo acceptaverant. ἀληθεύων ὑμῖν.

BBBB. Ejuſque cum praecedentibus cohaerentiam, expreſſam per particulam ὥστε.

(ββB) Docet, quâ fallaci ſpecie decipiantur animi *Galatarum*. Cap. IV. 17.

* Speciem, quam prae ſe ferebant Adverſarii, ut *Galatarum* animos ad ſe pertrahant, indicat, dicens: ζηλοῦσιν ὑμᾶς.

** Fallacem eſſe illam ſpeciem docet.

AAAA. Generatim, καθ' ἕνωσιν. Dicens non bonum eſſe iſto-

††.BBB.בבב.*aaa* (ββΒ)
**AAAA.

istorum Adversariorum zelum. ὐ καλῶς.

BBBB. Enucleatiùs, & κατὰ θέσιν. Ubi

אאאא. Indicat, quaenam sit Adversariorum intentio:

aaaa. Proxima. ἐκκλεῖσαι ἡμᾶς θέλουσιν. In quibus verbis perpendere oportet

(*aaaa*) Objectum. ἡμᾶς. (*a*)

(ββββ) Quid huic objecto facere conentur Adversarii. θέλουσιν ἡμᾶς ἐκκλεῖσαι.

bbbb. Finalis. ἵνα αὐτοὺς ζηλῶτε. Ubi videndum est,

(*aaaa*) Quid Adversarii habeant in votis. Ut *Galatae* summo studio & fervore ipsorum gloriae & commodis operam darent. αὐτοὺς ζηλῶτε. (*b*)

(ββββ) Quod hoc fine excluſos vellent *Paulum* ejusque Socios. ἐκκλεῖσαι -- ἽΙΝΑ.

בבבב. Eamque opponit bono & laudabili zelo. ὐ καλῶς -- ἈΛΛΑ.

bbb. Con-

(*a*) *Paulum*, uti videtur, & *Titum*, aliosve Libertatis Vindices, *Pauli* Socios.

(*b*) Ut ipsos *Galatas* haberent in precio, & venerarentur; quasi ipsi essent qui primi *Galatis* annunciaverint veram viam salutis.

Digitized by

††. BBB. בבב. *aaa.*

bbb. Concluſionem, quâ *Galatas* ad priſtinum ſuum, pro Libertate, Libertatiſque praeconibus, ſtudium revocat. Cap. IV. 18. Ubi notemus

(*aaa*) Tranſitionem, per particulam δὲ.

(*βββ*) Excitationem *Galatarum*,

* Generatim, ad conſtans omnis boni ſtudium fervidum. καλὸν τὸ ζηλοῦσθαι ἐν καλῷ πάντοτε.

** Speciatim, ad perſeverantiam in illo fervido ſtudio, quo fuerant, cum Apoſtolus cum illis eſſet. καὶ μὴ μόνον ἐν τῷ παρεῖναί με πρὸς ὑμᾶς.

Digitized by Google

TABULA XXVII. SPECIALIS,

CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLAE

AD GALATAS.

CAP. IV. 19--V. 1.

CONtinet haec pericopa allegationem, & patheticam inculcationem typi, ex ipsâ Legis historiâ desumpti, & cum vaticinatione *Jesaiae* collati, ad probandum, quod frustrà ab Adversariis obtendatur Legis usus, & ministerium a DEO ipso institutum esse; cum ille typus & prophetia manifestò demonstrent, illud ministerium sub secundo vel Novo Testamento non amplius posse vel debere habere locum. Cap. IV. 19--V. 1.

Signata est haec pericopa in Tabulâ Generali II.A.ℵ.*b*.(β)2.BB.ℵℵ.*bb*.(ββ)§§.

Hujus pericopae has facimus partes duas:

/. Seriam & perquam patheticam obtestationem, quâ sibi viam munit ad demonstrationem suam, ex doctrinâ typicâ hausstam, tantò altiùs, mentibus *Galatarum* insinuandam & inculcandam. Cap. IV. 19. 20. 21.

Comprehendit haec obtestatio

— Bimembrem testificationem de tenerrimo suo erga *Galatas* affectu, quâ reprehensiones suas factas & fa-

Digitized by Google

faciendas lenit, additâ cauſſâ impulſivâ. Cap. IV. 19. & 20.

Perpendamus igitur hic

†. Ipſam teſtificationem bimembrem.

AAA. Priori teſtificatione declarat, quam dolorificus, ſed ex intenſiſſima caritate proficiſcens, labor ſit, quo nunc denuò curabat *Galatarum* ſalutem. Cap. IV. 19. Eoque fine

אאא. Suaviſſimo alloquio eos compellat. Τεκνία μου.

בבב. Teſtificationem ipſam ita exprimit, ut

aaa. Laborem dolorificum, quem ſaluti illorum denuò impendebat, ſimili a parturientibus deſumpto, deſcribat. ὃς πάλιν ὠδίνω. Ubi videas

(*aaa*) Rem ipſam, expreſſam verbis: ὃς ὠδίνω.

(*βββ*) Indicatum, quod jam antè ſimili ratione erga eos adfectus fuerit. Quod indicat voculâ πάλιν. (*a*)

bbb. Finem, quem intendebat, &, uſque dum eum conſequeretur intendere pergebat. Qui erat, ut in eo ſtatu *Galatas* cernere liceret, ex quo cognoſci poſſet, qualis eſſet CHRISTUS.

(*aaa*) Hunc

(*a*) *Πάλιν ὠδίνω.* Non quod vitam Spiritualem plane amiſerint, *ἀναστασία* totali; nunc tamen, uti ſperabat, reſtituendam. Sed, quod eoſdem ſentiat dolores, nunc, cum eos ex gravi illo Spirituali deliquio excitare allaborabat, quos ſenſerat, quando antea eos ad vitam Spiritualem adducere anniſus fuerat.

1.— †.AAA.בבב.bbb.

(aax) Hunc finem exprimit verbis: μορφωθῇ Χριστὸς ἐν ὑμῖν.

(βββ) Eumque considerat, ut id, ad quod constanter contenderet, suumque modò memoratum laborem dolorificum impenderet. Quod indicant particulae ἄχρις οὗ.

BBB. Alterâ testificatione declarat desiderium suum, spe quâdam, eos in meliori statu deprehendendi, stimulatum. Cap. IV 20. parte priori. Notetur hic

אאא. Particula, transitum faciens. δὲ. (a)

בבב. Desiderium ipsum, spe quâdam suffultum.

Ubi exprimit

aaa. Desiderium eos visendi. ἤθελον παρεῖναι πρὸς ὑμᾶς ἄρτι. In quibus verbis notemus

(aaa) Ipsum desiderium in se spectatum. ἤθελον παρεῖναι πρὸς ὑμᾶς.

(βββ) Ejusdem ad praesens tempus alligationem. per particulam ἄρτι.

bbb. Spem, quae hoc desiderium stimulabat. καὶ ἀλλάξαι τὴν φωνήν μου. Quibus verbis continetur,

(aaa) Quid

(a) Quasi diceret: Quamvis ita loquar, & meum dolorificum laborem pro vestrâ salute hunc in modum vobis declarem; tamen nondùm mihi persuadeo, vos plenè in castra Adversariorum transiisse: Quin potiùs spero, si mihi copia vos visendi daretur, rediturum fore pristinum vestrum erga me, & doctrinam meam, affectum.

Digitized by Google

l. — †. BBB. בבב. bbb.

(ααα) Quid optaret. Quod exprimit verbis: ἀλλάξαι τὴν φωνήν μου.

(βββ) Quod hoc confideret, ut fructum ſuae apud ipſos praeſentiae ſperandum. Quod docet particula copulativa καὶ.

††. Cauſſam impulſivam, quae efficiat, ut hoc modo erga *Galatas* ſit affectus. ὅτι ἀποροῦμαι ἐν ὑμῖν. Ubi notare oportet

AAA. Quid de animi ſui ſtatu, reſpectu *Galatarum*, teſtetur. ἀποροῦμαι ἐν ὑμῖν.

BBB. Quod hoc ipſum in ſe efficiat, tùm dolorificum illum laborem, tùm deſiderium coràm cum *Galatis* agendi. Huc pertinet particula ὅτι.

II Poſtulatum, ut agnoſcant aequitatem ſuae reprehenſionis, atque proin etiam nunc animum ad ſuam, ex ipſâ Lege petitam, demonſtrationem decenter advertant. Cap. IV. 21.

In quo commate

†. Exprobrat *Galatis*, quod ſe non gerant convenienter principiis, e quibus ſe agere contendebant. οἱ ὑπὸ νόμον θέλοντες εἶναι, τὸν νόμον οὐκ ἀκούετε.

AAA. Compellat eos, ut qui contenderent ſe agere ex obſervantiâ, quam Legi deberent. οἱ ὑπὸ νόμον θέλοντες εἶναι.

Hic videndum eſt,

אאא. Quid ſit εἶναι ὑπὸ νόμον. Adeoque inquirendum,

I.=† AAA אאא.

aaa. Quid hic ſit νόμος.

bbb. Quid ὑπὸ νόμον εἶναι.

בבב. Quinam dici poſſint θέλοντες εἶναι ὑπὸ νόμον.

BBB. Oſtendit, quid eorum, vel ipſâ conſcientiâ judice, officium foret, quod tamen eos non facere oſtenſum iret Apoſtolus.

ג. Negligentiam officii, quam *Galatis*, pro Lege zelantibus, exprobrat, exprimit verbis: οὐκ ἀκούετε τὸν νόμον.

aaa. Officium conſiſteret in attentâ conſideratione & obſervantiâ, ſecundum intentionem Legis. Quod eſt ἀκούειν τὸν νόμον.

bbb. Hac in parte officio ſuo deerant. οὐκ ἀκούετε.

בבב. Indecentiam hujus negligentiae *Galatis* ob oculos ponit, ad eorum quaſi conſcientiam provocans, modò ad ea, quae nunc dicturus erat, debito modo attenderent. Hoc ſibi vult interrogativa dicendi formula. οὐκ ἀκούετε;

††. Petit, ut, ſi hanc exprobrationem injuſtam exiſtiment, ſibi hoc oſtendant, parato aequitatem ejus demonſtrare. λέγετέ μοι.

II. Ipſam hanc, ex doctrinâ typicâ deſumptam, demonſtrationem. Cap. IV. 22-V. 1. Ubi notemus

— Particulam γὰρ indicare, quod Apoſtolus aggrediatur

ll.—

diatur demonſtrationem hujus theſis. *Qui ſub Lege eſſe vultis, non auditis Legem.*

= Ipſam demonſtrationem, hoc ordine elaboratam, ut

†. Ex hiſtoriâ *Moſaicâ* fata quaedam domûs *Abrahami* recenſeantur. Cap. IV. 22. & 23. Ubi

AAA. Praefatur Apoſtolus haec in Veteri Teſtamento litteris mandata. Γέγραπται.

BBB. Rem ipſam ita ob oculos ponit, ut

אאא. Summatim narret, *Abrahamo* duos Filios, eoſque origine, videlicet Maternâ, multùm diverſos fuiſſe. Cap. IV. 22. Ὅτι Ἀβραὰμ δύο υἱοὺς ἔσχεν· ἕνα ἐκ τῆς παιδίσκης, καὶ ἕνα ἐκ τῆς ἐλευθέρας.

aaa. Numerum definiens, dicit: Ὅτι Ἀβραὰμ δύο υἱοὺς ἔσχεν.

bbb. Quantùm ratione originis diverſi fuerint, exprimit, dicendo:

(*aaa*) *Unum ex Servâ* natum. ἕνα ἐκ τῆς παιδίσκης.

(*βββ*) *Unum ex Liberâ*. καὶ ἕνα ἐκ τῆς ἐλευθέρας.

בבב. Enucleatiùs hanc diverſitatem illuſtret. Cap. IV. 23. Ubi notetur

aaa. Particula, quâ tranſitum facit. ἀλλὰ. (*a*)

bbb. Res ipſa. Conſiderari ſcilicet vult Apoſtolus

(*a*) Quaſi dicat. Sed in illâ diverſitate ſolâ non eſt ſubſiſtendum; ſed aliud quid inſuper hic diligenter conſiderandum eſt.

Digitized by Google

//.ב †.BBB.בבב.*bbb*.

(*aaa*) Quoad primum illum Filium, carnalem esse ejus originem. Ὁ μὲν ἐκ τῆς παιδίσκης κατὰ σάρκα γεγέννηται.

(*βββ*) Quoad alterum, illius originem altiùs repetendam esse, atque infinitè excellentiorem. ὁ δὲ ἐκ τῆς ἐλευθέρας διὰ τ ἐπαγγελίας. (*a*)

††. De his satis disseratur, tamquam mysterio plenis, & ad negotium, de quo *Paulus* cum *Galatis* agebat, applicandis. Cap. IV. 24-V. 1.

In hoc discursu Apostolus noster

AAA. Generale fundamentum ponit. Statuit nimirùm, quod illa historia mysterium aliquod contineat, sublimius quid significans. ἅτινά ἐστιν ἀλληγορούμενα.

BBB. Allegoriam explicat, & sibi & *Galatis* applicat. Cap. IV. 24. parte posteriori -V. 1. Hic notari possunt duae partes, quarum singulae, applicatione ad se & *Galatas* factâ clauduntur.

אאא. Priori

(*a*) Primus non aliam ex *Abrahamo* originem, quam quae pertinet ad corruptam naturam Humanam, habet. Ex copulâ carnali, consilio carnis, ex *Abrahamo* susceptus; ad quem non spectabat magnifica *Abrahamo* facta promissio.

Alter, quamvis ex copulâ carnali *Abrahami* & *Sarae* natus, attamen non natus viribus naturae; sed singulari & supernaturali operatione Divinâ, ad implendam promissionem, *Abrahamo* factam.

Digitized by Googl

ll=††.BBB.

ℵℵℵ. Priori myſticam ſignificationem nativitatis & Filiorum *Abrahami* antè memoratorum explicat & applicat Cap. IV. 24. parte poſteriori --29.

aaa. Explicatio reperitur. Cap. IV. 24. parte poſteriori --28.

(*aaa*) Propoſita. Cap. IV. 24. parte poſteriori --27.

* Summatim. ἅυται γάρ ἐισιν ἀι δύο διαθήκαι.

AAAA. Particula γὰρ oſtendit, quod pergat ad ipſam allegoricam expoſitionem, e quâ patebit veritas illius aſſerti, ἅτινά ἐστιν ἀλληγορούμενα.

BBBB. Duarum antè memoratarum Matrum myſterium ἀλληγορούμενον indicat. ἅυται ἐισιν ἀι δύο διαθήκαι.

אאאא. Subjectum indicatur pronomine ἅυται. Serva, ſcilicet, & Libera.

בבבב. Praedicatum ἐισιν ἀι δύο διαθήκαι.

** Diſtributè. Ubi agit

AAAA. De Allegoricâ ſignificatione τῆς παιδίσκης. Cap. IV. 24. parte poſtremâ & 25.

//= ††.BBB.אאא,*aaa* (*aaa*)
**AAAA.

אאאא. Particula μὲν indicat, se initium facere ab illâ, quae minoris erat dignitatis.

בבבב. Rem ipsam ita exponit, ut

aaaa. Prioris Matris, Servae, significationem referat ad priorem διαθήκην. Cap. IV. 24. parte postremâ, & 25. parte priori. Id quod

(*aaaa*) Proponit. Cap. IV. 24. parte postremâ. Ubi perpendere oportet

†. Subjectum, indicatum & descriptum.

Λ. Indicatum. μία.

ΛΛ. Descriptum. Indicatione

• Initii. ἀπὸ ὄρους Σινᾶ. (*a*)

•• Ab effectu. εἰς δουλείαν γεννῶσα.

††. Praedicatum. ἥτις ἐστὶν Ἄγαρ.

(ΒΒΒΒ) Confirmat. Cap. IV. 25. parte priori. Τὸ γὰρ Ἄγαρ Σινᾶ ὄρος ἐστὶν ἐν τῇ Ἀραβίᾳ.

Ubi perpendere oportet,

†. Quid dicat Apostolus. In cujus dicto

Λ. Subjectum est Τὸ Ἄγαρ.

ΛΛ. Praedicatum, Σινᾶ ὄρος ἐστὶν ἐν τῇ Ἀραβίᾳ.

• Ge-

(*a*) Quae διαθήκη a monte *Sinai* exsecutioni dari coepta, ad servitutem pariens, praefigurata & significata fuit per *Hagarem*, nonnisi servum enixam.

Digitized by Google

//.= ††.BBB.אאא.aaa (ααα)
**AAAA.בבבב.aaaa.(βββββ)†.ΛΛ.

* Generatim magis dicitur, quod Σινᾶ ὄρος ἐστὶν.
** Illustratur a consideratione situs. ἐν τῇ Ἀραβίᾳ.

††. Quo pacto hoc in argumentum adhibeat. Quod indicat particula γὰρ.

bbbb. Simulque ejusdem significationem referat ad *Hierosolymam* praesentem. Cap. IV. 25. parte posteriori. Id quod

(αααα) Proponit. Ubi notetur

†. Connexio. per particulam δὲ.

††. Res ipsa, quam dicit. Ubi disquirendum

Λ. De subjecto, non expresso, sed in verbo comprehenso. Quod videtur esse ἡ μία διαθήκη.

ΛΛ. De Praedicato. Ubi videndum,

* Quid sit ἡ νῦν Ἰερουσαλὴμ.
** Quid sit συστοιχεῖν [αὐτῇ]. Quod Apostolus de illâ testatur.

(βββββ) Illustrat descriptione istius praesentis *Hierosolymae*. Ubi iterùm

Digitized by Google

//.= ††.BBB.אאא.*aaa*.(ααα)
**AAAA.בבבב.*bbbb*.(ββββ)

iterùm perpendere oportet
†. Particulam, quâ transitum facit δὲ.
††. Rem ipſam, quam de praeſenti *Hieroſolymâ* teſtatur.
א. Quoad illam ipſam. Quod nimirùm (inſtar *Hagaris*) ſerviat. δουλεύει.
אא. Quoad Filios ejus. Quod nimirùm hi (inſtar *Iſmaëlis*) ſerviant pariter. μετὰ τῶν τέκνων αὐτῆς.

BBBB. De Allegoricâ ſignificatione ἡ ἐλευθέρας. Cap. IV. 26. Ubi attendendum eſt ad
אאאא. Subjectum, indicatum, & praecedenti oppoſitum.
aaaa. Indicatum:
(αααα) Simili quidem denominatione. ἡ Ἱερουσαλὴμ.
(ββββ) Sed addito charactere diſcretivo. ἡ ἄνω.
bbbb. Praecedenti oppoſitum per particulam δὲ.
בבבב. Praedicatum duplex. Quo
aaaa. Indicat hujus ſuperioris *Hieroſolymae* ſtatum. ἐλευθέρα ἐστὶν.
bbbb. Simulque declarat, quod omnes cre-

Digitized by Google

ll. = †† BBB. אאא. aaa.
(aaa)** BBBB. בבבב. bbbb.

credentes, ſive *Judaei* ſint, ſive *Gentiles*, ipſam habeant Matrem. ἥτις ἐστὶ Μήτηρ πάντων ἡμῶν. (a)

(βββ) Confirmata ex Scripturâ Propheticâ. Cap. IV. 27. (b)

Perpendere hic oportet

* Id quod ex Scripturâ Propheticâ adducitur. In quo obſervetur

AAAA. Formula citationis. Γέγραπται.

BBBB. Contentum Prophetiae, quae adducitur. In quâ occurrit

אאאא. Mandatum duplex.

aaaa. Mandato primo jubetur ſterilis, quae hactenus non fuerat liberos pariens, ut laetetur. Hic notemus

(aaaa) Quo pacto deſcribatur objectum, ad quod hoc mandatum dirigitur. Quod

†. Appellatur. ἡ στεῖρα.

††. Deſcribitur. ἡ μὴ τίκτουσα.

(βββB) Mandatum. εὐφράνθητι.

bbbb. Altero mandato jubetur illa,

(a) Unde colligendum ipſis *Galatis* quaſi relinquit, quod hi ſuperiotis *Hieroſolymae* Filii liberi ſint, pariter uti eorum Mater.

(b) Ubi locus ex *Jeſ.* LIV. 1. ſynopticè, prout in verſione ſeptuagintavirali legitur, citatur.

//.= ††.BBB.ΝΝΝ.*aaa*.(βββ)
*BBBB.ΝΝΝΝ.*bbbb*.

quae hactenùs partûs dolores non erat experta, ut erumpat, & clamet.

Hic iterùm videamus

(*αααα*) Objectum, ad quod mandatum dirigitur. ἡ οὐκ ὠδίνουσα.

(ββββ) Mandatum ipsum. In quo duo membra sunt

†. *Erumpendi* mandatum, in voce ῥῆξον.

††. *Exclamandi* mandatum, priori junctum, per verba, καὶ βόησον.

בבבב. Ratio suasoria. Ubi videre oportet,

αααα. Quid oraculum dicat. Perpendendum igitur erit

(*αααα*) Duplex subjectum, quorum alterum juxta alterum ponendum. Indicatum nominibus

†. Τῆς ἐρήμου.

††. Ἡ τῆς ἐχούσης τὸν Ἄνδρα.

(ββββ) Praedicatum,

†. Utrique liberos tribuens. τὰ τέκνα.

††. Comparatè, illi plures, quam huic. πόλλα μᾶλλον τὰ τέκνα τῆς ἐρήμου, ἢ τῆς ἐχούσης τὸν Ἄνδρα.

bbbb. Quod hoc afferatur in argumentum, ad urgendum mandata proposita. ὅτι.

bbb. Ap-

Digitized by Google

//=†.BBB.אאא.aaa.

bbb. Applicatio. Cap. IV. 28. Ubi notetur

(aaa) Particula transitionis. δὲ. (a)

(βββ) Ipsa applicatio eorum, quae hactenùs dixerat.

In quâ attendere oportet ad

* Subjectum.

AAAA. Comiter indicatum. Ἀδελφοὶ.

BBBB. Secum consociatum. ἡμεῖς.

** Praedicatum. Quod indicat,

AAAA. Cui typo respondeat ipse & Fratres *Galatae*. κατὰ Ἰσαὰκ.

BBBB. Quali in statu sint, per quem referant *Isaacum*. ἐπαγγελίας τέκνα ἐσμέν.

בבב. Posteriori parte mysticam sive allegoricam significationem gestorum fatorumve utriusque, tum ex servâ, tum ex liberâ nati, Filii, explicat, & applicat. Cap. IV. 29. 30. & 31.

aaa. Explicatio reperitur. Cap. IV. 29. & 30. Quâ

(aaa) Modum agendi *Ismaëlis*,

(a) Quasi diceret: Sed in his merè theoreticè contemplandis non debemus subsistere. Age igitur, & applicemus haec mihi juxta & vobis, credentes *Galatae*.

Digitized by Google

//.=ℍ.BBB.בבב.*aaa*.(*aaa*)

olim conſpectum, comparat cum modo agendi illorum, qui ſervituti ſub Lege *Moſaicâ* dediti erant. Cap. IV. 29.

* Particula tranſitionis quaſi χλίιαχα habet. ἀλλὰ.

** Quoad rem ipſam: perpendere oportet

AAAA. Πρότασιν. Quâ typum exhibet:

ℕℕℕℕ. Narrans ex hiſtoriâ *Moſaicâ*, quid contigerit.

aaaa. Quod ad antiquam hiſtoriam reſpiciat, indicat particulâ τότε.

bbbb. Excerptum ex hiſtoriâ proponit. Ubi

(*aaaa*) Subjectum indicatur hac deſcriptione. ὁ κατὰ σάρκα γεννηθεὶς.

(*βββb*) Praedicatum. Ubi conſiderandum eſt de

ℍ. Objecto, quod hac deſcriptione indicat. τὸν κατὰ πνεῦμα.

ℍℍ. Actione modò indicati ſubjecti circa hoc objectum. Quae exprimitur verbo ἐδίωκε.

בבבב. In-

Digitized by Google

ll.=††.BBB.בבב.aaa.(ααα)** A A A A.אאאא.

בבבב. Innuens se hanc partem historiae quoque ut typicam considerare, per particulam ὥσπερ.

BBBB. Ἀπόδοσιν. Sive comparationem ejus, quod suo tempore fiebat, cum antiquâ illâ historiâ. ὅτω καὶ νῦν.

(βββ) Poenam olim a DEO, singulari judicio, *Ismaëli* ita agenti inflictam, ut maximè notabilem, superaddit, ex ipsâ eâdem Scripturâ; ejus mysticam significationem *Galatarum* meditationi & judicio committens. Cap. IV. 30. Ubi

* Ad majorem attentionem excitandam interrogat: Ἀλλὰ τί λέγει ἡ γραφὴ; Notetur

AAAA. Particula, per quam transitus fit. ἀλλὰ.

BBBB. Ipsa interrogatio. τί λέγει ἡ γραφὴ;

//.= ††.BBB.בבב.*aaa*.(βββ)

*

** Reſpondet ex Scripturâ, quam ſententiam DEUS tulerit.

AAAA. *Abrahamo* indicatam. ἔκβαλε τὴν παιδίσκην καὶ τὸν υἱὸν αὐτῆς. Ubi attende

אאאא. Ad objectum duplex.

aaaa. Matrem ſervam. τὴν παιδίσκην.

bbbb. Filiumque ejus unà cum ſervâ. καὶ τὸν υἱὸν αὐτῆς.

בבבב. Quid huic objecto faciendum fuerit. Nimirum, *Abrahamus* utrumque debebat *ejicere*. Ἔκβαλε.

BBBB. Amplificatione confirmatam. Cap. IV. 30. parte poſteriori. Ubi nota

אאאא. Ipſam ſententiam amplificatoriam. In qua occurrit

aaaa. Subjectum. ὁ υἱὸς τῆς παιδίσκης.

bbbb. Praedicatum. In quo

(*aaaa*) Praeſupponitur alterum filium haereditate potiturum. Igitur ratio habenda erit

†. Alterius Filii. υἱοῦ τῆς ἐλευθέρας.

††. Haereditatis ipſius, quamvis verbis non expreſſae.

(*βββ*) Declaratur priorem illum Filium hujus haereditatis fore exſortem. οὐ μὴ κληρονομήσῃ μετ' [αὐτοῦ].

בבבב. Eam, in rationem ad confirmandam ſententiam verbis proximè praecedentibus expreſſam, adduci. Quo facit particula γὰρ.

bbb. Ap-

Digitized by Google

ll. = ††. BBB. בבב. aaa.

bbb. Applicatio. Cap. IV. 31. In quâ nota

(ααα) Particulam, qua indicat, quod conclusionem faciat. Ἄρα

(βββ) Conclusionem ipsam. Atque in illâ

* Blandam compellationem. Ἀδελφοί.

** Rem ipsam. Quam declarat. Ubi perpendatur

AAAA. Subjectum. Non singulari vocabulo expressum, sed in ipso verbo comprehensum. ἐσμὲν. (a)

BBBB. Praedicatum. οὐκ ἐσμὲν παιδίσκης τέκνα, ἀλλὰ τῆς ἐλευθέρας.

אאאא. Negativè expressum. οὐκ ἐσμὲν παιδίσκης τέκνα.

בבבב. Positivè, & oppositè. ἀλλὰ τῆς ἐλευθέρας.

Notetur hic

aaaa. Quid affirmet. τῆς ἐλευθέρας [scilicet τέκνα ἐσμὲν].

bbbb. Quod hunc statum alteri opponat. per particulam ἀλλὰ.

T A-

(a) Videtur autem denotare illos, qui persecutionem patiuntur ab illis, qui servituti dediti sunt, & ei patrocinantur.

Digitized by Google

TABULA XXVIII. SPECIALIS,

CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLAE

AD GALATAS.

CAP. V. 1.

CONtinetur hoc verſiculo monitum perquam ſerium, & longè graviſſimum, ceu conſectarium ex praecedentibus demonſtrationibus elicitum. Cap. V. 1.

Signata eſt haec pericopa in Tabulâ Generali II. A.ℵ.*b*.(β)2.BB.בב.*aa*.

In eâ igitur notemus

(*aa*) Ipſum monitum, tendens ad *Galatas* ad priſtinum Libertatis ſtatum reſtituendos, duplici modo propoſitum.

§. Θετικῶς, ſive poſitivè, per modum adhortationis. Cap. V. 1. parte priori.

Notemus hic

1. Objectum, circa quod *Galatas* verſari volebat. Beneficium, nimirùm, inſigne. Quod

— Generatim exprimit, dicens: τῇ ἐλευθερίᾳ.

= Pleniùs deſcribit. ᾗ Χριστὸς ἡμᾶς ἠλευθέρωσε.

In quibus verbis notetur

†. Auctor beneficii, CHRISTUS. Χριστὸς.

††. Quid

Digitized

(aa) §. / = †.

††. Quid is credentibus praestiterit. ἡμᾶς (scilicet, ἐλευθερίᾳ) ἠλευθέρωσε.

AAAA. Objectum, cui, indicatur pronomine ἡμᾶς. (a)

BBBB. Quid ei praestiterit CHRISTUS. (ἐλευθερίᾳ) ἠλευθέρωσε.

//. Quo modo se circa hoc objectum gerere deberent. Στήκετε τῇ ἐλευθερίᾳ.

§§. Ἀρητικῶς, sive negativè, per modum dehortationis. Cap. V. 1. parte posteriori,

Ubi videamus

/. Ipsam dehortationem.

In quâ notetur

— Objectum, quod exprimitur verbis ζυγῷ δουλείας.

Hic perpendendum,

†. Quaenam sit δουλεία, de quâ loquitur Apostolus.

††. Quid sit ζυγὸν δουλείας.

= Quo pacto se hoc tempore circa hoc objectum gerere deberent. μὴ πάλιν ἐνέχεσθε.

†. Agnoscit, quod, ante liberationem per CHRISTUM partam, credentes debuerint pati, se hoc jugo constringi. Quod innuit particulâ πάλιν.

††. Dehortatur autem, ne hoc tempore id patiantur. μὴ ἐνέχεσθε.

(a) Ἡμᾶς. Credentes sine discrimine; certè credentes *Judaeos*.

(αα) §§. I.

II. Hujus dehortationis cum adhortatione cohaerentiam. per particulam copulativam καὶ.

(ββ) Quod hoc monitum eliciat, ceu consectarium, ex praecedentibus demonstrationibus. Quod indicat per particulam ὥστε.

Digitized by Google

TABULA XXIX. SPECIALIS, CONTINENS ANALYSIN EPISTOLAE AD GALATAS.

CAP. V. 2-7.

COntinet haec pericopa comminationem, ſive indicationem periculi, quod incurrerent, ſi circumciſionem ſubirent. Cap. V. 2-7. adductam in confirmationem moniti Cap. V. 1. propoſiti.

Signata eſt haec pericopa in Tabulâ Generali II. A. א. b. (β) 2. BB. בב. bb. (aa)

§. Proponitur, quadam cum aſſeveratione & excitatione ad attentionem, haec comminatio. Cap. V. 2.

Notemus igitur hic

/. Excitationem ad attentionem, per particulam Ἰδὲ.

//. Rem ipſam. In quâ

— Praemittit aſſeverationem; ſuum teſtimonium *Galatis* ob oculos ponens. Ἐγὼ Παῦλος λέγω ὑμῖν, ὅτι.

= Ipſam comminationem declarat. In quâ conſiderare oportet

†. Caſum, quem conditionatè ponit. ἐὰν περιτέμνησθε.

††. Malum, quod tali in caſu exſpectandum foret; indicat, Χριστὸς ὑμᾶς οὐδὲν ὠφελήσει.

Digitized by Google

§.

§§. Confirmatur, iteratâ asseveratione & demonstratione consequentiae. Cap. V. 3-7.

I. Iterata asseveratio reperitur in verbis: Μαρτύρομαι δὲ πάλιν παντὶ ἀνθρώπῳ περιτεμνομένῳ.

Notetur

— Particula, transitum faciens. δὲ. (*a*)

= Ipsa iterata & ad omnes sine discrimine extensa asseveratio. Μαρτύρομαι πάλιν παντὶ ἀνθρώπῳ περιτεμνομένῳ.

†. Iterata asseveratio comprehenditur verbis: πάλιν μαρτύρομαι.

††. Ejusdem ad omnes circumcisionem admittentes extensio. παντὶ ἀνθρώπῳ περιτεμνομένῳ.

II. Consequentiae praecedentis sententiae demonstratio in hunc modum procedit:

— Directè ostendit, quâ ratione ex admissione circumcisionis fluat amissio felicitatis per CHRISTUM partae. Cap. V. 3. 4. Ubi

†. Indicat, quid proximè ex admissione circumcisionis fluat. ὅτι ὀφειλέτης ἐστὶν ὅλον τὸν νόμον ποιῆσαι.

Hic perpendere oportet

AAA. Obligationem ad totius legis observantiam, sive, quid sit ὀφειλέτην εἶναι ὅλον τὸν νόμον ποιῆσαι.

Adeoque

ΝΝΝ. Qualis actuositas intelligatur, sive quid sit ὅλον τὸν νόμον ποιῆσαι.

aaa. Ob-

(*a*) Emphasin habet: Nequaquam censere debetis nimis duram esse, quam dixi, sententiam, vel praecipitanter latam; contrà: *iteratò testor* &c.

Digitized by Google

§§. //. — †. A A A. אאא.

aaa. Objectum hic indicatur verbis ὅλον τὸν νόμον.

(*aaa*) Generatim hoc objectum vocat τὸν νόμον.

(*βββ*) Idque in suâ amplitudine considerandum proponit, quando dicit ὅλον.

bbb. Officium circa hoc objectum exprimitur verbo, ποιῆσαι.

בבב. Qualis obligatio intelligatur, sive quid sit ὀφειλέτην εἶναι - ποιῆσαι.

BBB. Quâ ratione ista obligatio ex admissione circumcisionis fluat. Connexionem significat particula ὅτι.

††. Ulteriùs hinc deducit, quod hoc post se trahat amissionem salutis per CHRISTUM partae: Cap. V. 4. Ubi pro tacitâ hypothesi sumit, quod hoc tendat ad propriam justitiam ex Lege consequendam, & proinde

AAA. Alloquitur illos, eosque universim omnes, qui ex Lege justificationem exspectabant. ὅστινες ἐν νόμῳ δικαιοῦσθε.

Hic igitur notetur

אאא. Character horum hominum, qui indicatur verbis: ἐν νόμῳ δικαιοῦσθε.

בבב. Universitas eorum exprimitur per vocem ὅστινες.

BBB. Denunciat illis

אאא. Abolitionem communionis cum

Digitized by Google

§§ //.— ††.BBB.אאא.

CHRISTO. κατηργήθητε ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ.

בבב. Amiſſionem deſideratae vel exſpectatae gratiae. τῆς χάριτος ἐξεπέσατε.

Ubi notetur

aaa. Objectum, indicatum nomine τῆς χάριτος.

bbb. Damnum circa hoc objectum. ἐξεπέσατε.

= Idque ulteriori illuſtratione confirmat: declarando, ſuo & aliorum exemplo, quaenam unica & vera via ſit, quâ pervenire liceat ad juſtitiam ſperatam, fundamentum omnium reliquorum beneficiorum gratiae. Cap. V. 5. 6. Hoc itaque †. Declarat, quoad rem ipſam. Cap. V. 5.

Ubi perpendendum eſt,

AAA. Quid teſtetur Apoſtolus. Ubi conſiderandum eſt

אאא. Subjectum. ἡμεῖς. (*a*)

בבב. Praedicatum. Quo teſtatur

aaa. Qualem habeant exſpectationem. ἀπεκδεχόμεθα ἐλπίδα δικαιοσύνης. Hic notare oportet

(*aaa*) Objectum, quod dicit ἐλπίδα δικαιοσύνης.

Ubi inquirendum,

* Quid

(*a*) Intellige *Paulum*, & qui cum eo erant omnes Fratres, ſine diſcrimine, ex Cap. I. 2.

Digitized by Google

§§. //. ⁜ †. AAA. בבב. aaa. (ααα)

* Quid intelligatur per δικαιοσύνην.

** Quid per ἐλπίδα δικαιοσύνης. (a)

(βββ) Quo pacto circa hoc objectum verſentur. ἀπεκδεχόμεθα.

bbb. Quibus fundamentis nitatur illa exſpectatio. Quod ut ſignificet Apoſtolus

(ααα) Cauſſam efficientem hujus exſpectationis indicat, dicens πνεύματι. Atteſtanti, ſcilicet, multis modis veritati.

(ββββ) Mediumque participationis juſtitiae. ἐκ πίστεως.

BBB. Quod hoc adhibeat in argumentum, quo probet illos, qui in lege juſtificari volebant, gratiâ excidiſſe. Connectitur enim per particulam γὰρ.

††. Quoad

(a) Per ἐλπίδα δικαιοσύνης intelligere poſſumus *juſtitiam ſperatam.*

Juſtitia eſt jus, quo conſiſtere licet coram DEI tribunali, ita ut abſolvamur; & vita aeterna nobis adjudicetur. Hoc eſt id, quod cupimus, quodque promiſſionibus Divinis freti ſperamus. Hoc exſpectamus.

Vel poſſumus intelligere *ſpem*, quae ex *juſtitiâ* fluit.

Juſtitia eſt jus per CHRISTUM acquiſitum, quo conſiſtere licet coram tribunali DEI &c. Hinc naſcitur ſpes omnis gratiae, id eſt, omnium ſalutarium bonorum ex liberrimâ DEI benevolentiâ conſequendorum: Specialim quoque, *Haereditatis Gentium.* Hujus ſpei adimpletionem exſpectabant, Apoſtolus, &, qui cum Ipſo erant, Fratres.

Digitized by Google

§§.//.= †.

†† Quoad universalitatem. Ostendens, quod hoc non tantùm verum sit de illis, qui secum erant, Fratribus, quorum quidam (fortè plures) erant ex *Gentibus*, verùm etiam de se ipso, &, qui secum erant, Fratribus ex *Judaeis*. Quod ex eo deducit, quod praeter veram fidem, quâ cum CHRISTO unimur, nihil sit, quod operari aliquid possit. Cap. V. 6.

Hic iterùm perpendere oportet

AAA. Quid dicat Apostolus. Ubi

ΝΝΝ. Externis illis rebus denegat (ratione illorum, qui communionem cum CHRISTO habent) omnem efficaciam. Ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ οὔτε περιτομή τι ἰσχύει, οὔτε ἀκροβυστία. Quibus verbis

ααα. Indicat, se nunc tantùm loqui de illis, qui cum CHRISTO JESU communionem habent. Ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Loquitur igitur

(*ααα*) De personâ excellentissimâ, quam insignit duplici nomine

* Χριστῷ. A DEO ordinato Liberatore.

** Ἰησοῦ. Qui nunc venerit, salutemque ut *Immanuël* paraverit.

(*βββ*) De communione cum Ipso. ΕΝ Χριστῷ. De hoc statu, & ratione illorum, qui in isto statu sunt, se hic tantùm loqui velle ostendit Apostolus.

bbb. Ho-

Digitized by Google

§§.//.=††.AAA.אאא.aaa.

bbb. Horum ratione docet omnem efficaciam rebus illis externis denegandam esse.

(aaa) *Circumcisioni.* ὅτι περιτομή τι ἰσχύει.

* Subjectum hic est περιτομὴ. *Circumcisio*, spectanda cum omnibus suis adjunctis praecepti carnalis institutis.

** Praedicatum. ὅτι ἰσχύει τί.

(βββ) Pariter & *praeputio*, spectando cum omni immunitate ab observatione externorum rituum. De quo etiam negari debeat, quod quidpiam operetur. ὅτι [ἰσχύει τί] ἀκροβυστία. (a)

בבב. Indicat unicum & solum medium, quod efficaciam quamdam habeat, per quod consequi detur justitiam, & sic indubiè exspectare fructus speratos, ex justitiâ fluentes. ἀλλὰ πίστις δι' ἀγάπης ἐνεργουμένη.

aaa. Verum, sed unicum, medium indicatum iri ostendit particula, oppositionem indicans. ἀλλὰ.

(a) Uti nihil ad consequendam justitiam coram DEO, neque ad consequendam impletionem spei bonorum salutarium efficit *circumcisio*, cum omni farragine rituum externorum; sic quoque *praeputium* retinere, & ritus illos negligere nihil facit ad consequendam justitiam coram DEO, & bonorum salutarium, quae in CHRISTO sperare licet.

Digitized by Google

§§.//.= ††.AAA.בבב.*aaa.*

bbb. Medium ipſum indicatur. Ubi conſiderandum venit

(*aaa*) Subjectum. Quod

* Solitâ denominatione exprimitur. πίστις.

** Accuratè deſcribitur, ratione verae ſuae indolis. δι' ἀγάπης ἐνεργουμένη. Hic perpendere oportet,

AAAA. Ipſam hanc fidei deſcriptionem. Ad quam rectè cognoſcendam conſiderare oportet

אאאא. Quid ſit ἀγάπη.

בבבב. Quid ſit ἐνεργεῖσθαι ΔΙ' ἀγάπης.

BBBB. Quo pacto haec deſcriptio faciat notam Characteriſticam verae fidei, de quâ ſolâ hoc tenendum ſit, quod dicit Apoſtolus.

(*BBB*) Praedicatum, non equidem expreſſum, ſed (repetitione ἀπὸ τῦ κοινῦ) ſubaudiendum. ἰσχύει τί. Nimirùm, eſt medium efficax, ſuo effectu numquam deſtituendum, quo conſequi datur juſtitiam, atque indubiè exſpectare omnia beneficia gratiae.

BBB. Quod

Digitized by Google

§§. //. = ††. A A A.

BBB. Quod hoc adhibeat in confirmationem ſui dicti, quo affirmaverat, ſe, cum Fratribus, qui ſecum erant, ſine diſcrimine, ex fide exſpectare ſpem juſtitiae. Quo pertinet particula γὰρ.

Digitized by Google

TABULA XXX. SPECIALIS,

CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLAE

AD GALATAS.

CAP. V. 7-13. parte posteriori.

CONtinet haec pericopa Obtestationes, quibus Apostolus *Galatarum* animos ab Impostoribus alienos reddere conatur. Cap. V. 7-13. parte posteriori.

Signata est haec pericopa in Tabulâ Generali II. A א.*b*.(β)2. BB בב.*bb*.(ββ)

Reperimus in hac pericopâ

§. Reprehensiones aliquantò mitiores, ad ipsos credentes vacillantes denuò erigendos & confirmandos. Cap. V. 7. 8. 9. 10. parte priori.

Hic notamus

/. Reprehensionum propositionem. Cap. V. 7. Quae fit

— Laudando pristinum eorum institutum. Ἐτρέχετε καλῶς.

= Indicando illaudabilem, quam subierant, variationem.

Hoc facit ita, ut

†. Exprimat, qualis ista variatio sit; nimirùm obedientiae, veritati debitae, recusatio. μὴ πείθεσθαι τῇ ἀληθείᾳ. Ubi videndum est,

AAA. Quid

Digitized by Google

§. /. = †.

AAA. Quid Apoſtolus intelligat per τὴν ἀλήθειαν. Doctrinam, ſcilicet, Evangelii, a *Paulo* praedicati; emphaticè ita dictam, utpote non tantùm errori, verùm etiam umbris oppoſitam.

BBB. Qualem inobedientiam *Galatis* exprobret, quam dicit μὴ πείθεσθαι τῇ ἀληθείᾳ. Nimirùm, quod non ita ſtrenuè, uti deceret, eam tenuerint; quod eam non cum decenti fiducia profeſſi ſint; cum certe ei convenienter ſe non geſſerint; cum proclives facti ſint ad denuò ſubeundum jugum *Moſaicum*.

††. Oſtendat, quod nullum idoneum vel dignum Auctorem, ita priſtinum inſtitutum mutandi, habeant. Quod exprimit interrogando: Τίς ὑμᾶς ἀνέκοψε;

AAA. Indicat igitur *Galatas*, non quidem ſuâ ſponte, id feciſſe, ſed per aliquem Impoſtorem ad id eſſe adductos.

BBB. Conſiderare igitur eos debere, quod ille, quiſquis etiam ſit, neque Auctoritatem habeat, neque demonſtrationem, quae eos permovere deberet. Idque eorum conſcientiis clarè appariturum, ſi debitam adhibeant attentionem. Hoc enim valet iſtiusmodi interrogatio.

//. Earumdem elaborationem. Cap. V. 8. 9. & 10. parte priori. Conſtat haec elaboratio

— Confirmatione. Cap. V. 8. & 9. Quae fit

†. Negando iſtam novam perſuaſionem DEUM, a quo vocati erant, Auctorem habere. Cap. V. 8.

Digitized by Google

§ //.— †.

Ubi considerari debet

AAA. Subjectum hujus enunciati. ἡ πεισμονὴ. Opinio ex persuasione alicujus Doctoris nata.

BBB. Praedicatum. οὐκ ἐκ τοῦ καλοῦντος ὑμᾶς. Hic perpendendum est,

אאא. Quis sit ὁ καλῶν τοὺς Γαλάτας. Intellige DEUM, cujus manum in praedicatione *Pauli* experti fuerant; qui ei multifariam ubique attestatus fuerat.

בבב. Novam, quam fovere incipiebant, opinionem non esse ex Ipso; cum sibi ipsi contradicere non possit. οὐκ [ἐστιν] ἐκ τοῦ καλοῦντος ὑμᾶς.

††. Monendo de periculo; ne fortè excipiant, se quidem non omni ex parte Adversariis *Pauli* accedere. Monitum hoc proverbio exprimitur. Cap. V. 9. Ubi

AAA. Subjectum est μικρὰ ζύμη.

BBB. Praedicatum. ὅλον τὸ φύραμα ζυμοῖ.

Ubi perpendendum est

אאא. Objectum. ὅλον τὸ φύραμα.

aaa. Dictum. τὸ φύραμα.

bbb. Spectatum ratione universalitatis. ὅλον.

בבב. Quid ei per μικρὰν ζύμην fiat, nisi id impediatur. ζυμοῖ.

‡‡ Mitigatione, per testificationem suae, de verè conversis, opinionis, vel spei, quam in Domino conceperat. Cap. V. 10. parte priori.

Hic considerare oportet

†. Rem

Digitized by Google

§. II. =

†. Rem ipſam, quam ſe ſperare teſtatur Apoſtolus. ὅτι οὐδὲν ἄλλο φρονήσετε.

††. Teſtificationem ſuae opinionis vel ſpei de hac re. Quam

AAA. Non tantùm nudè exprimit, dicens: Ἐγὼ πέποιθα εἰς ὑμᾶς, ὅτι οὐδὲν ἄλλο φρονήσετε.

In quibus verbis attendendum eſt

אאא. Ad objectum. Quod exprimitur verbis, εἰς ὑμᾶς.

בבב. Ad mentis *Pauli* erga hoc objectum affectum. Ἐγὼ πέποιθα εἰς ὑμᾶς, ὅτι οὐδὲν ἄλλο φρονήσετε.

BBB. Sed etiam fundamentum ejus indicat, dicens: ἐν Κυρίῳ.

§§. Severiores criminationes, majorem culpam, certamque poenam, Auctoribus hujus perturbationis, denunciantes, eorumque abſciſſionem ab Eccleſiâ, non ſine ratione, optantes. Cap. V. 10. parte poſteriori. 11. 12. & 13. parte priori.

Hiſce verſibus

/. Judicium Divinum denunciat, Auctori hujus perturbationis anteſignano, exſpectandum, excluſâ omni προσωπολημψίᾳ.

Hic attendere oportet

— Ad particulam, tranſitum facientem. δὲ.

= Ad rem ipſam. Ad quam intelligendam, conſiderari debet

†. Subjectum. Perturbationis Auctor, vel fortè Auctores, vel quiſquis inter eos ſit. ὁ ταράσσων ὑμᾶς.

††. Prae-

§§. /. = †.

††. Praedicatum. Quod

AAA. Ei judicium denunciat. βαστάσει τὸ κρῖμα.

BBB. Omnem acceptionem perſonarum removet. ὅστις ἂν ἦ.

//. Refutatâ calumniâ Adverſariorum, eorumdem abſciſſionem, utpote vocationi *Galatarum* adverſantium, optat. Cap. V. 11. 12. & 13. parte priori.

— Refutationem calumniae (uti videtur) cernere eſt Cap. V. 11. Ubi

†. Indicat, qualem rumorem de ſe ſpargant Adverſarii. Ἐγὼ περιτομὴν ἔτι κηρύσσω. In quo enunciato

AAA. Subjectum, non ſine emphaſi, exprimitur, pronomine primae perſonae expreſſo. Ἐγὼ. *Ego*, Ille *Paulus*, qui tam graviter, tamque ſeriò, vobiſcum contendo.

BBB. Praedicatum huic ſubjecto tribuit, quid & quo tempore hoc faciat.

אאא. Actus, qui huic ſubjecto tribuitur, eſt κηρύσσειν περιτομήν.

בבב. Alligaturque praeſenti tempori, per particulam ἔτι. (*a*)

††. Hunc refutat, in hunc modum:

AAA. Blandò alloquio *Galatas* ad attentam conſiderationem excitat. Ἀδελφοὶ.

BBB. Refutationem ſubjicit: Oſtendendo, quid, ſi

(*a*) Antea praedicaverat circumciſionem; hoc non negat, ſed tribuebant ipſi, quod id ADHUC faceret.

Digitized by Google

§§. //. — ††. BBB.

ſi verus eſſet iſte rumor, contingere deberet, cujus tamen contrarium contingebat. Nimirùm ceſſarent perſecutiones *Pauli*, cauſſâ odii ſublatâ, quae tamen adhucdum durabant. Hoc argumentum

אאא. Proponit:

aaa. Rumorem, de ſe ſparſum, conditionatè proponendo, per particulam Ἐι.

bbb. Quid hinc ſequi deberet, cujus tamen contrarium ſibi eveniebat, indicat. τί ἔτι ϑώκομαι;

(*aaa*) Ponit, ut notum, ſe adhuc perſecutiones pati. ἔτι ϑώκομαι. Quibus verbis docet

* Quoad rem ipſam, quid ſibi eveniat. ϑώκομαι.

** Quoad tempus, quod hoc ipſi non tantùm antea evenerit, ſed ETIAMNUNC eveniat. ΄ETI.

(*βββ*) Indicat nullam fore cauſſam, ſi verus eſſet rumor, de ſe ſparſus, quare id ſibi eveniret, atque adeo quoque non eventurum. Hoc indicat particulâ interrogandi Τί;

בבב. Adſtringit, dicens: ΄Αρα κατήργηται

§§.//.— ††.BBB.בבב.

γηται τὸ σκάνδαλον τῦ ϛαυρῦ.

Ubi videndum eſt,

aaa. Quid ſit καταργεῖσθαι τὸ σκάνδαλον τῦ ϛαυρῦ.

Adeoque perpendendum,

(aaa) Quid ſit τὸ σκάνδαλον τῦ ϛαυρῦ. Adeoque

* Quid Apoſtolo ſit ὁ ϛαυρὸς. (a)

** Quid τὸ σκάνδαλον τῦ ϛαυρῦ. (b)

(BBB) Quid καταργῶσθαι. *Facere ut ceſſet.*

bbb. Quo pacto hoc connectatur cum facto illo, quod falſus rumor *Paulo* tribuebat; videlicet cum praedicatione circumciſionis. Quam connexionem indicat particula Ἄρα. (c)

= Vo-

(a) Nimirùm *crux* CHRISTI, id eſt, omnis ejus ad mortem uſque *cruciis* perpeſſio, ſpectata ut cauſſa pleniſſimae liberationis.

(b) Nimirùm id, quod *Judaeos* maximè offendebat in praedicatione iſtius *crucis*, ſcilicet, quod aſſeveretur, per illam *crucem* eſſe partam omnimodam libertatem, a maledictione, a chirographo & jugo *Moſaico*. Hoc enim *Judaeis* erat ſcandalo. 1 *Cor.* I.

(c) Nimirùm, ſi *Paulus* adhuc praedicaret circumciſionem, tunc praedicaret per crucem CHRISTI non eſſe partam libertatem a maledictione, chirographo & jugo. Quod ſi autem praedicaret hanc libertatem non eſſe per crucem CHRISTI partam, tunc ceſſare faceret id, propter quod *Judaei* tantopere offendebantur in ipſius praedicatione. Atque ſic ceſſaret ratio perſecutionis *Pauli*.

Cum

Digitized by Google

§§. ll. —

= Votum abſciſſionis cum ejuſdem ratione reperimus. Cap. V. 12. & 13. parte priori. Conſideremus igitur

†. Votum ipſum. Cap. V. 12.

In ipſo voto occurrit perpendendum

AAA. Objectum. οἱ ἀναστατοῦντες ὑμᾶς.

BBB. Quid ei optet fieri. Quod

אאא. Quoad rem ipſam, exprimit verbis: ὄφελον ἀποκόψονται. Ubi perpendendum eſt,

aaa Quid *Paulus* intelligat per τὸ ἀποκόπτεσθαι.

bbb. Quo pacto hoc optet, vel voveat, dicens ὄφελον.

בבב. Quoad connexionem, per copulam καὶ expreſſam. (*a*)

††. Rationem hujus voti. Cap. V. 13. parte priori.

Ubi videndum eſt,

AAA. Quid dicat Apoſtolus. ὑμεῖς ἐπ' ἐλευθερίᾳ ἐκλήθητε Ἀδελφοί.

In quibus verbis notari meretur

Cum igitur adhucdum perſecutiones pati debeat, certum eſt, quod falſus ſit rumor, qui ab Adverſariis aliquando ad decipiendum ſpargebatur, ipſi tribuens, quod ipſemet etiamnunc praedicaret circumcifionem.

(*a*) Vult, uti opinor, dicere: Utinam verò vos, o *Galatae*, non tantùm nullam ampliùs fidem rumoribus illorum Impoſtorum haberetis, verùm etiam ipſos ſocietate veſtrâ planè ejiceretis, omnemque cum illis communionem abrumperetis.

Digitized by Google

§§.//.= ††.AAA.

אאא. Blanda compellatio. Ἀδελφοὶ.

בבב. Quid de *Galatis* credentibus, quos ita compellat, teſtetur, eiſque ipſis ob oculos ponat. ὑμεῖς ἐπ' ἐλευθερίᾳ ἐκλήθητε.

Tribuit igitur ipſis

aaa. Generatim, vocationem ad communionem veri DEI. ὑμεῖς ἐκλήθητε.

bbb. Speciatim quoque addens, qualem obtinuerint vocationem. ἐπ' ἐλευθερίᾳ.

BBB. Quo pacto hoc afferat ut rationem, quare abſcindi cuperet perturbatores. Quod indicat per particulam γὰρ.

TA-

Digitized by Goog

TABULA XXXI. SPECIALIS,

CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLAE

AD GALATAS.

CAP. V. 13. parte posteriori. 14. & 15.

CONtinetur hac pericopâ, parte prima, propositio succinctè facta duplicis cautelae, cujus alteram partem, ut rem maximi momenti, breviter, sed gravissimè, commendat. Cap. V. 13. parte posteriori. 14. & 15.

Signata est haec pericopa in Tabulâ Generali II. A.ב.ה.

Videmus in eâ

(a) Ipsam propositionem duplicis cautelae. Cap. V. 13. parte posteriori.

1. Primâ cavet, ne libertatem per CHRISTUM partam in licentiam peccandi mutent. Quod procul dubio Adversarii Evangelii Libertatis fieri praetexebant, & ab hominibus carnalibus facilè fiebat. Μόνον μὴ τὴν ἐλευθερίαν εἰς ἀφορμὴν τῇ σαρκί.

Notetur hic

AA. Particula, transitionem faciens. Μόνον. (a)

BB. Cautela ipsa. In quâ occurrit

(a) Quasi diceret: Persto in monito, versu primo proposito, sed cum hac necessariâ restrictione.

(α) 1. BB.

אא. Objectum. Quod dicit τὴν ἐλευθερίαν.

בב. Officium circa hoc objectum. μὴ εἰς ἀφορμὴν τῇ σαρκί.

aa. Praesupponit statum corruptum, in nonnullis hominibus dominantem, in aliis suas adhucdum reliquias habentem. Hunc considerat, ut hostem gloriae DEI, & CHRISTI adversarium. Hunc hostem indicat, dicens τῇ σαρκί.

bb. Monet libertatem non esse ita concipiendam, vel tenendam, ut occasionem praebeat huic statui corrupto, ut verae virtuti, studio glorificandi DEUM in CHRISTO, nocere possit. μὴ εἰς ἀφορμὴν τῇ σαρκί [Supple ἔχητε, vel simile verbum].

2. Alterâ cavet, ne usu vel praetextu libertatis imprudenti caritatem laedant, sed contrà sibi invicem in caritate serviant.

Notemus hic

AA. Monitum ipsum. In quo

אא. Objectum exprimitur per vocem ἀλλήλοις.

בב. Officium.

aa. Generatim indicatum. δουλεύετε.

bb. Illustratum indicatione modi. διὰ τῆς ἀγάπης.

BB. Ejusdem cum praecedenti connexio. per particulam ἀλλὰ.

(β) Posterioris partis, brevem quidem, sed gravem, commendationem. Cap. V. 14. & 15. Constat haec commendatio duabus partibus: 1. In-

Digitized by Google

(β)

1. Indicatione excellentiae hujus officii, utpote comprehendentis omne id, quod Lex ratione proximi postulat. Ubi attendendum est ad

AA. Officium. In quo

אא. Objectum. τὸ πλησίον σου.

בב. Quid huic objecto praestandum.

aa. Generatim expressum. ἀγαπήσεις.

bb. Amplificatum. ὡς ἑαυτόν.

BB. Excellentiam ejus, ob oculos positam, ut rationem, quâ ultimum membrum commatis praecedentis urgetur.

אא. Excellentiam ejus exprimit, quando dicit: Πᾶς νόμος ἐν ἑνὶ λόγῳ πληροῦται, ἐν τῷ. Ubi perpendere oportet

aa. Subjectum. πᾶς νόμος. Considerari igitur potest

(αα) Subjectum, indefinitè expressum. νόμος.

(ββ) In suâ amplitudine spectatum. πᾶς.

bb. Praedicatum. πληροῦται ἐν ἑνὶ λόγῳ, ἐν τῷ &c.

בב. Adhibetque ad urgendum id, quod dixerat. Quo facit particula γὰρ.

2. Admonitione de periculo, quod aliàs, negligendo hoc officium incurrerent. Cap. V. 15. Hic notare oportet

AA. Particulam, transitionem facientem. δὲ.

BB. Admonitionem ipsam de periculo, quod aliàs incurrerent. Ubi

אא. Po-

(β)2 BB.

ℵℵ. Ponit caſum, quo contrarium caritati ſtudium obtineret. Εἰ ἀλλήλους δάκνετε, καὶ κατεσθίετε.

aa. Studium caritati contrarium deſcribit Apoſtolus duplici, per gradus adſcendente, phraſi.

(αα) Ἀλλήλους δάκνετε.

(ββ) Καὶ κατεσθίετε.

bb. Conditionatè (ut caſus poſitionem) proponit. per particulam εἰ.

בב. Admonet de periculo iſti caſui annexo.

aa. Periculum ipſum exprimitur verbis: ὑπὸ ἀλλήλων ἀναλωθῆτε.

bb. Attentionem, ad hoc periculum averruncandum, inculcat verbis: βλέπετε μὴ.

TA-

Digitized by Google

TABULA XXXII. SPECIALIS,

CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLAE

AD GALATAS.

CAP. V. 16.

CONtinet haec pericopa (tendens ad priorem partem cautelae, verſu 13. parte poſteriori propoſitae, copioſiùs & enucleatiùs elaborandam) propoſitionem moniti bimembris; quo Apoſtolus *Galatas* hortatur, ut Spiritu ambulent, cupiditates autem carnis non expleant. Cap. V. 16.

Signata eſt haec pericopa in Tabulâ Generali II. A. ב. *b*. (α) 1. AA.

In hoc commate notari meretur

א. Modus proponendi, quo id, quod dixerat verſu 13. parte poſteriori, reſumit. Λέγω δὲ.

בב. Monitum bimembre. Continens

aa. Adhortationem. Πνεύματι περιπατεῖτε. Ubi attendere oportet

(αα) Ad Ducem. Quem indicat, dicens Πνεύματι.

(ββ) Ad adhortationem ad eum ſequendum. περιπατεῖτε.

bb. Dehortationem ei annexam.

Digitized by Google

בב.*bb.*

(αα) Ipsa dehortatio continetur verbis : ἐπιθυμίαν σαρκὸς οὐ μὴ τελέσητε.

Hic considerandum est

§. De objecto dehortationis. ἐπιθυμίαν σαρκὸς.

/. Iterùm, uti antea, statum corruptionis exprimit nomine σαρκὸς.

//. Eique tribuit ἐπιθυμίαν.

§§. Quo pacto se circa hoc objectum gerere debeant. οὐ μὴ τελέσητε.

Hic itaque perpendere oportet,

/. Quid sit τελέσαι τὴν ἐπιθυμίαν.

//. Quod Apostolus *Galatas* ab eo dehortetur. οὐ μὴ τελέσητε.

(ββ) Connexio ejus cum adhortatione praemissâ exprimitur per particulam καὶ.

Digitized by Google

TABULA XXXIII. SPECIALIS, CONTINENS ANALYSIN EPISTOLAE AD GALATAS.

CAP. V. 17-26.

COntinet haec pericopa illuſtrationem & confirmationem moniti, verſu 16. propoſiti, quo a *Galatis* poſtulaverat, ut Spiritu ambularent, cupiditates, contrà, carnis non expleant. Cap. V. 17-26.

Signata eſt haec pericopa in Tabulâ Generali II. A. ב. *b*. (α) 1. BB.

Hic videmus

אא. Summatim oſtendi, verſu 17. & 18.

aa. Juſtam eſſe & legitimam hanc oppoſitionem: Quum Spiritu ambulare, & cupiditates carnis explere, ἀσύμφατα ſint. Cap. V. 17. Notemus igitur, (αα) Quid dicat Apoſtolus. Nimirum:

§. Declarat ſingulatim ſtudium Spiritûs, & ſtudium carnis ſibi invicem contrariari.

Haec declaratio eſt bimembris.

1. De *Carne* teſtatur, quod *contra Spiritum concupiſcat.*

— Subjectum, de quo loquitur, eſt ἡ σάρξ. *CARO.*

Digitized by Google

ℵℵ.aa.(aa)§.I.—

= Praedicatum indicat hujus ſubjecti molimina. Ad quae intelligenda conſiderandum eſt

†. De objecto. Quod exprimitur nomine τῦ πνύματος.

††. De activitate *carnis* erga hoc objectum. ἐπιθυμεῖ κατὰ τῦ πνέυματος.

II. De *Spiritu* viciſſim, quod *contra carnem concupiſcat*. Hic

— Subjectum eſt τὸ Πνεύμα. *Spiritus*.

= Praedicatum exprimit molitiones *Spiritûs*. ἐπιθυμεῖ κατὰ τῆς σαρκός.

Ad quas intelligendas, pariter conſiderandum eſt

†. Objectum, expreſſum nomine τῆς σαρκὸς.

††. Activitas circa hoc objectum. [ἐπιθυμεῖ] κατὰ τῆς σαρκός.

§§. Idque ex ipſâ experientiâ effectuum compertum habere credentes. Quod ut eis ob oculos ponat,

I. Acervatim hanc pugnam, ſingulatim expreſſam, repetit. ταῦτα δὲ ἀντίκειται ἀλλήλοις. Conſiderari hic meretur

— Particula, tranſitum faciens. δὲ.

= Res ipſa. Ταῦτα ἀντίκειται ἀλλήλοις. Perpendere hic oportet

†. Subjectum. ταῦτα.

††. Praedicatum. ἀντίκειται ἀλλήλοις.

II. Ef-

Digitized by Google

KK. aa. (αα) §§ /.

//. Effectus hinc proficiſcentes comtemplandos ſiſtit.

Ubi perpendendum eſt,

— Quid fiat, ipſâ experientiâ & conſcientiâ teſte.

†. Objectum exprimitur verbis: ἃ ἂν θέλητε.

††. Quid de hoc objecto fiat. ταῦτα μὴ ποιῆτε.

= Id ſpectandum proponi ut effectum, quem intendit, & producit pars adverſaria. Quod indicatur per particulam ἵνα.

(ββ) Quod hoc inſerviat demonſtrationi, juſtam & legitimam eſſe illam, quam in propoſitione fecerat, oppoſitionem. Quo facit particula γὰρ.

bb. Cui harum pugnantium partium adhaerendum ſit illi, qui privilegio libertatis a Lege gaudere cupiat. Cap. V. 18. Notetur hic

(αα) Particula, tranſitum faciens. δὲ.

(ββ) Res ipſa. In quâ perpendenda venit

§. Conditio requiſita. εἰ πνεύματι ἄγεσθε.

Hic videndum eſt,

/. Quid ſit πνεύματι ἄγεσθαι. Adeoque

— Quid denotetur nomine πνεύματι.

= Quid phraſi ἄγεσθαι πνεύματι.

//. Quod hoc conditionatè proponatur, per particulam εἰ.

§§. Privilegium cum eâ connexum. οὐκ ἐστὲ ὑπὸ νόμον. Hic videndum eſt

אא.bb.(ββ)§§.

/. Quid ſit ἐκ εἶναι ὑπὸ νόμον. Quod ut intelligamus, perpendere oportet,

— Quem νόμον intelligat Apoſtolus.

= Quid ſit εἶναι & ἐκ εἶναι ὑπ' αὐτὸν.

//. Quod hoc alligetur τῷ ἄγεσθαι Πνεύματι.

בב. Idque uberiùs illuſtrari, & urgeri. Cap. V. 19-26.

aa. Copioſiori declaratione duorum iſtorum oppoſitorum: Nimirùm ſtudii *carnis* & ſtudii *ſpiritûs*, ex fructibus cognoſcendi. Cap. V. 19-24.

Bimembris igitur eſt haec declaratio. Nimirùm

(aa) Oſtenduntur ab unâ parte effectus, quos *caro* ſuâ naturâ producit, turpiſſimos ſimul & pernicioſos. Cap. V. 19-22. Qui

§. Ut ſatis noti recenſentur. Cap. V. 19. 20. & 21. parte priori

In his commatibus Apoſtolus

/. Omnem praetextum ignorantiae praecidit: Neque poſſe latere *Galatis* illa, quae recenſebit, verè eſſe opera, de quibus dubitare non liceat, an *CARNIS*, id eſt, naturae corruptae, opera ſint: Neque ipſis ignotum eſſe, an non talia inter illos reperiantur. φανερὰ δέ ἐστι τὰ ἔργα τῆς σαρκός.

Notetur hic

— Particula, tranſitum faciens. δέ. Quae videtur indicare tacitè quaſi hoc opponi praetextui, quem ſubnaſci poſſe praeſagiebat. (a)

= Res

(a) Nemo hic ignorantiam praetexat. Se hoc pacto incertum reddi an ſit ſub lege? an ſecus? SED vanus eſt hic praetextus. Opera carnis attendenti facile innoteſcent, ut & fructus Spiritus.

בב.aa.(ββ)§.1.—

= Res ipſa, quam affirmat Apoſtolus.
Φανερὰ ἐστι τὰ ἔργα τ σαρκός.

//. Catalogum texit operum carnis, quae repugnant veri nominis caritati.

— Indicat ſe ſpecimina indicaturum

†. Vitiorum in nervum erumpentium. (a)
Quae adverſantur:
AAA. Praecepto ſeptimo.
אאא. Magis publica vitia.
aaa. Eorum, qui vinculo matrimonii conjuncti ſunt μοιχεία.
bbb. Talium, qui quidem vinculo conjungali non conſtricti ſunt, ſed tamen adverſantur ſancto fini DEI in creatione maris & foeminae. πορνεία.
בבב. Magis latentia. ἀκαθαρσία, ἀσέλγεια.
BBB. Praecepto primo & ſecundo. Quae vitia cum impudicitiâ ſaepius ſunt conjuncta. εἰδωλολατρεία, φαρμακεία.

††. Principalium cum his conjunctorum vitiorum, in ipſis animorum commotionibus reperiundorum, & anſam dantium ad ipſa graviora facinora: & nonnullorum effectuum, nec non primarum eorumdem radicum. (b)
AAA. Vitia talia ſunt:
אאא. Ge-

(a) Haec in ſingulari. (b) Haec in plurali exprimit Apoſtolus.

בב.aa.(aa)§.//.— tt.

AAA.

אאא. Generatim, omnes *inimicitiae*. ἔχθραι.

בבב. Speciatim, *litigationes*. ἔριδες.

BBB. Horum vitiorum radices, & germina.

אאא. Semina & radices.

aaa. Semina. ζῆλοι. Quando, nimirùm, ſunt -ὑ κατ' ἐπίγνωσιν. (Conf. *Rom*. X. 2. *Joh*. XVI. 2. *Act*. XXVI. 12.)

bbb. Radices. θυμοὶ. Qui ex illis ζῆλοις ortum capiunt.

בבב. Hinc pullulantia germina. Quorum

aaa. Primum exprimit nomen ἐριθεῖαι.

bbb. Porro excreſcentia.

(aaa) Proximè hinc prodeuntia. Diſſenſiones varii generis.

* In omni vitae inſtituto. διχοστασίαι.

** In Eccleſiâ. αἱρέσεις.

(BBB) Ulteriora incrementa capientia.

* In ipſo primùm animo. φθόνοι.

** Tandem ſe ipſis factis prodentia. Quae

AAAA. Indicantur. φόνοι.

BBBB. Eorumque fomites. adjiciuntur.

אאאא. Primarii fomites. μέθαι

בבבב. Horumque cauſſae occaſionales. κῶμοι.

Digitized by Google

בב. aa. (αα) §. //. —

= Simulque ſignificat, quod ita loquendo dicere non velit, quod haec ſola, quae modò enumeravit, pro operibus carnis habenda ſint. Quando addit καὶ τὰ ὅμοια τούτοις.

Quibus verbis

†. Indicat dari & alia haud abſimilia. τὰ ὅμοια τούτοις.

††. Docet, quod illa, hoc in caſu, eodem loco cenſenda ſint. Quod indicat particulâ καὶ.

§§. Ut ſummopere pernicioſi aſſeveranter ante oculos ponuntur. Cap. V. 21. parte poſteriori.

Ubi perpendamus

/. Sententiam ipſam.

In quâ conſiderare oportet

—. De ſubjecto, quod exprimit verbis: οἱ τὰ τοιαῦτα πράσσοντες.

In quibus verbis notetur

†. Objectum. τὰ τοιαῦτα.

††. Activitas circa illud. πράσσοντες.

= De praedicato, quo illi excellentiſſima felicitas denegatur. Expendamus hic,

†. Quâ deſcriptione illa felicitas exprimatur. βασιλεία Θεοῦ.

††. Quomodo exprimatur illa denegatio.

Digitized by Google

בב.aa.(αα)§§./.= ††.

AAA. Participationem fundamentum habere in Teſtamento DEI innuitur. κληρονομήσουσιν.

BBB. Excluſio illorum, qui hic ut ſubjectum conſiderantur, exprimitur particulâ ὁ.

//. Aſſeverationem ejus duplicem. Ubi

— Indicat, quod de illis operibus carnis (ut nemo illa, quae de libertate dixerat, in malam partem, contra ſuam intentionem, raperet, & deinde triſtem exitum ſentiens, hunc ſibi, Apoſtolo, imputaret) *Galatas* praemonere velit.

†. Objectum exprimit articulo ἃ.

††. Ad hoc objectum praemonitionem refert. προλέγω ὑμῖν.

= Addit, quod hoc monitum minimè contineat novam aliquam ſententiam, in quam nunc demùm veniat. Καθὼς καὶ προεῖπον.

(ββ) His opponuntur effectus, quos producit *Spiritus*, cum exoptatiſſimâ libertate conjunctos. Cap. V. 22. & 23.

§. Recenſetur fructus *Spiritûs* multiplex, oppoſitè ad opera *carnis*. Cap. V. 22. Conſideremus hic

/. Recenſionem ipſam. In quâ perpendere oportet

— Catalogum variarum mentis diſpoſitionum,

בב. aa. (ββ) §. 1.—

num, actuum, & habituum laudabilium: Quos novem exprimit nominibus.

†. Tria priora videntur exprimere virtutes primarias. Ubi

AAA. Principem locum occupat ἀγάπη, omnia comprehendens.

BBB. Huic proximè junguntur

אאא. Χαρὰ.

בבב. Εἰρήνη.

††. Reliqua, virtutes his ſubordinatas.

AAA. Proximè prioribus ſubordinatae virtutes tribus ſequentibus nominibus exprimuntur.

אאא. Prima harum ſpeciatim eſt oppoſita irritationi, vocaturque μακροθυμία.

בבב. Proximè ſequentes latiùs ſe extendunt.

aaa. Studium benefaciendi. χρηστότης.

bbb. Idque, hilari animo, non invito, faciendi. ἀγαθωσύνη.

BBB. Tres reliquae virtutes, his denuò ſubordinatae, tribus poſtremis nominibus exprimuntur. Quae indicant

אאא. Primarium fulcrum, quod reliquas quaſi ſuſtentat. *fiducia*, ſcilicet. πίστις.

Digitized by Google

בב.aa.(ββ)§./.— ††.BBB.אאא.

בבב. Reliquae ſunt praecipua, ad modò memoratas virtutes exercendas, adminicula. Quae exprimuntur nominibus

aaa. Πραότης.

bbb. Ἐγκράτεια.

= Quod de ipſis praedicet Apoſtolus, quod ſint fructus *Spiritûs*. ὁ καρπὸς τοῦ πνεύματος ἐστιν.

/. Ejus oppoſitionem contra opera carnis. per particulam δὲ.

§§. Praedicatur ejus utilitas. Cap. V. 23. Notetur hic

/. Objectum, ab exercitio harum virtutum deſcriptum. Quod exprimitur voce τοιούτων.

//. Privilegium, quod huic objecto tribuitur. κατὰ τῶν τοιούτων οὐκ ἐστι νόμος. Ad quod intelligendum perpendi oportet

— Subjectum hujus enunciati. νόμος.

= Praedicatum. οὐκ ἐστι κατὰ τῶν τοιούτων.

Ubi conſiderandum eſt,

†. Quo ſenſu νόμος dici poſſit καλά τινος.

††. Quo ſenſu hoc negetur ratione illorum, in quibus iſtiusmodi fructus Spiritûs conſpicitur. οὐκ ἐστι κατὰ τῶν τοιούτων.

bb. Iteratâ admonitione, certo fundamento ſuperſtructâ. Cap. V. 24. 25. (*aa*) Fun-

(*a*) Id eſt. Lex his non adverſatur. Non condemnat hos; neque pronunciat illos tenori, ad ferendas poenas quae peccata merentur. Non tenentur hoc facere in propria perſona; Neque tenentur Chirographum ſignare, hoc per Sponſorem adhuc praeſtandum reſtare. Sic, *Lex non eſt contra tales.*

Digitized by Google

בב.*bb.*

(αα) Fundamentum eſt, inſeparabile eſſe a communione CHRISTI, crucifigere carnem cum affectibus & concupiſcentiis ejus. Cap. V. 24.

In hac ſententiâ notemus

§. Particulam, tranſitum facientem. אא.

§§. Enunciatum ipſum. In quo contemplari debemus

/. Subjectum enunciati, a communione CHRISTI deſcriptum. οἱ τοῦ Χριστοῦ. Conſiderari igitur debet

— Perſona, a cujus communione illi, de quibus hic ſermo eſt, deſcribuntur. Quae indicatur nomine τοῦ Χριστοῦ.

= Quo pacto ab Ipſo denominentur. οἱ τοῦ Χριστοῦ.

//. Praedicatum. In quo enodando perpendendum occurrit

— Objectum, circa quod verſentur. Quod Apoſtolus

†. Generatim appellat τὴν σάρκα.

††. Speciatim conſiderandum ſiſtit ratione adjunctorum. σὺν τοῖς παθήμασι καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις.

Hic videndum eſt

AAA. De adjunctis his ipſis.

אאא. Primum hic venit nomine τοῖς παθήμασι.

בבב. Alterum ei jungitur. καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις.

Digitized by Google

בב.*bb*.(αα)§§.//.— ††.AAA.בבב.

aaa. Exprimitur igitur nomine, ταῖς ἐπιθυμίαις.

bbb. Jungitur τοῖς παθήμασι. per copulam καὶ.

BBB. De eorum relatione ad carnem. Quae exprimitur praepositione σὺν.

= Quo modo se ad hoc objectum habeant. ἐσταύρωσαν τὴν σάρκα σὺν τοῖς παθήμασι καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις.

(ββ) Admonitionem ipsam superiores denuò urgentem, & per modum consequentiae propositam. Cap. V. 25.

Ubi occurrit

§. Hypothesis. εἰ ζῶμεν πνεύματι. Hic videndum est,

I. Quid de se aliisque dicat, verbis: ζῶμεν πνεύματι.

Adeoque iterùm perpendendum erit,

— Quis veniat nomine πνεύματι. *Spiritu.*

= Quo pacto *Paulus* aliique *vivant Spiritu*. ζῶμεν πνεύματι.

II. Quo modo hoc conditionatè ponat. per particulam εἰ.

§§. Officium cum eâ connexum, inculcatum verbis. πνεύματι καὶ στοιχῶμεν. Hic perpendere oportet

I. Officium ipsum, quod Apostolus sibi & credentibus *Galatis* inculcat. στοιχῶμεν πνεύματι.

Digitized by Google

בב. bb. (ββ) §§. /.

ματι. Ubi iterùm conſiderare oportet de
— Objecto. Quod venit nomine πνεύματι.
= Officio, circa hoc objectum inculcato. στοιχῶμεν.
//. Nexus ejus cum praemiſſâ hypotheſi. καὶ.

Ex his jam demonſtrandum eſt, quod ita Spiritu ambulandum ſit, ut non expleantur cupiditates carnis. Quod dictum fuit verſu 16.

Et per conſequens: Ita ſtandum eſſe in libertate, ut eâ non abuterentur ad anſam carni praebendam. Quod dictum fuerat verſu 13. parte poſteriori.

TA-

Digitized by Google

TABULA XXXIV. SPECIALIS,

CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLAE

AD GALATAS.

CAP. V. 26-VI. 6.

CONtinet haec pericopa Adhortationem generatim factam, docentem, quo pacto alter alteri in caritate servire debeat. Cap. V. 26.-VI. 6.

Signata est haec pericopa in Tabulâ Generali II.A.ב.*b*.(α)2.AA.

Habemus igitur in hac pericopâ

א. Dehortationem a vitiis, huic officio sibi invicem in caritate inserviendi directè adversantibus, & admonitionem huic officio subordinatam. Cap. V. 26.-VI. 3.

aa. Dehortationem videmus Cap. V. 26.

(αα) A vano studio gloriae. μὴ γινώμεθα κενόδοξοι. (a)

(ββ) A vitiis hinc nascentibus.

§. A mutuâ irritatione. ἀλλήλους προκαλούμενοι.

§§. Ab ipsâ (unde illa proficiscitur) invidiâ. ἀλλήλοις φθονοῦντες.

bb. Blandam excitationem, officio sibi invicem in caritate inserviendi subordinatam, rationibus confir-

---

(a) Nota. In primâ personâ. Se ipsum includens

Digitized by Google

אא.bb.

firmatam. Cap. VI. 1. & 2. Hic videmus, quod Apoſtolus

(aa) Blandè alloquatur *Galatas*. Cap. VI. 1. Ἀδελφοὶ.

(ββ) Rem ipſam eis ob oculos ponat.

Ubi notandum eſt, quod

§. Caſum ponat, qui cuique evenire poteſt, ſaepiusque evenit. ἐὰν καὶ προληφθῇ ἄνθρωπος ἔν τινι παραπτώματι.

Notetur hic

/. Particula connexionis. καὶ. (a)

//. Caſûs poſitio ipſa.

— Subjectum eſt ἄνθρωπος. Quicumque noſtrûm; omnes enim homines ſumus.

= De eo ponitur caſus. ἐὰν προληφθῇ ἔν τινι παραπτώματι.

§§. Quid officii tali in caſu *Galatis* incumbat. Cap. VI. 1. parte poſteriori. & 2.

Hoc autem iteratò, cum aliquâ tamen phraſis permutatione, proponit, & confirmat.

/. Prima hujus officii inculcatio reperitur. Cap. VI. 1. parte poſteriori. Ita inſtituta, ut

— Illud proponat. ὑμεῖς οἱ πνευματικοὶ καταρτίζετε τὸν τοιοῦτον ἐν πνεύματι πραΰτητος. Quibus verbis

(a) Etiam ſi contingat, ut aliquis labatur, hoc tamen alterum minime debet reddere ἀνέκδοτον: Sed tali in caſu caritas aliud quid poſtulat: Nimirum indolere, uti unum corporis membrum, propter alterius morbum luget.

Digitized by Google

ℵℵ. *bb*. (ββ) §§. *l*. —

†. *Galatas* denuò compellat:

AAA. Tùm pronomine ſecundae perſonae ὑμεῖς.

BBB. Tùm deſcriptione ſtatûs, in quo erant. οἱ πνευματικοί. Quae ipſa deſcriptio continet fundamentum aliquod obligationis.

††. Officium praeſcribit. Ubi perpendendum eſt

AAA. Objectum. τὸν τοιοῦτον.

BBB. Quid huic objecto facere debeant, & quo modo, quove auxilio.

אאא. Quid ei facere debeant. καταρτίζετε.

בבב. Quo modo, quove auxilio. ἐν πνεύματι πραΰτητος. Conſiderare hic oportet,

aaa. Quid Apoſtolus intelligat verbis: πνεύματι πραΰτητος.

Adeoque

(*aaa*) Quid ſit πραΰτης.

(ββ) Quid πνεῦμα πραΰτητος.

bbb. Quid velit, quando dicit Ἐν πνεύματι πραΰτητος.

‡‡ Ratione ſuaſoriâ illud urgeat. Deſumpta eſt autem haec ratio a conſideratione ſui ipſius ſtatûs, & averruncatione periculi unicuique incumbentis. σκοπῶν σεαυτὸν μὴ καὶ σὺ πειρασθῇς.

†. Vult

Digitized by Google

אא. bb. (ββ) §§. l. ג

†. Vult ut conſideret quiſque ſuum ſtatum, (a) σκοπῶν σεαυτὸν.

††. Et ut periculum ſibi imminens avertere ſtudeat. μὴ καὶ σὺ πειρασθῇς. Ubi notetur

AAA. Periculum cuique, etiam illi, cui ut Spirituali officium, modò dictum, eſt praeſcriptum, incumbens.

אאא. Periculum ipſum eſt πειρασθῆναι.

בבב. Hoc admodùm emphaticè unicuique, etiam illi, qui ut Spiritualis lapſantem Fratrem corrigere debet Spiritu manſuetudinis, ob oculos ponitur verbis: καὶ σὺ. (b)

BBB. Studium illud averruncandi. μὴ.

ll. Altera. Cap. VI. 2. Ubi videas ⊢ Propoſitionem. Ἀλλήλων τὰ βάρη βαστάζετε.

†. Objectum indicatur verbis: Ἀλλήλων τὰ βάρη.

(a) Huc facit enallage numeri. σκοπῶν pro σκοπῶντες.

(b) Scilicet, talis tentatio a DEO ſapientiſſimo ſaepiùs immittitur ut caſtigatio, ſi quis ſe ſupra proximum lapſantem efferat, & manſuetudinem erga ipſum exercere detrectet: Ut igitur hoc periculum evitet, ſummopere convenit, ut Spiritu manſuetudinis emendare ſtudeat proximum lapſum.

Digitized by Google

ℵℵ.bb.(ββ)§§.//.— †.

AAA. Res ipſae ſunt τὰ βάρη.

BBB. Spectanturque, ut quibus non hic, vel ille tantùm, ſed quilibet, ſuo quiſque modo & tempore, premantur. Quod indicatur verbo ἀλλήλων.

††. Quo pacto circa hoc objectum gerere ſe debeant. βαστάζετε.

= Confirmationem, per modum adhortationis propoſitam. In quâ notare oportet,

†. Quid a *Galatis* exigat. Ἀναπληρώσατε τὸν νόμον τοῦ Χριστοῦ.

Hic conſideretur

AAA. Objectum, quod vocat τὸν νόμον τοῦ Χριστοῦ. (*a*)

BBB. Quo pacto ſe circa hoc objectum gerere debeant. ἀναπληρώσατε τὸν νόμον τοῦ Χριστοῦ.

††. Quod hoc ſpectet ut radicem, quae non poſſit non fructum hunc producere, ut alter alterius onus portet. καὶ ὕτως. (*b*)

בב. Exſtirpationem primae originis, ex quâ vitia hiſce monitis adverſantia proficiſcuntur. Cap. VI. 3-6. Quo pacto monita praecedentia ulteriùs adſtringuntur.

Prima

(*a*) Praeceptum CHRISTI eſt praeceptum caritatis. Vid. *Joh.* XV. 12.

(*b*) CHRISTUS hoc in parabolâ de *Samaritano* egregiè docuit. *Lucae* X. 30-36.

Digitized by Google

בב.

Prima autem illa origo eſt Faſtus, ſive opinio, quam quis de ſe ipſo habet, quâ ſe ſupra alios effert non agnoſcens, vel attendens, quod nihil prorſùs ex ſe ipſo habeat: Quo faſtu inflatus, ad defectus alterius animum advertit, ſe ipſum autem non explorat.

Hanc pravam radicem exſtirpare conatur Apoſtolus, docens

aa. Iſtiusmodi praeſumptionem ineptam eſſe ſui ipſius deceptionem. Cap. VI. 3. Εἰ γὰρ δοκεῖ τις εἶναί τι, μηδὲν ὤν, ἑαυτὸν φρεναπατᾷ.

Hic attendendum eſt

(aa) Ad ipſum Apoſtoli apophthegma. In quo

§. Fundamentum aliquod ponitur; quemcumque hominem, in ſe ſpectatum, nihil eſſe. μηδὲν ὤν.

§§. Huic fundamento ſuperſtruitur hoc apophthegma. Εἰ τις δοκεῖ εἶναί τι, ἑαυτὸν φρεναπατᾷ.

In quibus verbis

/. Caſus ponitur, nimiùm ſaepe contingens. Εἰ τις δοκεῖ εἶναί τι.

//. Sententia de iſtiusmodi caſu dicitur. φρεναπατᾷ ἑαυτὸν. ut qui *trabem in ſui ipſius oculis non videt.*

(bb) Quâ ratione inſerviat ulteriùs adſtringendae adhortationi praecedenti. Eo enim tendit, quod indicat particula γὰρ.

bb. Unumquemque potiùs ſe ipſum explorare debere, quam adverſus alterum gloriari, ſeque cum illius contemptu jactare. Cap. VI. 4. & 5. Hoc

(aa) Proponit Apoſtolus. Cap. VI. 4. Hic notetur

Digitized by Google

בב.bb.(aa)

§. Transitio, quam facit per particulam δὲ.

§§. Monitum ipsum. Quo

/. Inculcat officium, quod praecedere debeat. ἕκαστος τὸ ἔργον ἑαυτοῦ δοκιμαζέτω.

— Universalitas hujus praecepti indicatur per pronomen ἕκαστος.

= Praeceptum ipsum exprimitur verbis: δοκιμαζέτω τὸ ἔργον ἑαυτοῦ. Ubi perpendere oportet

†. Objectum. τὸ ἔργον ἑαυτοῦ.

††. Quo pacto circa hoc objectum unusquisque versari debeat. δοκιμαζέτω.

//. Docet, quid tunc demùm facere liceat. Quod explicat

— Θετικῶς. Positivè. καὶ τότε εἰς ἑαυτὸν μόνον τὸ καύχημα ἕξει. Ubi notetur

†. Limitatio temporis. καὶ τότε.

††. Privilegium ipsum, etiam cum aliquâ restrictione.

AAA. Privilegium ipsum exprimitur verbis: καύχημα ἕξει.

BBB. Restrictio. εἰς ἑαυτὸν μόνον.

= Ἀρνητικῶς. Negativè ad ulteriùs adstringendam restrictionem propositam. καὶ οὐκ εἰς τὸν ἕτερον.

(ββ) Confirmat. Cap. VI. 5.

Ubi videndum est,

/. Quid testetur Apostolus, tamquam universaliter verum. ἕκαστος τὸ ἴδιον φορτίον βαστάσει.

Hic

Digitized by Google

בב. bb. (ββ) §.

Hic perpendendum eſt,

I. Quid ſit τὸ ἴδιον φορτίον βαστάζειν.

Adeoque conſiderandum eſt,

— Quid Apoſtolus intelligat per τὸ ἴδιον φορτίον.

= Quid ſit illud βαστάζειν.

II. Quod hoc de omnibus, ceu univerſaliter, ſine exceptione, verum, affirmet. ἕκαστος βαστάσει τὸ ἴδιον φορτίον.

§§. Quo pacto hoc adhibeat in confirmationem. Quod indicat particula γάρ.

TABULA XXXV. SPECIALIS,

CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLAE

AD GALATAS.

CAP. VI. 6.

COntinet haec pericopa ádhortationem ſpecialem, docentem, quâ ratione illi, qui docentur, erga eos, qui ipſos docent, ſe gerere debeant, ut demonſtrent, ſe illis *inſervire in caritate*. Cap. VI. 6.

Signata eſt haec pericopa in Tabulâ Generali II. A. ב. *b*. (*α*) 2. BB.

Notetur hic

אא. Particula, tranſitum faciens. ג. (*a*)

בב. Monitum ipſum.

In quo conſiderandum eſt

aa. De objecto, ad quod monitum dirigitur, vel cui officium praeſcribit Apoſtolus. ὁ κατηχούμενος τὸν λόγον.

Ubi perpendendum eſt,

(αα) Quid Apoſtolus intelligat per τὸν λόγον.

(ββ) Qualis denotetur, quando dicitur ὁ κατηχούμενος τὸν λόγον.

bb. De

(*a*) Quaſi diceretur: Hoc non tantùm generatim decet, ſed ſingulari ratione eos, qui ab aliis erudiuntur.

Digitized by Google

בב. aa.

bb. De officio, quod ab eo exigit.

In quo contemplando, occurrit

(aa) Objectum, circa quod versari debeat. Quod exprimitur verbis, τῷ κατηχοῦντι.

(ββ) Quid ei facere debeat. Quod

§. Indefinitè exprimitur, verbo, κοινωνίτω.

§§. Amplificatur. ἐν πᾶσιν ἀγαθοῖς.

Digitized by Google

TABULA XXXVI. SPECIALIS,

CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLAE

AD GALATAS.

CAP. VI. 7-11.

CONtinet haec pericopa utrumque monitum, tùm de non explendis cupiditatibus carnis, tùm de caritate, quâ alter alteri inſervire debeat; inde a verſu 16. Capitis quinti, uſque ad hunc noſtrum, membratim inculcatum, nunc in unam ſummam denuò collectum. Cap. VI. 7-11.

Signata eſt haec pericopa in Tabulâ Generali II. A.ב.*b*.(β)

In hac pericopâ reperimus:

1. Gravem & perquam ſeriam obteſtationem, ne ſe patiantur contrariis opinionibus abduci. Cap. VI. 7. & 8.

AA. Summatim propoſitam. Cap. VI. 7. parte primâ. μὴ πλανᾶσθε.

BB. Confirmatam. Cap. VI. 7. parte ſecundâ & parte tertiâ, nec non verſu 8. Rationibus deſumptis א. A DEI omniſcientiâ & majeſtate. Cap. VI. 7. parte ſecundâ. Θεὸς δ' μυκτηρίζεται.

Digitized

1.BB.אא.

בב. A nexu, qui eſt inter opera hominum, & fructus, quos percipient. Qui

aa. Generatim indicatur, & in argumentum adducitur. Cap. VI. 7. parte tertiâ. Notemus hic

(*αα*) Ipſum aphoriſmum, ſive ſententiam. In quâ attendi meretur

§. Subjectum. Ἄνθρωπος.

§§. Praedicatum. Quo loquitur Apoſtolus

/. De Opere, quod praecedit, & ab homine patratur. ὃ ἐὰν σπείρῃ.

//. De fructu operi reſpondente. τοῦτο καὶ θερίσει.

(*ββ*) In argumentum adducitur; quod indicat particula γὰρ.

bb. Diſtributè, ad illuſtrationem & ulteriorem confirmationem. Cap. VI. 8.

Hic notare oportet

(*αα*) Particulam connexionis, quâ indicatur haec ad ulteriorem confirmationem, vel illuſtrationem, dici. ὅτι.

(*ββ*) Rem ipſam. Nimirùm ſententiam duplicem de duplici hominum genere.

§. Sententia prima, carnalibus hominibus denotat perniciem, ut fructum ſuorum operum.

/. Subjectum, de quo loquitur prima ſententia, indicatur his verbis: ὁ σπείρων εἰς τὴν ἑαυτοῦ σάρκα.

Digitized by Google

1.BB.בב.bb.(ββ)§ I.

Ubi perpendendum eſt,

— Quid denotetur per uniuscujuſque *carnem*: Dicit enim Apoſtolus τὴν ἑαυτῦ σάρκα.

= Qualis igitur ſit, qui dici mereatur ὁ σπείρων εἰς τὴν ἑαυτῦ σάρκα.

II. Praedicatum declarat,

— Quid ei exſpectandum ſit, exprimit verbis, θερίσει φθορὰν.

Hic perpendere oportet,

†. Quid Apoſtolus intelligat per φθορὰν.

††. Quod hoc conſideret ut eventum, quem exſpectandum habeat. θερίσει.

= Certitudinem hujus eventûs ſignificat, indicatione cauſſae hujus φθορᾶς. ἐκ τῆς σαρκὸς.

§§. Sententia altera, priori oppoſita, ſuo quoque ſubjecto & praedicato conſtat.

I. Oppoſitio, quâ indicatur, de alio planè hominum genere, ejuſque ſorte, nunc dicturum Apoſtolum, indicatur per particulam δὲ.

II. Sententia ipſa,

— Subjectum indicat: ὁ σπείρων εἰς τὸ πνεῦμα.

Ubi pariter videndum eſt,

†. Quid

Digitized by Google

1. BB. בב. bb. (ββ) §§. ||.

†. Quid Apoſtolus intelligat per τὸ πνῦμα.

††. Qualis igitur ſit, qui dici mereatur. ὁ σπείρων ΕΙΣ τὸ πνῦμα.

= Praedicatum declarat felicem ſortem, ei certò exſpectandam.

†. Quid exſpectandum habeat, exprimit Apoſtolus his verbis: θερίσει ζωὴν αἰώνιον. Ubi perpendendum eſt,

AAA. Quid Apoſtolus intelligat per ζωὴν αἰώνιον.

BBB. Quod haec ſpectet ut eventum, quem exſpectandum habeat. θερίσει ζωὴν αἰώνιον.

††. Certitudinem exſpectationis pariter, ex conſideratione cauſſae, derivat. ἐκ τῦ πνεύματος.

2. Stimulationem ad expellendum omnem in his teporem. Cap. VI. 9. & 10.

AA. Generatim expreſſam & confirmatam. Cap. VI. 9. Notemus hic

ℵℵ. Propoſitionem. Τὸ δὲ καλὸν ποιῦντες μὴ ἐκκακῶμεν.

aa. Particula tranſitum faciens eſt δὲ. (a)

bb. Res ipſa ſic exprimitur: τὸ καλὸν ποιῦντες μὴ ἐκκακῶμεν.

(a) Quaſi diceret: Nolite putare, quod ſufficiat benè coepiſſe &c.

2. AA. אא. *bb.*

(αα) Pro hypotheſi ponit, verè credentes τὸ καλὸν ποιεῖν.

(ββ) Inſtigat *Galatas*, ſe ipſum, & alios ad alacritatem. μὴ ἐκκακῶμεν.

בב. Ejusdem confirmationem, ſpe factâ exoptatiſſimi fructûs, hinc exſpectandi. Videamus hic,

aa. Quid polliceatur ſibi & aliis, quâve conditione.

(αα) Promiſſio eſt meſſis, ſuo tempore exſpectanda.

§. Rem ipſam eâdem, ut ſuprà, Metaphorâ exprimit. θερίσομεν.

§§. Patienter hoc exſpectandum eſſe innuit, quando *proprio* ſuo *tempore*, hoc futurum eſſe addit. καιρῷ ἰδίῳ.

(ββ) Conditio annexa exprimitur verbis: μὴ ἐκλυόμενοι. Hic perpendendum eſt,

§. Quid ſit μὴ ἐκλύεσθαι.

§§. Quod hoc ab exſpectatione, modò indicatâ, ſejungi non poſſit. Quod indicat participialis locutio. ἐκλυόμενοι.

bb. Quod hoc promiſſo, ut ſtimulo, utatur ad urgendam ſuam adhortationem. Quod indicat particula γὰρ.

BB. Speciatim applicatam caritati, tùm communi, tùm fraternae, tempeſtivè exercendae: Cap. VI. 10.

NN. Applicatio fit, per modum concluſionis, ex dictis: Ἄρα οὖν.

בב. Poſtu-

Digitized by Google

2.BB.אא.

בב. Poſtulatum exprimitur in hunc modum: ὡς καιρὸν ἔχομεν, ἐργαζώμεθα τὸ ἀγαθὸν πρὸς πάντας, μάλιστα δὲ πρὸς τοὺς οἰκείους τῆς πίστεως.

Hic notemus

aa. Bimembrem, ad caritatis exercitium, ſtimulationem.

(αα) Univerſim. ἐργαζώμεθα τὸ ἀγαθὸν πρὸς πάντας.

§. Objectum univerſale exprimitur verbis, πρὸς πάντας.

§§. Officium ei praeſtandum, ad quod ſe ipſum pariter ac *Galatas* ſtimulat, exprimitur verbis, ἐργαζώμεθα τὸ ἀγαθὸν.

Perpendendum hic eſt,

/. Quid intelligatur per τὸ ἀγαθὸν.

//. Quaenam emphaſis ſit verbi ἐργαζώμεθα, in hac phraſi: ἐργαζώμεθα τὸ ἀγαθὸν.

(ββ) Singulari ratione. μάλιστα δὲ πρὸς τοὺς οἰκείους τῆς πίστεως.

Hic rurſus attendere oportet ad

§. Objectum, quod indicatur verbis: πρὸς τοὺς οἰκείους τῆς πίστεως. Perpendatur hic

/. Perſonarum, de quibus loquitur Apoſtolus, deſcriptio. Vocat eos οἰκείους τῆς πίστεως.

Ubi videre oportet,

— Quid Apoſtolus intelligat, nomine, τῆς πίστεως.

= Quaenam iſta relatio horum hominum ad

Digitized by Google

2.BB.בב.aa.(ββ)§./.=

ad πίστιν sit, quam Apostolus exprimit per nomen ἀκέως.

//. Quod eos hic proponat ut objectum officii requisiti. Quo pertinet particula, πρὸς.

///. Quid huic objecto faciendum sit. Quod

/. Generatim intelligitur, repetendo ἀπὸ τῦ κοινῦ verba: ἐργαζώμεθα τὸ ἀγαθὸν.

//. Indicatur singulari ratione huic objecto prae caeteris praestandum esse. μάλιστα δὲ. Notetur hic

— Particula adversativa, δὲ. Quasi dicat: Hoc, in genere, non sufficit: SED aliquid Specialius quoque a nobis postulat status noster.

= Praestantia hujus Specialoris officii; indicata adverbio, μάλιστα.

bb. Excitationem, ad hoc tempestivè, & sine morâ faciendum. ὡς καιρὸν ἔχωμεν.



TA-

Digitized by Google

TABULA XXXVII. SPECIALIS,
CONTINENS
ANALYSIN EPISTOLAE
AD GALATAS.
CAP. VI. 11-18.

CONtinet haec pericopa Epiſtolae Epilogum. In quo *Paulus* illa, quae ſcripſerat, *Galatarum* animis perquam ſeriò & graviter inculcat. Cap. VI. 11-18.

Signata eſt haec pericopa in Tabulâ Generali II. B. In eâ hoc ordine progreditur:

א. Attentionem *Galatarum* excitat, volens, ut conſiderent, quantam Epiſtolam ſuâ manu ſcripſerit. Quod, cum eſſet occupatiſſimus, indicio erat, quantopere ipſi cordi eſſet hoc negotium. Cap. VI. 11.

Notemus hic

a. Quid fecerit Apoſtolus.

Scripſit ſcilicet

(α) Epiſtolam ſatis longam. πηλίκοις ὑμῖν γράμμασιν ἔγραψα.

(β) Et quidem propriâ manu. τῇ ἐμῇ χειρί.

b. Vult, ut hoc ad animum revocent. Ἴδετε.

ב. Ipſam hujus Epilogi materiam facit:

a. Deſcriptionem ſcopi & inſtituti Adverſariorum; a quo ſuum longè diverſiſſimum eſſe, & hoc quidem

Digitized by Google

ב.a.

jure merito, declarat; ut hoc pacto inſtiget *Galatas*, ut ſui potiùs, quam Adverſariorum, imitatores eſſe allaborent. Cap. VI. 12. 13. 14. 15. & 16.

Deſcribit igitur

(α) Adverſariorum ſcopum & inſtitutum. Cap. VI. 12. & 13.

1. Indicans, quaenam eorum vera intentio ſit, in hac *Galatarum* perturbatione. Cap. VI. 12.

AA. Subjectum, de quo agit, hoc charactere, ex quo omnes cognoſci poſſint, inſignit: ὅσοι θέλουσιν εὐπροσωπῆσαι ἐν σαρκὶ.

Notemus hic

ℵℵ. Ipſam horum hominum deſcriptionem. θέλουσιν εὐπροσωπῆσαι ἐν σαρκὶ.

aa. Hypocriſin eorum eleganter deſcribit Apoſtolus; ita ut doceat,

(αα) Quod larvam induant hominum religioſorum. Quod exprimit verbo εὐπροσωπῆσαι.

(ββ) Quod nequidem verè priorum hominum, ſed tantùm illorum, qui omne ſtudium in externis ritibus, qui corpore peraguntur, ponunt, imitatores agant. Quod exprimit, addens ἐν σαρκὶ.

bb. Ad hanc hypocriſin indicat eos dirigere omnes ſuos conatus. θέλουσιν.

בב. Univerſitatem illorum exprimit, per vocem ὅσοι.

BB. Prae-

Digitized by Google

ב.א.(α)1. AA.
BB. Praedicatum indicat,
אא. Quid faciant iſtiusmodi homines *Galatis.* ὅτοι ἀναγκάζουσιν ὑμᾶς περιτέμνεσθαι.
In quibus verbis notetur
aa. Aliqua, ipſi praedicato juncta, repetitio ſubjecti, emphaſin habens ὅτοι.
bb. Factum, quod eis tribuit. ἀναγκάζουσιν ὑμᾶς περιτέμνεσθαι.
בב. Quo fine, & quidem unico.
aa. Rem, quam cupiant, indicat. τῷ σταυρῷ τοῦ Χριστοῦ μὴ διώκεσθαι.
(αα) Supponit ob crucem CHRISTI perſecutiones graſſari.
§. Generatim, perſecutiones graſſari.
§§. Speciatim, eas excitari ob *crucem CHRISTI.*
(ββ) Adverſariis tribuit, quod ab his perſecutionibus immunitatem quaerant. μὴ διώκωνται τῷ σταυρῷ τοῦ Χριστοῦ.
bb. Hunc eſſe eorum finem, eumque unicum.
(αα) Quod hic eorum finis ſit, indicatur per particulam ἵνα.
(ββ) Quod unicus hic finis ſit, (non gloria DEI, non ſalus *Galatarum*) indicatur per vocem μόνον.
2. Idque ex actis eorum probat. Cap. VI. 13.
Videamus hic,

Digitized by Google

ב.א.(α)2.

A A. Quid Apoſtolus *Galatarum* perturbatoribus tribuat.

Ubi rurſùs perpendere oportet

אא. Subjectum, de quo loquitur Apoſtolus, cum emphaſi quadam indicatum.

aa. Subjecti indicatio fit verbis οἱ περιτεμνόμενοι.

bb. Emphaſeos cauſſâ additur αὐτοὶ.

בב. Praedicatum, quod ipſis tribuit:

aa. Ἀνητικῶς. Quod *non obſervent Legem.* οὐδὲ φυλάσσουσι νόμον.

bb. Θετικῶς, quod aliam ob cauſſam, quam ex reverentiâ erga Legem, *Galatarum* circumciſionem cupiant.

Videamus hic,

(αα) Quid poſitivè his hominibus tribuat, quamque ob cauſſam.

Ubi indicat,

§. Quid *Galatis* faciant. θέλουσιν ὑμᾶς περιτέμνεσθαι.

§§. Quid eos ad hoc impellat. Hic perpendendum eſt,

/. Quid cupiant. Quod Apoſtolus exprimit verbis: καυχήσωνται ἐν τῇ ὑμετέρᾳ σαρκὶ.

Conſiderandum hic eſt,

— Quid Apoſtolus intelligat per *carnem Galatarum*: Dicit enim τῇ ὑμετέρᾳ σαρκὶ. (a)

= Quid

(a) Nimirum, Corpus circumciſione praeputio privatum.

Digitized by Google

ב.a.(a)2.AA.בב.bb.(aa)§§./.—

= Quid ſit in illâ *gloriari*. καυχᾶσθαι ἐν [αὐτῇ]. (a)

//. Quod hic eorum finis ſit, ad quem tendant. Quo pertinet particula ἵνα.

(ββ) Quod hoc opponat vero ſtudio & obſervantiae Legis. ἀλλὰ.

BB. Quod hoc afferat in confirmationem ejus, quod commate praecedenti dixerat. Quod indicat, particula, γὰρ.

(β) Suum, contrà, alienum ab iſtiusmodi ſtudio, animum, ex purioribus principiis proficiſcentem. Cap. VI. 14. 15. & 16.

1. Tranſitum facit per particulam adverſativam, δὲ. Indicantem, quod velit *Galatas* ſcire, ſe planè alio, quam illos Adverſarios, eſſe animo.

2. Proteſtatur de ſuo animo & ſtudio, ejuſdemque rationibus. Ubi

AA. Proteſtationem ſuam proponit, removens a ſe omnem gloriationem, praeter illam, quae eſt in cruce JESU CHRISTI Dómini noſtri. Cap. VI. 14. parte priori.

Ubi notare oportet,

ΝΝ. Quam gloriationem non averſetur. Nimirùm καυχᾶσθαι ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

aa. Materiam, vel fundamentum gloriandi dicit *crucem Domini noſtri JESU CHRISTI.*

 bb. In-

(a) Id eſt, gloriari, quod *Galatas* eo adegerint.

Digitized by Google

ב.a.(β)2.AA.אא.*aa*.

bb. Innuit se istam gloriationem minimè aversari.

בב. Omnem aliam verò se aversari vehementissimè. μὴ γένοιτο ἐμοὶ καυχᾶσθαι, εἰ μὴ.

BB. Protestationem suam amplificat, justamque esse ostendit. Cap. VI. 14. parte posteriori. 15. & 16.

אא. Amplificat. Cap. VI. 14. parte posteriori. Exponens duplicem in se CHRISTI, vel crucis CHRISTI, effectum. δι' ὃν ἐμοὶ κόσμος ἐσταύρωται, κἀγὼ τῷ κόσμῳ.

aa. Duo igitur affirmat.

(αα) Mundum sibi crucifixum esse; id est, mundum nihil virium, quibus ipsum vincere posset, habere, quin potiùs contemptui & abominationi sibi esse. ἐμοὶ κόσμος ἐσταύρωται.

Hic perpendere oportet

§. Subjectum. κόσμος.

§§. Praedicatum. ἐσταύρωται ἐμοὶ.

(ββ) Se Mundo quoque crucifixum esse. κἀγὼ τῷ κόσμῳ.

§. Res ipsa, quam affirmat, est, quod Mundo sit crucifixus.

§§. Hoc cum priori asserto conjunctum esse indicat, per particulam καὶ in voce κἀγὼ.

bb. Horumque caussam indicat esse CHRISTUM, ejusque crucem.

Quod

Digitized by Google

ב.α.(β)2.BB.אא.bb.

Quod significat per particulas δι' ὃ.

Hisce non deterreri se docet, sed potiùs stimulari ad unicè in CHRISTI cruce gloriandum.

בב. Justam esse ostendit. Cap. VI. 15. & 16.

Argumentis, desumptis

aa. Ab inutilitate illorum, in quibus alii gloriabantur, indicato unico gloriandi in cruce CHRISTI fundamento. Cap. VI. 15.

Ubi videndum est,

(αα) Quid asserat Apostolus:

§. Ἀνηκτικῶς. Ubi occurrit duplex enunciatum negativum.

I. Spectans circumcisionem: De quâ negat, quod aliquem in CHRISTO JESU valorem habeat.

— Subjectum est περιτομὴ.

= Praedicatum. οὔτε τι ἰσχύει ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Quibus verbis

†. Denegat circumcisioni omnem valorem. οὔτε τι ἰσχύει.

††. Indicat, quo respectu, vel quo fundamento hoc dicat. ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. (a)

II. Spe-

(a) Ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Ratione illorum, qui in CHRISTO sunt; illis nihil operatur circumcisio. Habent enim in CHRISTO omne quod ad eorum salutem necessarium est. Neque circumcisio necessaria est ad consequendam vel ad demonstrandam communionem cum CHRISTO.

ב.α.(β)2.BB.בב.αα.(αα)§./.

//. Spectans praeputium: De quo idem, quod de circumciſione, ſtatuit. ὅτε ἀκροβυστία.

§§. Θετικῶς. Ubi poſitivè declarat, quid valeat, & fundamentum gloriandi in CHRISTO praebere poſſit. Quod

/. Declarat, dicendo καινὴ κτίσις. Supplendum enim eſt ἰσχύει ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

//. Opponit illis, in quibus vana poneretur gloriatio, per particulam ἀλλὰ.

(ββ) Quod hoc afferat, ad demonſtrandum, juſtam eſſe illam, quam propoſuerat, propoſitionem. Quo pertinet particula γὰρ.

bb. Ab eximio fructu, quem omnes percepturi ſint, qui ſecundum hunc canonem incederent. Cap. VI. 16.

(αα) Connectitur haec ſecunda ratio cum priori. per particulam καὶ.

(ββ) Ipſum argumentum hujus commatis eſt: ὅσοι τῷ κανόνι τούτῳ στοιχήσουσιν, εἰρήνη ἐπ' αὐτοὺς καὶ ἔλεος, καὶ ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ τοῦ Θεοῦ.

Ubi conſiderandum eſt

§. De Subjecto. Quod

/. Deſcribitur ab actuoſitate quâdam.

Digitized by Google

ב.a.(β)2.BB.בב.bb.(ββ)§.I.

dam. Nimirùm ſubjectum, de quo loquitur, ſunt, qui τῷ κανόνι τούτῳ στοιχήσουσι.

Ubi perpendi debet

— Norma, indicata cum reſpectu ad praecedentia. τῷ κανόνι τούτῳ.

= Actuoſitas ad hanc normam compoſita. Quae eſt στοιχεῖν τῷ κανόνι τούτῳ.

//. Nullo diſcrimine habendum eſſe indicatur. per vocem ὅσοι.

§§. De praedicato, quò inſignis illi ſubjecto promittitur felicitas. εἰρήνη ἐπ' αὐτοὺς καὶ ἔλεος, καὶ ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ τοῦ Θεοῦ.

Hic notetur

I. Promiſſio ſubjecto, modò deſcripto, facta.

Ubi reperimus

— Beneficium duplex, vel ſaltem pro duplici relatione duplici denominatione expreſſum.

†. Εἰρήνη.

††. Καὶ ἔλεος.

= Applicationem ejus, quâ addicitur ſubjecto modò deſcripto. ἐπ' αὐτούς.

Digitized by Google

ב.a.(β)2.BB.בב.bb.(ββ)§§.1.

II. Ejuſdem extenſio ad *Iſraëlem DEI.*

Ubi perpendenda venit

— Res ipſa, quae continet ejusdem beneficii applicationem ad *Iſraëlem DEI.*

Conſiderandum hic eſt

†. De objecto, quod exprimit Apoſtolus, per verba, τὸν Ἰσραὴλ τῦ Θεῦ.

††. De applicatione beneficii modò memorati huic objecto facta. ἐπ' [αὐτὸν εἰρήνη καὶ ἔλεος]. Haec enim ἀπὸ τῦ κανῦ repetenda ſunt.

= Ejuſdem connexio, cum promiſſione factâ illis, qui ſecundum canonem praeſcriptum incedunt. per particulam καὶ.

b. Concluſionem dehortatoriam, ne quis ſibi, ut qui manifeſtiſſima habeat documenta, quod in ſervis Domini JESU numerandus ſit, moleſtiam faceſſat; cum illi, qui hoc facerent, hac moleſtiâ, ipſum Dominum laceſſituri forent; idque non impune laturi. Cap. VI. 17.

(α) Quod hoc monito pertractationem ſuam ad finem perducere velit, indicat particulâ τῦ λοιπῦ.

(β) Concluſionis argumentum continet

§. De-

Digitized by Google

ב b.(β)

§. Dehortationem. Quae perpendi poteſt,

/. Quoad rem ipſam, quam diſſuadet. παρέχειν αὐτῷ κόπους.

//. Quoad univerſalitatem. Non hos illoſve, ſed univerſim omnes, a moleſtiâ ſibi faceſſendâ, dehortatur. μηδεὶς.

§§. Dehortationis confirmationem, ex eo deſumptam, quod documenta in ipſo ſuo corpore exhibere poſſit, quibus palam fiat, ſe eſſe in fidelibus CHRISTI Domini ſervis numerandum.

Videre hic eſt,

/. Quid de ſe teſtetur: Ἐγὼ τὰ στίγματα τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ ἐν τῷ σώματί μου βαστάζω.

— Documenta exprimit phraſi a more veterum, qui ſervos ſtigmate quodam ſignare ſolebant, deſumptâ.

†. Conſiderans JESUM ut Dominum, ſervos habentem. Quando dicit τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ.

††. Commemorans ejus στίγματα, quibus ſervos ſuos notet, atque ſuos eſſe oſtendat.

= Declarat ſe illa geſtare in corpore ſuo.

†. Generatim dicens, ſe ea βαστάζειν.

AAA. Non ſine emphaſi adhibet pronomen primae perſonae, Ἐγὼ, ad ſignificandum ſe eſſe hujus enunciati ſubjectum.

BBB. In praedicato emphaſin habet verbum βαστάζω, gravitatem moleſtiae ſubindicans.

 ††. Spe-

ב.b.(β)/.§§.= †.

††. Speciatim addens, ἐν τῷ σώματί μου.

//. Quod hoc adhibeat in argumentum ſuaſorium. Quod indicat particula γὰρ.

Digitized by Google

TABULA XXXVIII. SPECIALIS,

CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLAE

AD GALATAS.

CAP. VI. 18.

CLauſula obſignatoria hoc ultimo continetur commate.

Quod ſignatum eſt in Tabulâ Generali III.

In eo videre eſt

A. Votum, quod Apoſtolus in fine ſuarum Epiſtolarum nuncupare ſolet.

Notari meretur

א. Blanda compellatio. Ἀδελφοὶ.

ב. Apprecatio inſignis boni.

a. Bonum hoc comprehenditur phraſi: ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

(α) Auctorem boni hic iterùm (uti Cap. 1. 3.) deſcribit.

(β) Bonum, ab eo exſpectandum, hic etiam rurſùs exprimit, nomine χάρις.

b. Apprecatur hoc *Galatis*, in hunc modum. μετὰ τοῦ πνεύματος ὑμῶν.

B. Obſignationem hujus voti, ſimulque totius Epiſtolae, per voculam, Ἀ Μ Ὴ Ν.

Digitized by Google

INDEX

Prolegomenorum, quae Analyſibus hujus EPISTOLAE AD GALATAS

PRAEMISI.

Diviſi haec Prolegomena in Septem Capita.

Ium. CAPUT agit de *Titulo* hujus Epiſtolae. Quo demonſtrare ſategi, eam verè ab Apoſtolo *Paulo* eſſe ſcriptam: Et, ab initio temporis Novi Teſtamenti, ut talem agnitam, & ſummo jure in Canonem relatam eſſe. pag. 1--9.

IIum. CAPUT enarrat nonnulla, quae ſpectant Regionem GALATIAM dictam: Diſputatque de *Galatis*, inter quos fuerint, praecipue quidem & ab origine *Ethnici*; ſed quibus deinde quoque permixti fuerint *Judaei:* Singulatim autem agit de GALATARUM Eccleſiâ, per *Paulum* plantatâ, & inquirit, ad quos data ſit haec Epiſtola. pag. 9--21.

IIIum. CAPUT pergit, ad inveſtigationem temporis, quo haec Eccleſia, per *Paulum*, fundata ſit. pag. 21-29.

IVtum. CAPUT diſquirit, quo tempore, & quo loco, haec Epiſtola ad *Galatas* miſſa ſit. pag. 29-35.

Vtum. CAPUT tendit, viâ ſic munitâ, ad detegendam occaſionem ſcribendi hanc Epiſtolam. pag. 35-38.

VItum. CAPUT pergit ad definiendum ſtatum Controverſiae principalis, quam hic pertractat Apoſtolus. pag. 38-56.

VIItum. CAPUT oſtendere allaborat Scopum, quem ſibi praefixit Apoſtolus; & Methodum, quam in hac Epiſtolâ ſervat, ad hunc Scopum aſſequendum. pag. 56. & 57. Ad oſtendendam hanc Methodum ſubjiciuntur analyticae Tabulae.

Et quidem primo TABULA GENERALIS, monſtrans OEconomiam totius Epiſtolae. pag. 58-69. Sequuntur TABULAE SPECIALES XXXVIII. Quarum ſeriem vid. pagg. ſeqq.

SE-

Digitized by Google

SERIES
TABULARUM SPECIALIUM.

		Tab. Spec.	Pag.
I.	CAP. I. 1-6.	I.	69.
II. A. א. *a.* (*α*)	CAP. I. 6.	II.	79.
(*β*)	CAP. I. 7.	III.	82.
b. (*α*)	CAP. I. 8. & 9.	IV.	84.
(*β*) 1. AA. אא. *aa.*	CAP. I. 10.	V.	88.
bb.	CAP. I. 11. & 12.	VI.	91.
בב. *aa.*	CAP. I. 13. & 14.	VII.	94.
bb. (*αα*)	CAP. I. 15-18.	VIII.	96.
(*ββ*) §.	CAP. I. 18. 19. & 20.	IX.	99.
§§.	CAP. I. 21-II. 1.	X.	102.
BB. אא. *aa.* (*αα*)	CAP. II. 1. & 2.	XI.	104.
(*ββ*)	CAP. II. 3-6.	XII.	108.
bb. (*αα*)	CAP. II. 6.	XIII.	113.
(*ββ*) §.	CAP. II. 7. 8. & 9. p. pr.	XIV.	116.
§§.	C. II. 9. p. poſt. & 10.	XV.	119.
בב. *aa.*	CAP. II. 11.	XVI.	122.
bb. (*αα*)	CAP. II. 12. & 13.	XVII.	124.
(*ββ*)	CAP. II. 14-III. 1.	XVIII.	128.
2. AA.	CAP. III. 1.	XIX.	144.
BB. אא. *aa.*	CAP. III. 2-5.	XX.	146.
bb. (*αα*)	CAP. III. 5-15.	XXI.	150.
(*ββ*) §. /.—	CAP. III. 15-19.	XXII.	171.
=†.	CAP. III. 19-IV. 1.	XXIII.	180.
††.	CAP. IV. 1-8.	XXIV.	200.
//.—	CAP. IV. 8-12.	XXV.	213.
=	CAP. IV. 12-19.	XXVI.	219.
§§.	CAP. IV. 19-V. 1.	XXVII.	230.

בב.

Digitized by Google

	Tab. Spec.	Pag.
II. A. א. b. (β) 2. BB. אא. בב. aa.	Cap. V. 1.	XXVIII. 248.
bb. (aa)	Cap. V. 2-7.	XXIX. 251.
(ββ)	Cap. V. 7-13. p. post.	XXX. 260.
ב. a.	C. V. 13. p. post. 14. & 15.	XXXI. 269.
b. (α) 1. AA.	Cap. V. 16.	XXXII. 273.
BB.	Cap. V. 17-26.	XXXIII. 275.
2. AA.	Cap. V. 26-VI. 6.	XXXIV. 288.
BB.	Cap. VI. 6.	XXXV. 296.
(β)	Cap VI. 7-11.	XXXVI. 298.
B.	Cap. VI. 11-18.	XXXVII. 305.
III.	Cap. VI. 18.	XXXVIII. 317.

Digitized by Google

SPECIMEN ANALYTICUM
IN
EPISTOLAM PAULI
AD
EPHESIOS;

Quae, ratione habita ordinis temporis, quo ſingulae ab *APOSTOLO* ſcriptae ſunt Epiſtolae,
EST
PENULTIMA:
Inſerviens, conſideratis attentè ad eam Prolegomenis,
INVESTIGATIONI
SENSUS, SCOPI, ET FILI SERMONIS
ILLIUS EPISTOLAE:
ADORNATUM
AB

HIERONYMO VAN ALPHEN,
S. S. Theol. DOCTORE, & in Univerſitate,
quae TRAJECTI ad RHENUM eſt,
PROFESSORE PUBLICO ORDINARIO.

EDITIO SECUNDA.

TRAJECTI ad RHENUM.

Apud GISBERTUM à PADDENBURG, & FILIUM, 1746.

Digitized by Google

MATTHAEI V. 18.

Ἀμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν, ἕως ἂν παρέλθῃ ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ,
ἸΩΤΑ ἘΝ Ἢ ΜΙΑ ΚΕΡΑΙΑ.
οὐ μὴ παρέλθῃ.

Digitized by Goo

BENEVOLE LECTOR,

Cogitaveram tres PAULI Epiſtolas ultimas,
Quae mihi ſunt:

I. ad TIMOTHEUM; haec ad EPHESIOS, II, ad TIMOTHEUM,

ſimul in lucem edere: Sed ad votum ardentiſſimum Biblio-
polae, mutavi propoſitum. Tamen, Θεῷ διδόντος, duae
modò laudatae proxime ſequentur.

terim obnixè Te rogatum volo, ut, quae hic vides,
errata benevolè emendes,

E R R A T A

In Analyſi Epiſtolae ad *Epheſios*.

Pag. 154.	lin. 10.	*exhibet* l. *exhibetur*.
174.	15.	in notis. ſpecitim apertinet. l. ſpeciatim pertinet.
188.	4.	in notis. tribuatr. l. tribuatur.
197.	2.	in notis fundadur. l. fundatur.
207.	1.	in notis ſic legas: הבא has habere ſignificationes; priorem עולם הזה ſignificare tempus V. Teſtamenti; poſteriorem vero tempus N. T. Alter vero contendit,
217.	20.	in notis, *cuſu*. l. *caſu*.
214.	10.	in notis. declaratienes. l. declarationes.
——	12.	—— faciontis l. facientis.
——	21.	—— oblationem. l. oblationis.
263.	2.	in notis. faceins. l faciens.
307.	5.	CAP. III. 2 3. l. CAP. IV. 2. 3.
316.	10.	in notis. κατάτερα. l. ἀνάτερα.
449.	1.	in notis. expoſitio. l. expoſitio.
——	4.	Simplicisſim. l. Simplicisſimum.

Digitized by Google

CONSPECTUS

Digitized by Google

CONSPECTUS τῶν PROLEGOMENÔN
Ad Epiſtolam ad EPHESIOS.

Continent illa IV. DISSERTATIONES ISAGOGICAS.

PRIMA DISSERTATIO ISAGOGICA habet duo CAPITA.

CAPUT PRIMUM agit de SCRIPTORE hujus Epiſtolæ.

CAPUT SECUNDUM inquirit in illos, ad quos haec Epiſtola, quæ ad EPHESIOS dicitur, miſſa eſt.

SECUNDA DISSERTATIO agit de *Urbe* EPHESO, ejusque incolis, & forma Regiminis Politici; Nec non de JONUM, & ſpeciatim EPHESIORUM, cultu Religioſo, inſtitutis, & moribus.

Continet haec DISSERTATIO SECUNDA duo CAPITA.

CAPUT PRIMUM diviſum eſt in quatuor membra.

Membro primo diſputatur de Nominibus antiquis hujus Urbis.

Membro ſecundo, de ſitu, commodis, ornamentisve Urbis *Epheſiorum*.

Membro tertio, de fatis ejusdem.

Membro quarto, de forma Regiminis Politici.

CAPUT SECUNDUM agit de cultu religioſo, inſtitutis, & moribus *Epheſiorum*. Dividitur hoc Caput in tria membra.

Membro primo diſſeritur de ETHNICORUM EPHESIORUM cultu idololatrico, & de eorundem inſtitutis, & moribus.

Hoc membrum comprehendit duos articulos.

Articulo primo, conſideramus de cultu publico idololatrico.

Articulo ſecundo, de inſtitutis, & moribus Gentilium *Epheſiorum*.

Membro ſecundo, de CHRISTIANISMO *Epheſiorum*.

Membro tertio, de ſtatu JUDAISMI apud *Epheſios*.

TERTIA DISSERTATIO inquirit in *locum*, *tempus*, *occaſionem*, & *ſcopum* hujus Epiſtolae. Habetque duo CAPITA.

PRIMO, inveſtigatur *locus* & *tempus* ſcriptionis. Et quidem

Membro primo inquiritur in *locum*, unde ſcripta ſit haec Epiſtola.

Membro altero, in *tempus* ſcriptionis.

SECUNDO CAPITE indagatur *occaſio*, quae *Apoſtolo* data eſt ad ſcribendum, & hinc profluens *ſcopus*. Habetque duo membra.

Primo membro diſputatur de *occaſione*.

Altero membro, de *ſcopo*. De quo agitur

Articulo primo, acervatim.

Articulo ſecundo, membratim inquiritur, an Apoſtolus ad magicas artes in genere, vel in ſpecie ad praeſtigias APOLLONII TYANAEI reſpiciat.

QUARTA DISSERTATIO agit de METHODO, qua Apoſtolus ad ſcopum, proxime praecedentis DISSERTATIONIS, CAPITE SECUNDO, *Membro ſecundo*, Articulo primo, §. VII. indicatum, aſſequendum utitur: & Epiſtolae hujus totius OECONOMIA.

In duo CAPITA partimur hanc QVARTAM DISSERTATIONEM.

PRIMUM CAPUT agit de METHODO, qua Apoſtolus in hac Epiſtola utitur.

ALTERUM CAPUT repraeſentat totius Epiſtolae OECONOMIAM.

Digitized by Google

Has DISSERTATIONES ISAGOGICAS ſequuntur TABELLAE Speciales. Quibus ſingulae pericopae minores, in Oeconomia generali acervatim repraeſentatae, membratim, in minores particulas ſectae, contemplandae ſiſtuntur.

DISSERTATIO ISAGOGICA PRIMA IN EPISTOLAM AD EPHESIOS.

CAPUT PRIMUM

AGIT

De Scriptore hujus Epiſtolae.

§. 1.

MOre ſolito nomen ſuum in fronte hujus Epiſtolae poſuit Apoſtolus *Paulus*; cujus proſopographiam hic praemittere ſupervacaneum eſt. Quod ſolius Pauli, non, uti in quibusdam aliis Epiſtolis, *Timothei* quoque nomen compareat, cum Cl. V. *Till*, inde eſſe cenſemus, quod hoc tempore *Timotheus* non fuerit apud *Paulum*, Romae catenis conſtrictum. Qua de re infra, ubi de tempore diſputabimus, adhuc dicendi erit locus.

Potius notanda erunt quaedam teſtimonia Veterum, quibus conſtat, ab omni aevo Chriſtiano, agnitum fuiſſe *Paulum* Apoſtolum hujus Epiſtolae Scriptorem.

§. 2. In Epiſtola *Ignatii ad Epheſios* (quae tamen inter interpolatas numeratur) ita citantur verba Epheſ. IV.

Digitized by Google

4. 5. 6. ut praemittatur ὡς Παῦλος ὑμῖν ἔγραφεν p. m. 48. Qui idem locus, ſaltem verſus 4, quoque *Paulo* tribuitur in Epiſtola, Ignatio adſcripta, ad Philippenſes pag. mihi 159. col. 1. confer pag. 158. col. 2. quem eundem locum quoque, ut auctoritatem probandi habentem, adductum videas p. m. 118. col. 1. Vol. II. Patt. App. Cotelerii.

§. 3. Verba, quae leguntur Eph. IV. 26. in antiqua verſione Epiſtolae S. Polycarpi p. m. 189. citantur, ut verba *Scripturarum*. Sic in Conſtitt. Apoſtolicis p. m. 259. Eph. II. 17. ut *ſcriptum* citatur. Ut Apoſtoli verbum, *Origenem*, homil. VI. in Numeros, citare dictum, quod extat Eph. IV. 30. in notis Cotelerii ad Hermam. p. m. 91. Vol. 1. Patt. Apoſtol. obſervatum video. Praetereo multa loca, quae ex iisdem Patt. Apoſtolicis notari poſſent, in quibus verba quaedam & monita, quae in hac Epiſtola reperiuntur, uſurpantur.

§. 4. Apud *Irenaeum* crebra hujus Epiſtolae mentio eſt. *Paulus* (inquit Irenaeus lib. V. contra haereſ. cap. XIV. edit. Maſſueti p. m. 310.) *ait Epheſiis: In quo habuimus redemptionem &c.* Eph. I. 7. *& rurſus eisdem: Vos, qui aliquando eratis longe &c.* Eph. II. 13. *& iterum: Inimicitias &c.* Eph. II. 14. 15. Verba, quae viſuntur Eph. I. 10. mox poſt mentionem *Pauli* factam, leguntur lib. V. c. 20. p. m. 317. col. 2. Capite autem VIII ejusdem libri, pag. m. 301. dictum, quod extat Eph. I. 13. ita citatur, ut praemittat *Irenaeus: Apoſtolus in Epiſtola, quae ad Epheſios eſt, dicens &c.* Similem praefationem, *Apoſtoli* pariter & *Epheſiorum*, ad quos ſcripta ſit Epiſtola, mentionem facientem, ante verba commatis 30. Cap. V. videre eſt apud Iren. l. V. c. 2. p. m. 294. col.

Digitized by Google

col. 1. Quin etiam ipſos haereticos verba, quae nos Eph. III. 21. legimus, *Pauli* verba dixiſſe, atque ad ſuam opinionem ſtabiliendam torſiſſe, *Irenaeus* monet lib. I. cap. 3. p. m. 14. quae verba *Pauli* eſſe *Irenaeus* quoque minime negat. Qui idem quoque *Paulo* tribuit, quae leguntur Eph. II. 3 l. b. III. adverſ. haereſ. cap. XVIII. p. m. 210. Nec non, quae reperiuntur Eph. IV. 5. 6 lib. IV. cap. 32. p. m. 269. conf. lib. II. cap. 2. p. m. 118. col. 2. & lib. IV. c. 20. p. m. 253. col. 1. pariter *Apoſtolus Irenaeo* eſt, lib. V. c. 31. p. m. 331. col. 1. qui *ait: Adſcendit autem, quid eſt &c.* quae habentur Eph. IV. 8. Et monita, quae occurrunt Eph. IV. 25. 29. & V. 4 8. *Pauli* Apoſtoli eſſe teſtatur lib. IV. c. 37. (al. 73.) p. m. 282. col. 2.

Apoſtolus ait (inquit *Irenaeus* lib. IV. cap. 27. p. m. 265. col. 2.) *Nemo vos ſeducat &c.* Quae verba ſunt Epiſtolae noſtrae *ad Epheſios* cap. V. 6. 7. Quae vero leguntur Eph. V. 32. haereticos verba *Pauli* eſſe agnoſcere, indicat, neque refragatur *Irenaeus* adverſ. haereſ. lib. I. c. 8. p. m. 40. (col. 1. & 3. id eſt, ex interpretatione tum veteri, tum Billii) Uti quoque eadem ratione, in utraque interpretatione, verba Eph. V. 13. citata videmus, tanquam *Pauli* verba. Adde pro Apoſtolorum doctrina haberi dictum Epiſtolae noſtrae, Eph. I. 10. & VI. 12. lib. I. cap. 10. p. m. 48.

§. 5. Multa ex hac Epiſtola loca, in ſuum uſum convertit *Tertullianus.* Citaturus (adverſ. Marcionem lib. V. c. 17. p. m. 607. C.) locum, qui extat Eph. I. 10. in haec verba praefatur: *Eccleſiae quidem veritate Epiſtolam iſtam ad Epheſios habemus emiſſam, non ad Laodicenos; ſed Marcion ei Titulum aliquando interpolare geſtiit, quaſi & in iſto diligentiſſimus explorator. Nihil*

Digitized by Google

hil autem de titulis intereſt, cum ad omnes Apoſtolus ſcripſerit, dum ad quosdam &c. p. m. 607. 608. 609. 610. poſtea utens quoque verbis, quae extant Eph. I. 12. 13. 17. 18. 20. Eph. II. 1. 2. 3. 10. 11. 12. & ſeqq. ad cap. III. & ex hoc, verſibus 8. 9. 10. IV. 8. Eundem locum ex Eph. I. 10. libro de *Monogamia* cap. V. p. m. 676. citat, ita praefatus: *Apoſtolus ſcribens ad Epheſios.*

Verbis, quae leguntur Eph. II. 20. utitur, tanquam *Pauli* verbis. adverſ. Marcion. lib. IV. c. 39. p. m. 568. Et quae habentur Eph. III. 17. *Tertullianus* de reſurrect. carn c. 40. p. m. 408. C. dicit, *Paulum ad Epheſios ſcribere.* Et libro *de baptiſmo* c. 15. p. m. 262. C. ex *Apoſtoli literis* dicit conſtare, *UNUM eſſe baptiſmum.* Quod reſpicit ad Eph. IV. 5. uti quoque adverſ. Marcion. lib. V. c. 10. p. m. 594. B. *Apoſtolum* dicit *unius baptiſmi definitorem.*

Porro monitum, quod legimus Eph. IV. 22. 23. lib. de reſurrect. carn. c. 45. p. m. 412. C. monitum Apoſtoli vocat. Cui etiam acceptum fert id, quod legitur Eph. IV. 25. 26. ibid. p. m. 413. A. uti quoque adverſ. Marcion. lib. V. c. 18. p. m. 611. A. ubi quoque Apoſtolo tribuit, quae leguntur Eph. V. 11. 18. 22. 23. 25. 29. 32. & cap, VI. 1. 2. 4. uti pag. ſeqq. Eph. VI, 11. 12. 16. 19.

Idem *Tertullianus* pro admonitione Apoſtoli habet id, quod habetur Eph. IV. 26. lib. de oratione c. x. p. m. 153. B. & ejusdem IV ad Eph. capitis, comma 27. admonitionem Apoſtoli dicit, lib. de fuga in perſecutt. cap. IX. p. m. 695. D.

Apoſtoli ad Epheſios Epiſtolam eſſe dicit, ex qua depromit lib. de pudicitia p. m. 736. D. ut & pag. ſeqq. dicta

Digitized by Google

dicta, quae extant Eph. V. 3. 5. 12. 18.

Coronidis loco adjicio *Tertulliani* de praeſcriptione haereticorum cap. 36. p. m. 245. dictum: *Age jam, qui voles curioſitatem melius exercere in negotio ſalutis Tuae, percurre Eccleſias Apoſtolicas, apud quas ipſae adhuc cathedrae Apoſtolorum ſuis locis praeſident, apud quas* IPSAE AUTHENTICAE LITERAE *eorum recitantur ..... ſi potes in Aſiam tendere, habes* EPHESUM.

§. 6. Similiter *Clem. Alexandrinus* προτρεπτικῷ πρὸς Ἕλληνας p. m. 14. D. edit. Sylburg. dicit: *Nos arguit Apoſtolus: Et eratis alieni a teſtamentis promiſſionis &c.* quod reperimus Eph. II. 12. Idem Author ſaepius verbis Apoſtoli, ex hac Epiſtola deſumptis, quamvis (quod ſatis notum videtur exiſtimaſſe) aliquando non expreſſerit verba Apoſtoli, neque conceptis verbis dixerit, quod ex hac Epiſtola deſumpta ſint. Aliquando illud quoque, ſed obſcurius, ſignificat. vid. ex. gr. Stromatum lib. IV. p. m. 527. B. ubi verba legimus, quae Eph. IV. viſuntur, poſtquam pag. praeced. Apoſtoli iterato mentionem feciſſet.

Apertè tamen & conceptis verbis aſſerit, *Apoſtolum ad Epheſios ſcribere, donec occurramus omnes in unitatem fidei &c.* Verba exhibet, quae extant Eph. IV. 13. *Paedag.* l. I. p. m. 88.

Monitum, quod eodem capite extat, verſu 24. teſtatur *Clemens Apoſtolum dixiſſe.* Stromat. lib. III. p. m. 466. C. uti Apoſtolo tribuit, quae leguntur Eph. IV. 29. in paedag. lib. II. cap. 6. p. m. 169. & in protrept. p. m. 54. B. dicta, quae reperiuntur Epheſ. IV. verſ. 17. 18. 19.

Vide

Digitized by Google

Vide quoque Stromat. lib. III. p. m. 437. C. D. & paedag. lib. II. c. 10. p. m. 195. C. Ubi asserit, *beatum Apostolum dicere: Fornicatio autem &c.* exhibet autem verba, quae conspiciuntur Eph. V. 3.

Eodem libro p. m. 156. A. *Apostolum* dicit praecipere: *Ne inebriemini vino &c.* quod legimus Eph. V. 18.

§. 7. *Clementi* jungamus ejus Discipulum, *Adamantium* illum *Origenem*. Hunc non minus luculentum testem sistere licet, hanc Epistolam genuinum esse Apostoli *Pauli* foetum. Is enim Comment. in Johan. Oper. ab Huetio editorum lib. II. p. m. 32. B. id, quod nos legimus Epist. ad Ephes. I. 21. affirmat dictum *Pauli* esse. Similiterque p. m. 315. B. id, quod habetur Eph. II. 3. iterumque p. m. 325. B. & p. m. 246. versum 7. cap. II. ejusdem Epistolae. Uti quoque p. m. 97. C. verba commatis 5ti cap. III. nostrae Epistolae. Quae eadem quoque, tanquam Scripturis comprehensa, adducuntur p. m. 240. C. & Comment. in Matthaeum Tom. 1. Oper. p. m. 330. D. verba Epistolae nostrae, cap. IV. 13. conf. p. 394. C. & in Joh. Tom. II. p. m. 185. D.

Sic illa, quae videre est Eph. V. 2. apud *Paulum* dici affirmat p. m. 279. E. & *Paulum pronunciare: Viri diligite uxores &c.* (quod nos scriptum videmus Eph. V. 25.) asserit Comment. in Matth. Tom. 1. p. m. 357. A. & ibidem p. m. 497. C. *Mysterium enim hoc magnum est, &, ut ait Paulus, ad Christum & ad Ecclesiam pertinens.* Conf. in Joh. Tom. II. p. m. 264. extat & 264. Pariter p. m. 370. docet, *Apostolum sermonem Dei appellare gladium Spiritûs*, quod facit Eph. VI. 17. Idem *Origenes* contra Celsum lib. II. p. m. 100. verba, quae

Digitized by Google

quae leguntur Eph. III. 8. *Pauli* verba agnoſcit. Omitto lubens plura loca, in quibus *Origenes* quidem in argumentum adhibet verba, ex hac Epiſtola deſumpta; ſed non expreſſo vel *Pauli*, vel *Apoſtoli* nomine; quae tamen, juncta dictis, argumento noſtro robur conciliare poſſent.

§. 8. Accedat etiam *Cyprianus*. Qui lib. II. adverſ. Judaeos p. m. 35. verba, quæ leguntur Eph. II. 17. *Paulum ad Epheſios* ſcripſiſſe affirmat.

Verba, quae reperiuntur Eph. IV. 1. & ſeqq. Apoſtoli dicit eſſe praecepta. Epiſt. 89. p. m. 326. edit. Oxon. ſequentia quoque pag. 327. ab Apoſtolo *Paulo* dicta profert. Itemque tract. de unitate Eccleſiae p. m. 78. 79. conf. 149. & 158. 159.

Ejusdem capitis IV, noſtrae Epiſtolae, verſum 22. *Pauli ad Epheſios* eſſe dicit. Teſtimoniorum lib. III. p. m. 49. uti ibid. Eph. IV. 30. p. m. 47. ut & verſum 29. Teſtimon. lib. III. p. m. 50. conf. tract. de bono patientiae p. m. 149.

Epiſtola IV. *Cyprianus* p. m. 174. aſſerit, quod Apoſtolus dicat: *Nolite locum dare Diabolo*, quod legimus Eph. IV. 27.

Item Epiſtola XLV. p. m. 231. *Apoſtolum dicere* ait, quae leguntur Eph. IV. 29. Et quae habentur Eph. V. 5. *Cyprianus* affert, ut quae *Apoſtolus dicat*. Epiſt. LV. p. m. 250. conf. Teſtimonior. lib. III. p. m. 56. dicit: *In Epiſtola ad Epheſios: Stultiloquium & ſcurrilitas &c.* ſequuntur verba Eph. V. 4.

Sic Apoſtolo tribuit verba, quae extant Eph. V. 6. Epiſtola XLIII. p. m. 229. conf. Epiſt. LXV. p. m. 283. & de unitate Eccleſiae. p. m. 85.

Digitized by Google

In Epiſtola LXIX. p. m. 295. *Cyprianus* ad *Magnum Filium* ſcribit: *Paulus Apoſtolus - - - ad Epheſios ſcribit, & dicit: Chriſtus dilexit Eccleſiam &c.* reſpicit ad verba Eph. V. 25. conf. Epiſtol. LXXIV. p. m. 316.

Sic Epiſtola LII. p. m. 238. *Paulo* tribuit, quae leguntur Eph. V. 31.

Libro III. Teſtimoniorum, cap. LXX.--LXXIV. p. m. 62. ſcribit, contineri *in Epiſtola Pauli ad Epheſios* illa, quae etiam nunc in iſta Epiſtola conſpiciuntur, cap. VI. 1. 4. 5. 9. Eodemque libro III. Teſtimonior, p. m. 56. ſimili citandi formulâ adhibitâ, affert verba, quae in noſtra ad Epheſios Epiſtola reperiuntur cap. VI. 12. quae eadem verba adducit Epiſtola LVIII. p. m. 258. tanquam quibus *Apoſtolus nos armet.*

§. 9. Satis, ut opinor, teſtimoniorum adduximus, quibus conſtet de *Paulo*, quod ejus Auctor ſit. Recenſetur haec Epiſtola inter illas quatuordecim, de quibus *Euſebius* Hiſt. Eccl. lib. III. cap. 3. Τῷ δὲ Παύλῳ πρόδηλοι καὶ ταφεῖς αἱ δεκατέσσαρες. Uti quoque *Cyrillus* Hieroſolym. Catech. IV. p. m. 67. tanquam ſatis notas commendat τὰς Παύλου δεκατέσσαρας Ἐπιστολάς. Similiter *Gregorius Nazianzenus* l. 2. p. m. 98. verſu 35. dicit: Δέκα δὲ Παύλου τεσσαρές τ' ἐπιστολαί.

Athanaſium lib. 2. in Synopſi (ſi ille hujus Auctor ſit) p. m. 60. & 144. & Amphilochium in Epiſtola Jambica, verſu 304. p. m. 133. aliosque hanc Epiſtolam numeraſſe in illis, quae indubiè a *Paulo* Apoſtolo ſint ſcriptae.

§. 10. Conſtat ſimul ex hisce teſtimoniis, ſaltem nonnullis, quod antiquiſſimi Eccleſiaſtici Scriptores, non tantum *Paulum* Scriptorem, ſed *Epheſios* quoque illos.

Digitized by Google

illos, ad quos hanc Epiſtolam ſcripſerit, agnoverint: de quo dicemus Capite ſeq.

§. 11. Quod autem in hac quoque Epiſtola *Paulus* ſibi vindicet *Apoſtolatum* (quod in nonnullarum Epiſtolarum inſcriptione facit, in aliarum vero omittit) ea fini videtur feciſſe, ut tanto fortius animis *Epheſiorum* inculcaret illa, quae praeſcribebat, officia. Maximè, ut memores eſſent, quales fuerint, antequam per *Evangelium*, quod illis praedicaverat, ad Chriſtum eſſent converſi.

CAPUT SECUNDUM

AGIT

De illis, ad quos ſcripta eſt haec Epiſtola.

§. 1. Titulus habet: Παύλου τοῦ Ἀποστόλου ἡ πρὸς Ἐφεσίους ἐπιστολή.

In Polyglottis ſingulis verſionibus talis titulus praefixus cernitur, qui Epheſiorum, tanquam illorum, ad quos miſſa ſit haec Epiſtola, mentionem faciat. Ex Tertulliano adverſ. Marcionem, lib. V. cap. 17. p. m. 607. ſupra audivimus: *Eccleſiae quidem veritate Epiſtolam iſtam ad Epheſios habemus emiſſam, non ad Laodicenos: ſed Marcion ei titulum aliquando interpolare geſtiit, quaſi & in iſto diligentiſſimus explorator.*

§. 1. *Marcioni* tamen pollicem premunt quidam recentiores. In his, quem Cl. van *Till* ad hanc Epiſtolam notat, & refutat, Illuſtris *Grotius*. Cauſſatus *Marcionem mentiendi rationem non habuiſſe.*

Digitized by Google

Sed haec ratio (quod rectè monet *Tillius* noſter) nullius eſt momenti. Quî ſcit Doctiſſ. *Grotius*, quod *Marcion* mentiendi cauſſam nullam habuerit? Famoſus Scripturarum interpolator, ſi quid mutationis huic Epiſtolae inducere voluit, ejus intereſſe potuit, quantum pote, impedire collationem autographi. Sed rationem, quae *Marcionem* movere potuerit, in obſcuro relinquamus. An non inverti poteſt hoc argumentum? An igitur Eccleſia? An *Tertullianus?* An *Clemens Alexandrinus?* An *Irenaeus?* aliique cauſſas mentiendi habuerunt? Certe veracitatis *Marcionis* documenta non habemus; ut taceam, quod *Patres* contrarium ipſi perhibeant teſtimonium: quod notavit Celeb. V. *Till* in Iſag. ad h. Epiſtolam p. m. 179. ex *Clementis Alexandrini* Stromat. lib. VII. p. 765. B. edit. Sylburg. & *Tertullianus* lib. 1. adverſ. Marcion. c. 1. p. m. 430.

§. 3. Ita loquitur Tertullianus:

„ Nihil tàm Barbarum, ac triſte apud Pontum, quam
„ quod illic Marcion natus eſt, *Scytha* tetrior, *Ha-*
„ *maxobio* inſtabilior, *Maſſageta* inhumanior, Ama-
„ zona audacior, nubilo obſcurior, hyeme frigidior,
„ gelu fragilior, Iſtro fallacior, Caucaſo abruptior.

Verba autem *Clementis*, loco citato, a Cl. V. *Till* non ſatis accurate ſunt expreſſa. Ita habent: Καὶ τὴν Ματθίου ἀυχῶσι προσάγεσθαι δόξαν Loquitur de haereticis *Matthiae* Auctoritatem praetexentibus.

§. 4. Illuſtris *Grotius*, admiſſâ ferè *Marcionis* ſententiâ, hinc illuſtrandum cenſet locum vexatum Coloſſ. IV. 16. * Marcione enim tradente hanc, quam vulgò ad

* Obſervari poteſt, quod verſio Syriaca in ſubſcriptione Epiſtolae primae

ad *Epheſios* dicimus, Epiſtolam ſcriptam eſſe ad Laodicenos, opinatur Vir Illuſtr. hanc eandem intelligendam eſſe, quando Apoſtolus jubet: Καὶ τὴν ἐκ Λαοδικείας ἵνα καὶ ὑμεῖς ἀναγνῶτε· legendum autem eſſe contendit: Καὶ τὴν Λαοδικείας. atque id interpretatur in hunc modum: (Comment. ad Epiſt. ad Coloſſ. in Bibb. Critt. p. m. 296.) „ Rectè autem dicitur ἡ Λαοδικείας „ ea, quae futura erat in poteſtate, ac dominio *Laodi-* „ *censium*, ut oſtendimus etiam ex jure civili, initio „ ad Epheſios. Erat autem illa *Pauli* Epiſtola ad *Laodicenſes* ſcripta eodem tenore, quo illa ad *Epheſios;* ſed „ quia propior *Coloſſenſibus* erat *Laodicea*, inde maluit „ exemplum peti. Confer annotata in Bibb. Critt. ad cap. I. Epiſt. ad Epheſ. p. m. 103. ubi dicit: „ Scripſit „ *Paulus* eodem plane exemplo Epiſtolam ad *Laodi-* „ *censes*, ut ex Tertulliani libris adverſus Marcionem „ colligere eſt. Et illa forte eſt Epiſtola Λαοδικείας, cu- „ jus mentio Coloſſ. IV. 16." Subjicit T. VII. col. III. in Bibb. Criticis, quod *Marcion, ex fide, uti credibile eſt, Eccleſiae Laodicenſis* [ita ſenſerit,] *nam cur in ea re mentiretur, nihil cauſſae erat.* Et hanc eſſe credimus, quam *Paulus* dicit τὴν Λαοδικείας. Coloſs. IV. 16. non ſcriptam a *Laodicenis*, *ſed ad Laodicenos pertinentem.* Quod rectè ſignificatur caſû poſſeſſivô, nam Litterae ejus ſunt, cujus tabellario ſunt traditae, multoque magis, ubi et reddirae ſunt. L. ſi Epiſtolam. Digeſt. de

 acqui-

mae ad Timotheum teſtetur, quod ea ex Laodicea ſcripta ſit. Quod idem quoque habet interpretatio Latina verſionis Aethiopicae ad inſcriptionem. Quod plenius habet ſubſcriptio, quae exemplaribus Graecis ſubjecta eſt.

Mea autem *Epiſtolarum Paulinarum Chronotaxis* non patitur, ut credam *Paulum* l. c. Col. IV. 16. reſpexiſſe ad ſuam primam ad *Timotheum* datam Epiſtolam.

Digitized by Google

acquirendo rerum dominio. Hactenus *Grotius*.

Ad quae, praeter dicta, ſequentia adhuc notamus.

1. *Grotium* non negare hanc Epiſtolam datam eſſe ad *Epheſios;* quod benè habet. *Grotium* quidem ſtatuere, quod eodem plane exemplo Epiſtolam ad Laodicenos ſcripſerit, in quo nihil eſt abſurdi. Sed aſſeritur tamen absque exemplo. Probabilius longe eſt, Eccleſias Epiſtolas, quas unaquaeque acceperat, cum aliis communicaſſe.

2. *Grotium*, data hypotheſi, nihil lucis afferre loco ex Epiſt. ad Coloſs. IV. 16. nam

a. Lectionem ſollicitat, legens Λαοδικείας pro ἐκ Λαοδικείας, absque fide codicum. Certè diligentiſſimus *Millius* nullum laudat, in quo ita legatur.

b. Durum quoque videtur, Ἐπιστολὴν Λαοδικείας interpretari *Epiſtolam* in poteſtate, & dominio *Laodicenorum*. Ex jure quidem civili probatur, quod Epiſtola, quae ad aliquem mittitur, multò magis, ubi reddita eſt, in ejus ſit dominio: Sed ſic nondum evictum eſt, phraſin eſſe conſuetam, quâ caſu poſſeſſivo exprimatur Epiſtolam ad aliquem datam, vel ei redditam, illius eſſe. Exempla afferri deberent, quibus probaretur v. c. Epiſtolam ad Romanos datam vocari *Epiſtolam Romanorum;* Epiſtolas Ciceronis ad Atticum appellari *Attici Epiſtolas*. Neque hactenus mihi perſuadere poſſum, ſi retineatur recepta lectio, τὴν ἐκ Λαοδικείας, verba ſignificare poſſe Epiſtolam Pauli ad Laodicenſes ſcriptam. Quae ſententia eſt Raphelii, ad h. l. adducentis loca ex Polybio, ubi τὴν ἐκ τῆς Ῥώμης Πρεσβείαν, ἣν ἀπέστειλαν οἱ Λακεδαιμόνιοι dicat de *Legatione, quam Lacedaemonii Romam* miſerant. Legat. XIV. pag. 119. lin. 14. Potius

Digitized by Google

tius existimem, non obstante difficultate, quam movet laudatus *Raphelius*, verba τὴν ἐκ τῆς Ῥώμης Πρεσβείαν παραγενέσθαι, significare *Legationem ex Româ* reversam *venisse*. Neque alter locus ex eodem *Polybio*, Legat. CXXX. p. 1331. lin. antepenult. ubi legitur τῶν ἐκ τῆς Ῥώμης πρεσβευτῶν ἀναχαμψάντων εἰς τὴν Ἀχαίαν, mihi vertendus videtur, *Legatis, qui Romam iverant, reversis;* sed potius *Legatis Româ reversis in Achaiam*. Paulo duriorem in utroque loco forte sic admitto trajectionem verborum; minus tamen duram existimo significatu, quem laudatus Vir Doctus tribuit verbis ἐκ τῆς Ῥώμης, quasi significarent *in Urbem Romam* missos. Neque phrasis τὴν ἐκ Λαοδικείας ἐπιστολὴν existimo interpretandam esse *Laodicensem Epistolam;* id est, quae ad eam pertineat, adeoque ad eam missa, ita ut ejus sit, dicique proprio jure debeat. Quae sententia placet Clarissimo *Venema*, dicenti: „ *Ex Laodicea* est, quae originitus „ est *Laodicensis*, non scriptionis, sed juris, originem „ ab ea repetens. Sic Ἀνὴρ ἐκ τῆς πόλεως, Luc. VIII. „ 29. est Vir, qui, etsi forte in ea non natus, ejus tamen civis est, & ad eam jure pertinet." Addit ἐξ „ ἐραν῀ signficare coeleste. 2 Cor. V. 2. Ἀνδρὲς ἐκ Ἄστεως „ apud *Xenophontem* dici *cives Urbanos.*" Exemplis nostro loco dissimillimis. Citatque porro Clariss. *Venema Raphelium* ad h. l. & *Fesselium* in Adverss. S. S. l. I. c. 16. Addere debuisset Vir Clarissimus eundem *Raphelium* ad l. Joh. XI. 1. p. m. 281. ubi sic commentatur: " [Ἐκ τῆς κώμης] Sic οἱ ἐκ τῆς πόλεως dicuntur „ *Oppidani*, sive cives, etiam cum in Urbe essent. Ar„ rianus de exped. Alexandri. I. 20. 11. οἱ ἐκ τῶν νεῶν „ *qui in navibus sunt*. II. 22. 5. οἱ ἐκ τῶν ὀρῶν, *Montani*,

„ IV.

Digitized by Google

„ IV. 24. 8. Πόλεις αἱ ἐκ τῆς Ἰταλίας, *Urbes in Italia.*
„ *Polyb.* pag. 651. lin. 8."

Primus autem ex *Arriano* locus allatus non eſt accuratè citatus. Phraſis enim οἱ ἐκ τῆς πόλεως non reperitur, in toto illo capite primi libri. Quod ad ſecundum ex Arriano adductum locum attinet, οἱ ἐκ τῶν νεῶν ſunt *illi, qui ex navibus* pugnabant. Quod per ellipſin potius videtur exponendum, quam praepoſitio ἐκ per *IN* vertenda. Οἱ ἐκ τ' ὀρῶν ἰδόντες, ſunt illi, qui ex montibus proſpiciebant. Neque apud *Polybium* πόλεων, τ' ἐκ τῆς Ἰταλίας reddi debet *Urbium in Italia*, *ſed Urbium ex Italia* συμμαχίδων ut innuatur non omnes, ſed quasdam ex Urbibus Italiae fuiſſe *Socias*. Plura quidem adducit *Feſſelius* loca, quibus ſuam enallagen, qua *Praepoſitio cum ſuo caſu, loco adjectivi, nomini ſubſtantivo aptetur*, probare contendit. Sed, ſi ea ſingula examinare inſtituti noſtri ratio permitteret, ſi non omnia, certe pleraque deprehenderentur non probare, quod probandum eſt. Quidquid ſit, exempla ſunt noſtro loco prorſus diſſimilia. Et ſi hoc quoque probari poſſet, vix tamen *Epiſtola Laodiceae*, vel *Laodicenſis* dici poſſet Epiſtola, quae non in poteſtate, & dominio Urbis, Senatûs, populive Laodicenorum erat, ſed tantummodo in poteſtate, & dominio Eccleſiae, quae *Laodiceae* erat. Certe verbis praecedentibus Apoſtolus juſſerat, ut ſua ad *Coloſſenſes* ſcripta Epiſtola legeretur ἐν τῇ Λαοδικέων Ἐκκλησίᾳ. Sic quoque dicturus videtur, iſtius Eccleſiae Epiſtolam, vel Laodicenſium Eccleſiae Epiſtolam a Coloſſenſibus legi debere.

§. 5. Atque haec ſufficere viderentur huic hypotheſi confutandae. Sed ante paucos annos Celeb. *Vitringa*

Digitized by Google

tringa Filius, longe ſpecioſiùs probare anniſus eſt, hanc noſtram, quae *ad Epheſios* dicitur, Epiſtolam, ad eos non eſſe rectâ ſcriptam.

§. 6. In prioris Diſſertationis Parte 1ª. (pag. m. 5.) Ipſe fatetur, quod in MSS. & impreſſis codicibus paſſim legatur, quod ſit ſcripta *ad Epheſios*. Sed indicat ſimul, quod eruditiſſimus *Millius*, in nupera editione elaboratiſſima Novi Foederis, primus ſit, qui receptiſſimam opinionem, datâ operâ, ac induſtriâ, ex ipſo Epiſtolae argumento controverſiam fecerit, unum alterumve dictum afferens, quod cenſet, non potuiſſe ad *Epheſios* ſcribere Apoſtolum, eo tempore, quo eum conſtat has literas dediſſe; quodque hoc pacto hanc Epiſtolam *Epheſiis* abjudicet *Millius*, *Laodicenis* vero vindicet, contendatque huc reſpici Coloſs. IV. 16. Quodque idem *Millius* ſpeciem ſententiae augeat teſtimonio *Marcionis*; nec non ex abſentia vocum ἐν Ἐφέσῳ. Cap. I. 1. in antiquiſſimis MSS. fide *Baſilii* & *Hieronymi*. Illius quidem lib. II. contra *Eunomium*, Hujus vero, Comment. in init. Epiſtolae ad *Epheſios*.

Denique, quod *Millius* ſic explicet, quâ ratione acciderit, ut Epiſtola, ad *Laodicenſes* data, *Epheſiis* vindicata ſit, in inſcriptione Cap. I. 1. Nimirum: Quod *Tychicus*, qui *Epheſius* erat, (uti conſtat ex 2 Tim. IV. 12.) per quem haec Epiſtola miſſa fuit, (vid. Eph. VI. 21. 22.) hujus Epiſtolae apographum ad cives ſuos detulerit. Quod hinc contigerit, ipſius forte *Pauli* juſſu, ut illi Epiſtolae hujus, ceu aeque ad ipſos atque ad *Laodicenſes* pertinentis, titulum hactenus quidem mutaverint, ut in locum vocum ἐν Λαοδικείᾳ verſu 1. repoſuerint ἐν Ἐφέσῳ &c. Quodque haec lectio propagata, confir-

Digitized by Google

mata ſit *inſcriptione* & *ſubſcriptione*, ſeriùs tamen, & ab aliena manu.

§. 7. In hunc modum exhibet Cl. *Vitringa* ſententiam laudati *Millii*. Uti revera ſic habet prolegg. ad editionem ejus Novi Foederis p. m. 9. ſed tamen non eodem ordine (quem ſervare praeſtitiſſet) propoſita, neque ſatis plenè. Nam ex dictis Eph. I. 15. & III. 4. generatim concludit, quod haec Epiſtola ſcripta ſit ad Eccleſiam, quae faciem Apoſtoli nondum viderat. Et quod talis fuerit Eccleſia *Laodicenſis*, ut & *Coloſſenſis*, quod colligit ex Coloſs. II. 1. Cumque per *Tychicum* delata ſit Epiſtola ad *Coloſſenſes*, per eundem *Tychicum*, & eopſe tempore hanc ad *Laodicenſes* delatam eſſe, probabile fieri ex loco Coloſs. IV. 16. quo loco contendit intelligi non poſſe Epiſtolam a *Laodicenſibus* ſcriptam, eo quod nullius uſus, & Auctoritatis apud *Coloſſenſes* ipſa eſſe potuiſſet; intelligendam igitur Epiſtolam a *Paulo* ſcriptam. Cumque inter utramque, noſtram ſcilicet, de qua agimus, & illam ad *Coloſſenſes*, per *Tychicum* eopſe tempore latam, tanta ſit convenientia in multis, & in illa quidem copioſiùs, in hac contractiùs, eadem res ſit pertractata: cumque in Epiſtola ad *Coloſſenſes* quaedam reperiantur de *Cultu Angelorum*, quae *Laodicenorum* ſcire intererat, (quandoquidem ex Canone xxxv. Synodi *Laodicenae*, quo damnata eſt Ἀγγελολατρία, ſatis colligi poteſt in eam illos proclives fuiſſe) ſapienter monuiſſe, ut *Coloſſenſes* illam ad *Laodicenos*, hi vero illam ad *Coloſſenſes* legerent.

Addit, Epiſtolam, quam ad *Laodicenos* ſcriptam eſſe contendit, generali duntaxat formulâ benedictionis concluſam eſſe: *Gratia cum omnibus, qui diligunt Dominum Noſtrum Jeſum Chriſtum in incorruptione.* Id autem

Digitized by Goog

autem minus gratum forte *Laodicenis* futurum, cum praefagiret Apoſtolus, hinc factum ſuſpicatur *Millius*, quod Epiſtolae ad *Coloſſenſes*, jam poſt ſignatas literas, addiderit juſſum de ſalutandis *fratribus, qui erant Laodiceae*. Coloſſ. IV. 15. Has probabilitatis ſuae ſententiae, quas Doctiſſimus *Millius* affert, rationes, omittere non debuiſſet Cl. *Vitringa*. Sed forte non omnes ſatis graves eſſe exiſtimavit.

Imo ne quidem illam, ut *Millii* ratiunculam, commemorat, quâ indicare voluit, unde fortè hauſerit *Marcion*, quod haec Epiſtola ad *Laodicenos* ſit ſcripta. Nimirùm, quod *Marcion* aliquamdiu egerit *Sinope*, haud procul a *Laodicea*, atque hinc, ſeu ex populariorum ſuorum traditione, ſeu etiam auctoritate exemplarium quorundam, hanc Epiſtolam, tanquam ad *Laodicenſes* ſcriptam, citaverit. Cum veroſimile ſit Archetypum *Pauli Laodicenſium* nomen praetuliſſe.

Atque haec hactenùs ex *Millio:* revertimur ad Cl. *Vitringam*.

§. 8. Hic notat (pag. 7.) *Eraſmum*, quando memorat a *Marcione* citatam Epiſtolam, tanquam ad *Laodicenos* datam, non pronunciare. Additque *Uſſerium in Annal.* cenſere hanc Epiſtolam fuiſſe encyclicam, quae more illorum temporum ad omnes *Minoris Aſiae* Eccleſias in orbem fuerit miſsa. Unde & *Laodicenſium*, & *Epheſiorum* titulum praeferre potuerint diverſa MSS. In primis autem *Millio* praeluſiſſe *Grotium*; cujus ſententiam (quam nos modo exhibuimus) refert.

Epicriſin aliquam adjicit, minus probans conjecturam *Grotii*, ac ſi Apoſtolus, quaſi operi & labori parcens, ad duas diſtinctas Eccleſias, ejusdem plane ar-

gumenti, vel potius alteram ad alteram verbotenùs deſcriptam, dediſſet Apoſtolus: Neque *Millio* pollicem premens, quando is ſtatuit, *Epheſios* forte *Pauli* juſſu titulum mutaſſe, & pro ἐν Λαοδικείᾳ repoſuiſſe ἐν Ἐφέσῳ. Nullum enim jus hoc faciendi habebant *Epheſii*. Neque quidpiam *Paulo* fuiſſet rationis, ut titulum, meditatò poſitum, obduci juberet, atque ita munus, liberaliter *Laodicenſibus* transmiſſum, cum illorum contumelia tractaret. Sic rectè, uti mihi quidem videtur, contra *Millium* ratiocinatur Cl. *Vitringa*. Addo ego, *Millii* rationes ſibi non ſatis conſtare. Si enim in ipſa leguntur (quod contendit *Millius*) talia, quae non poterant ſcribi ad Eccleſiam, in qua *Paulus* diu docuit, quam ineptum foret, iſtiusmodi Eccleſiam jubere, ut mutatione inſcriptionis illam Epiſtolam tanquam ad ſe datam, repraeſentaret.

§. 9. Commemoratis porro de hac re diſputationibus, tum Celeb. *Alberti Fabritii*, in Biblioth. Gr. lib. IV. p. 155. & in Codice Aprocryph. Nov. Teſt. pag. 858. tum D. *Lenfant*, in Biblioth. Sel. Clerici Tom. XVI. p. 299. Et materiae dignitate commendata, Vir Clariſs. ad ipſum ſe accingit opus, atque (pag. 11. primae Diſputationis) in ſe recipit

I. Probare epiſtolam D. *Pauli Epheſinae* Eccleſiae, ex vulgata lectione, inſcriptam, non ei, ſed alii cuidam ſingulari credentium coetui, datam eſſe; dilutis, quae in adverſum dici queunt. Atque hac fini

A. Chronologiam ſcriptae hujus a *Paulo* Epiſtolae conſtituere: Unde omnis V. Clariſſimi ducetur ex ipſa Epiſtola demonſtratio.

B. Huic fundamento probationem ſuperſtruere.

II. Tan-

Digitized by Google

II. Tandem verum & proprium jus *Laodiceniſium* in has literas aſſerere.

§. 10. Hanc telam ad finem pertexere Clariſſimo *Vitringae* per fata non licuit. Clariſſimus autem *Venema*, hoc argumentum proſequens, *Laodicenis* hanc Epiſtolam miſſam eſſe contendit.

§. 11. Sufficiet, opinor, ſi oſtendere queamus, nullas rationes eſſe, quae apodicticè demonſtrent ad aliam, quam *Epheſinam*, Eccleſiam hanc Epiſtolam ſcriptam eſſe; imò nullas eſſe, quae conſtanti lectioni ſatis graves aequiponderari poſſint: quod ſi facere poſſimus, non opus erit, ut nos immiſceamus examinandis conjecturis, & litibus, inter Viros doctos de hac materia reciprocatis.

Clariſſimus *Venema* ipſe exorditur ab eo, quod cenſeat:

Ingenioſiſſimam de ſuſpecto, vel falſo Epiſtolae ad Epheſios titulo, opinionem in ea collocatam eſſe luce, a Clariſſ. C. Vitringa F., ut inter maximè probabiles opiniones locum merito tenere debeat.

Quod ſi igitur evincere queam, tantum probabilitatis hic non reperiri, ut communem, eamque conſtantiſſimam lectionem liceat ſollicitare, neceſſe non erit, ut de reliquis ſim ſollicitus.

Neque litigandi libido me ad hanc diſputationem impulit; ſed eo tempore, quo illam Diſſertationem bimembrem in lucem miſerat Cl. *Vitringa*, ordo, quem ſervavi, in analyticè, in ſcholis privatis, pertractandis Epiſtolis *Paulinis*, me ad hanc Epiſtolam perduxerat; cui, quod etiam reliquis feceram, Prolegomena haec praemittere debui.

§. 12. Chronologiam igitur hujus Epiſtolae ita conſtituit

ſtituit ὁ *μαχαίτης*, ut afferat, in vinculis *Romanis*, & quidem prioribus, eam eſſe ſcriptam.

Hanc chronologiam quo pacto demonſtret, operae pretium erit examinare.

Praemittit diſcrimen vinculorum *Pauli;* de quo ego quoque minimè dubito.

Tria obſervat eſſe in hac Epiſtola loca, e quibus conſtat ex vinculis eam eſſe ſcriptam. Cap. III. 1. IV. 1. VI. 20. Et recte quidem.

Haec eadem eſſe, quae *Agabus* ei praedixerat. Act. XXI. 11. Quod ſic probare annititur:

a. Obſervat, quod *Paulus* ante id tempus vinculis DIUTURNIS, ac famà per Eccleſias celebratis, qualia haec fuerunt, mancipatus non fuerit. Quod Vir Cl. copioſiùs exſequitur pag. 17. 18. 19.

b. Urget hoc ex eo, quod in Epiſtola ad *Coloſſenſes Paulus* moleſtiam & diuturnitatem horum vinculorum clarius adhuc ſignificet. Coloſs. I. 24. IV. 3. & 18.

Ut autem hoc in rem ſuam vertat, ponit, & probare conatur, eadem eſſe vincula, è quibus Epiſtola ad *Coloſſenſes*, & e quibus haec noſtra eſt ſcripta. Quod mihi ſecus videtur.

Haec eſt arx cauſſae, diligenter examinanda. Hanc ut ſtabiliat,

(α) Obſervat utramque per *Tychicum* eſſe miſſam. Sed cum ipſe ſentiat hoc ſolum (quamvis, ſi nihil obſtet, praejudicet) non probare invictè, cum diverſo tempore utrumque officium conſequenter obire potuerit *Tychicus;*

(β) Addit identitatem argumenti utriusque Epiſtolae. Idem (inquit) in utraque rerum ordo, phraſeos non affinitas, ſed ſimilitudo maxima, eadem in utraque

Digitized by Google

que conditio, & ſtatus ſcriptoris exhibetur, idque gemina dictione; idem utriusque, & quidem ſimili commendationis formulâ, perhibetur tabellarius. Hinc concludit, quod eodem tempore &c. utraque ſcripta ſit: adeoque e prioribus vinculis.

c. Epiſtola, quae *Epheſiis* inſcripta eſt, curata eſt per *Tychicum*. Eph. VI. 21. 22. Atque *Tychicus* tum demum *Paulo* comitem ſe dedit, cum *Paulus*, *Epheſo* diſcedens, in Macedoniam ſe contulit. Act. XX. 4.

Ergo Epiſtola noſtra exarata eſt poſt moram *Pauli* in urbe *Epheſo*. De eo neque ego dubito.

d. In Epiſtola ad *Coloſſenſes* ſalutat credentes ab *Ariſtarcho* & *Luca* Colos. IV. 10. 14.

Hi *Paulum Romam* comitati ſunt. Act. XXVII. 2. Ergo Epiſtola ad *Coloſſenſes*, non ex prioribus aliis, ſed ex *Romanis* vinculis, ſcripta eſt. Hoc mihi quoque certum eſt.

Igitur & haec noſtra, utpote eodem, uti mox dictum eſt, tempore. De eo videbimus ſuo loco. Hactenus hanc rationem non admitto.

e. Epiſtola *Pauli* ad *Philemonem* ſimul cum ea, quae ad *Coloſſenſes*, ablegata eſt. Item illa ad *Philippenſes*. Haec autem ad *Philippenſes*, non ex aliis, quam *Romanis*, eisque prioribus, vinculis, miſſa eſt (quod Cl. *Vitringa* pluribus exſequitur, ego vero minimè nego.) Hinc concludit, quod Epiſtola noſtra, cum eopſe, quo illa ad *Coloſſenſes*, ſcripta ſit tempore, quoque e *Pauli* vinculis prioribus *Romanis* miſſa ſit. An e prioribus, an potius e poſterioribus, deinceps diſputabimus.

His praemiſſis, Vir Cl. inquirit, quaenam inter illas prima miſſa ſit? Atque Epiſtolam ad *Philippenſes* poſtponen-

Digitized by Google

ponendam cenſet, cum *Theophylacto*; idque

(α) Quia *Philippenſibus*, neque *Timothei*, neque *Tychici* nomine, ſalutem dicit.

(β) Quia in nulla alia tàm confidenter loquitur de ſua proxima liberatione, quàm in hac ad *Philippenſes*.

Ut ad propoſitum redeat Cl. *Vitringa*, ex his pag. 26. concludit, quod Epiſtola, quae *Epheſiis* inſcribitur, ſit ſcripta, poſtquam ſat longo tempore ante cum *Epheſiis* in ipſorum urbe fuiſſet converſatus. Quod rurſus pag. 26. 27. ſatis prolixè probatum dat; quodque, mea quidem ſententia, minime negari poteſt.

§. 13. Tandem & Chronologiam *Pauli* annis Aerae Vulgaris, ex ſua ſcilicet hypotheſi, alligat. Quod, noſtri nunc non eſt inſtituti, ut examinemus.

Convenit igitur mihi hactenùs cum Cl. *Vitringa*, quod agnoſcam cum ipſo, hanc Epiſtolam ex *Pauli* vinculis *Romanis* ſcriptam eſſe, atque adeo poſtquam ſat longo tempore *Epheſi* docuerat. Nondum tamen probatum video (de quo agam in ſeqq.) hanc, de qua agimus, Epiſtolam, eopſe, quo illa ad *Coloſſenſes*, tempore, atque adeo ex prioribus vinculis, miſſam eſſe.

§. 14. Summa haec eſt primae Partis laudatae Diſſertationis. Videamus, quo pacto hinc eliciat, Epiſtolam, quae *Epheſiis* ex vulgata lectione inſcribitur, non ad illos, ſed ad alium credentium cœtum miſſam eſſe.

§. 15. Contendit igitur Cl. *Vitringa* (Diſputationis II. pag. 1.) hanc Epiſtolam datam eſſe ad illos, qui *Paulum* nunquam viderant. Hoc quadruplici argumentorum claſſe ſe evicturum confidit Vir Doctiſſ.

1. Prima demonſtrabit, quod talia in hac Epiſtola

ſtola reperiantur, quae notus ad notos ſcribere non poteſt.

2. Altera, quod nulla occurrant in hac Epiſtola, quae indicium praebeant, *Paulum* ad notos ſcribere: qualia tamen in reliquis *Pauli*, ad notos dâtis, Epiſtolis inveniri ſolent.

3. Tertia oſtendet, quod peculiares hîc reperiantur circumſtantiae, & notae, indicantes, quod haec noſtra ad ignotos ſcripta ſit.

4. Quarta afferet teſtimonia aliorum antiqui temporis hominum, qui factum noſſe potuerunt, & nobis fideliter referre.

Plures fontes dari non poſſe &c.

§. 16. Luſtremus ſingulas claſſes:

1. Primam inſtruit pag. 7. adductis locis ex Eph. I. 15. III. 2. 4. quae a *Millio* adducta eſſe ſupra monuit. cui *Uſſerius* in Annalibus jam praeiverat.

Hiſce addit Cl. *Vitringa* tres alias pericopas. Scil. Cap. III. 3. 7. 8. & IV. 21. Haec loca ita vindicatum it.

Eph. I. 15. dicit Apoſtolus, ſe *audiviſſe fidem eorum*. Atqui *Epheſi* homines eſſe, qui fidem in Chriſtum ſuſceperant, non auditione compertum habebat, ſed viderat, & expertus erat ipſemet &c.

Ut hoc argumentum vindicet Cl. *Vitringa*, proponit interpretationem Ill. *Grotii*, dicentis: *Loquitur Paulus de profectu Evangelii apud Epheſios, ex quo ipſe ab illis diſceſſerat*. Quo etiam redit explicatio Cl. *Lenfant*. in Biblioth. Sel. pag. 300.

Sed regerit Cl. *Vitringa* pag. 9.

a. Non licere *fidem* de perſeverantia in fide interpretari.

b. Si

Digitized by Google

b. Si hoc voluiſſet, an tam frigidè laudaſſet ſuos *Epheſios*, nulla mentione factâ fidei ipſorum, quam ipſe erat expertus, conſtantiae? Quod illuſtrat exemplò *Ciceronis*: An *Cicero*, per tempus abſens, ſcriberet *Attico*, *ſe audiviſſe illum eſſe virum bonum*? An Epiſcopus Eccleſiae, diu a ſe adminiſtratae, interjectis paucis annis, eidem litteris profuturus, praefabitur, *ſe intellexiſſe ibi loci eſſe credentes*, nullâ factâ mentione ſuae inter ipſos morae?

Aliam igitur nunc aggreditur exceptionem.

Epheſi plures Paulo notos fuiſſe; ſed tempore abſentiae Apoſtoli novos ſe iis aggregaſſe Chriſtianos, Paulo eatenus ignotos: His Apoſtolum verba noſtra ſcribere, non illis.

Hanc exceptionem pag. 11. 12. rejicit, monens

Apoſtolum has litteras ſcribere ad homines corpus aliquod conſtituentes. Ab omni autem abhorrere ſermonis & literarum conſuetudine, ut Scriptor, ſi in communitate hominum pauci ipſi ignoti ſint, ſocietas tamen ipſa notiſſima, cui & ipſe praefuerit, ita ſe gerat erga univerſos, nullo alloqiiii diſcrimine facto ad hos vel illos, quaſi ſibi nunquàm viſi eſſent, & non niſi aüditione ac rumore noti.

§. 17. 2. Secundum argumentationis munimentum in eo ponit: *Paulum* Apoſtolum his ipſiſſimis, vel in eundem ſenſum exeuntibus, verbis, qualia Eph. I. 15. leguntur, ad ignotos loqui ſolere, ubi iis ſcribendi cauſſam, occaſionemve aperit: Nunquam vero ſic ad notos. Hoc autem tribus demonſtrat exemplis. Coloſſ. I. 3. 4. Philem. ỳ. 4. 5. Utramque Epiſtolam ad nunquam ſibi viſos ſcriptam eſſe, ex Coloſs. II. 1. conſta-

re

re opinatur. Tertium exemplum reperitur Rom. I. 8.

Addit: nunquàm ſic ad notos ſcribere; nuſpiam reperiri, ut dicat *Paulus*, ſe audiviſse, in hoc vel illo loco eſſe, qui fidem in Chriſtum ſuſceperant. Sed contra. vid. Philipp. I. 3–6. 1 Theſs. I. 2. 3. 2 Theſs. I. 3. 1 Timoth. I. 3. 2 Timoth. I. 5. Urget autem porro Cl. *Vitringa* inprimis locum ex Eph. III. 2.

Tale quid dici non potuiſset *Epheſiis*, apud quos triennium nocte & interdiù non ceſſaverat monere unumquemque. Act. XX. 30. 31.

In conſiderationem etiam mittit Cl. *Vitringa* exceptiones aliter ſentientium.

Ill. *Grotii*, cui aſſentiatur *L'Enfant*, ἀκούειν, ſignificare quoque εἰδέναι, γινώσκειν. Hinc verba παραφράζῃ: ſi modo rectè intellexiſtis doctrinam meam.

Regerit autem Cl. *Vitringa*, *Paulum* per οἰκονομίαν &c. non intelligere doctrinam, ſed *munus* Apoſtolicum.

Excipitur porro: particulam εἴγε hic non eſſe dubitantis; dubitare enim non poterat, an *Laodiceni* de ſuo Apoſtolatu aliquid audiverint, etiamſi ipſum non vidiſſent; ſed continere ἐπανόρθωσιν, ſive tacitam & obliquam reprehenſionem.

Reponit Cl. *Vitringa*: Ex modeſtia quaſi dubitanter loqui Apoſtolum: Quoniam res erat ipſi glorioſa. Quod copioſe illuſtrare annititur pag. 18. Sed concludit: Ita ex modeſtia loqui potuiſſe Apoſtolum, non tamen ad illos, inter quos verſatus fuerat, quibusque hoc notiſſimum erat &c.

Aliorum exceptio eſt, abſente Apoſtolo plures Eccleſiae *Epheſinae* ſe junxiſſe; ad quos, ſibi ignotos, ita

Digitized by Google

ſcribere potuerit. Sic Cl. *Coccejus*, aliique.

Hoc pariter rejicit. Quia *Epheſi* eſse vix poterant eousque ignoti, ut ita ad eos loqui potuiſset Apoſtolus.

Exceptio quoque alia proponitur. Hoc reſpicere ad alias, vel in univerſo orbe, vel in *Aſia Minore*, Eccleſias, ad quas communi jure, tanquam cum illis communicanda, quoque pertinebat haec Epiſtola. Sic *Uſſerius* eam habet pro Encyclica. Hoc prolixè refutat Cl. *Vitringa* usque ad pag. 26. quod nunc articulatim excerpere ſuperſedeo. Summa huc redit, quod illi, ad quos directè pertinet Epiſtola, hic ſpectandi ſint, atque ad illos ſermo ita dirigendus, prout eorum ſtatui quadrat.

Grotii autem effugium, *Paulum* duas ejusdem tenoris Epiſtolas ſcripſiſſe, ad *Epheſios* unam, ad *Laodicenos* alteram, probabilitate carere: Idque ita refutat, ut exiſtimet, talem laboris fugam non convenire gravitati Apoſtoli: Minimùm in hoc caſu: Quoniam altera Eccleſia *Paulo* erat notiſſima, altera ignota. Ad quas eodem modo de Apoſtolatu ſuo, an ab ipſis audito, loqui indecorum eſſet. Recte, ſi quid video.

§. 18. Adſtringit hanc argumentationem: obſervans ad ignotas, vel ſibi nondum viſas, Eccleſias Apoſtolum ſolere ita ſcribere, ut ſuum commemoret Apoſtolatum. Quod probat ex Coloſs. I. 14. 15. Rom. XV. 15.

§. 19. Quae tamen ratiocinatio minimè ſtringit, meo ſaltem judicio. *Galatarum* Eccleſiae non erat ignotus Apoſtolus, & tamen prolixè de ſuo Apoſtolatu agit in Epiſtola ad eos data. Sic in Epiſtola ad *Corinthios*.

§. 20.

§. 20. Sed audiamus porro Cl. *Vitringam*. Nunquam ſic ad notos, ait, ſcribere Apoſtolum. In nulla Epiſtola, ad notos data, leges: *Si modo audiveritis me eſſe Apoſtolum*. Planè aliter 1 Cor. IX. 1. 2 Cor. XII. 12. 1 Timoth. II. 7. Galat. I. 13.

Confirmare ulterius annititur ſuam ratiocinationem ex verbis, quae in noſtra Epiſtola ſequuntur: Καθὼς προέγραψα ἐν ὀλίγῳ.

E quibus colligit Cl. *Vitringa* aliud aliquod epiſtolium antea ad eosdem ab Apoſtolo datum eſſe: Sic enim προγράφειν ſumi in S. Scriptura Nov. Teſt.

Vel ſi et hoc negetur, atque haec verba de illis, quæ in hac eadem Epiſtola ſupra ſcripta ſunt, intelligantur, indicio tamen eſſe, Apoſtolum in eo eſſe, ut fidem ſui Apoſtolatûs faceret. Quod apud *Epheſios*, ipſum talem expertos, utilitate carebat.

Adſtringitur idem ex verſu 4°. Non erat neceſſe, ut *Epheſii* ex literis ſuis, vel ex ſapientia, in illis elucente, cognoſcerent Apoſtolatum ipſius, quem jam cognoverant ex triennali inter ipſos praedicatione. Quod idem porro urget ex reliquis verbis.

§. 21. Praevidit autem Vir Clariſſimus, contra ſuum argumentum, ex eo deſumptum, quod Apoſtolatum ſuum commemoret, objici poſſe id, quod ego per modum brevis ſtrictûrae §. 19. adnotavi: nimirùm *Paulum*, ſcribentem ad *Corinthios*, ut & ad *Timotheum*, ſuum Apoſtolatum commemorare, quamvis illis minime ignotum. Sed regerit non tali modo, neque tali cohaerentia. Reſpicit procul dubio ad verſum 2. in quo quaſi dubitanter cenſet loqui Apoſtolum de notitia, quem haberent, ſui Apoſtolatûs. Si aliò reſpiciat, diffe-

rentiam indicare debuiſſet: Si vero huc reſpiciat, omnis vis ratiocinationis evaneſcit, ſi hic verſus alium, atque illum, quem Cl. *Vitringa* ei tribuit, habere poſſit ſenſum. De quo deinde noſtram dicemus ſententiam.

§. 22. Ultimus locus, quem adducit, ut probet *Paulum* ad ignotos ſcribere, deſumptus eſt ex Eph. IV. 21. Εἴγε ἀυτὸν ἠκούσατε, καὶ ἐν ἀυτῷ ἐδιδάχθητε, καθώς ἐστιν ἀλήθεια ἐν τῷ Ἰησοῦ.

Haec epanortholis indicat ſollicitudinem Apoſtoli, uti opinatur Cl. *Vitringa* pag. 35. quae animum ejus tenebat de eo, an doctrina ſalutaris pura & intaminata ipſis praedicata eſſet? Qualis ſollicitudo in animo ipſius reſidere non potuiſſet, ſi ipſe illis Evangelium praedicaſſet.

§. 23. Pergamus cum Viro Clariſſimo ad luſtrandum tertium argumentorum agmen, pag. 36. Hoc bipartitum facit.

§. 24. *a*. Generatim contendit, deſiderari talia in hac Epiſtola, quae videntur non potuiſſe omitti, ex conſueto ejus ad notos ſcribendi more, & natura rei.

a. Huc pertinet, quod nulla hic ſuae cum ipſis familiaritatis, & longae conſuetudinis fiat mentio: Hoc argumentum exaggerat ab humanitate Apoſtoli, a teneritudine affectus. Cum curaverit, fundaverit, & longo tempore excoluerit hanc Eccleſiam. Cum praeternavigare noluerit, niſi evocatis ad ſe Presbyteris, &c.

β. Quod nuſpiam indicet ſe illis praedicaſſe Evangelium, etiam ubi id flagitaſſet ſermonis occaſio. Vid. Cap. I. 13. 15. & Cap. IV. 21. Quo-

Digitized by Google

Quomodo fieri poteſt (ita ratiocinatur Vir Clariſſ.) ut credentes adverſus haereſes commonefaciens, Cap. VI. nunquam tamen provocet ad doctrinam ſuam, a qua recedere non debeant &c.

γ. Solet Eccleſias, in Epiſtolis ad notas ſibi datis, ſuô teſtimoniô laudare.

δ. Solet gratô animô commemorare beneficia accepta &c.

Exemplo ſit Philipp. IV. 10. 15.

Quis crediderit *Epheſios*, qui ſummo ſtudio expetiverunt *Paulum*, uti videre eſt Act. XVIII. 20. *Paulum* nullo beneficio adſtrinxiſſe? Vel *Paulum* ingratorum inſtar, ſi ad eos ſcripſiſſet, oblivioni quaſi tradidiſſe, quae acceperat?

ε. Neminem nominatim ſalutat.

§. 25. *b*. Speciatim, talia reperiri in iſta Epiſtola, quae ad *Epheſios* ſcribi minùs conveniens videri queat. (vid. pag. 40.)

(α) Epiſtola hæc in eodem argumento, eodem ordine, eâdem, in plerisque, vel ſynonyma dictione, atque totius ſermonis ſimillima quadam conformatione decurrere, quibus illa ad *Coloſſenſes*. Parum credibile *Paulum* ſcripturum fuiſſe tam germanas litteras, ad duas Eccleſias, quarum altera ſibi notiſſima, altera ignota.

(β) Continet quaſi ſyſtema Religionis. Uti illae ad *Romanos* & *Coloſſenſes*, ignotas ſibi eousque Eccleſias. Ad notas autem potiùs de ſpecialibus quaeſtionibus ſcribere ſolitus erat. Videtur igitur & hæc non ad *Epheſios*, quos de ſyſtemate totius Religionis abundè erudiverat, ſcripta eſſe; ſed ad ignotos, formam doctrinae ipſius ſcire cupientes. (γ)

(γ) Epiſtola haec admodum blanda eſt, obſervante *Hieronymo*, in qua nullum duriùs dictum, nullum ſeveritatis indicium. Hinc ita argumentatur Cl. *Vitringa* pag. 42. Si *Epheſii* puritatem doctrinae ita fuerint tuiti, non potuit non eos impenſè laudaſſe. Si quidam deſciverint, nonne eos corripuiſſet? Et bonos ab illis cavere juſſiſſet? Sed quia illis ignotus, quique ſua ope nunquam uſi erant, TANTUM juris ſibi in ipſos ſumere non poterat, neque audebat, quantum in aliquam ſui laboris, aut cultûs Eccleſiam.

§. 26. Ultima tandem nota, vel circumſtantia, quae Cl. *Vitringae* perſuadebat, hanc Epiſtolam non ad *Epheſios*, ſed ad alios, ſibi & *Timotheo*, *Pauli* Comiti, hactenùs ignotos, ſcriptam eſſe, haec eſt. pag. 42. Quod *Timothei* nullam mentionem fecerit; Neque ipſum, ceu *Epheſi* degentem, ſalutet; Neque in titulo ejus, tanquàm qui ſecum eſſet, nomen exprimat: Cum tamen *Coloſſenſibus* & *Philemoni*, utcunque ignotis, ſcribens, id honoris faciat *Timotheo*, ut etiam litteras ab ipſo inſcribat. Uti quoque *Romanos*, ſimiliter ignotos, a *Timotheo* ſalutat. An, ad *Epheſios* ſcribens, *Timothei* non feciſſet mentionem, cui curam illius Eccleſiae commiſerat, qui iſtius Eccleſiae Epiſcopus antiquis eſt creditus?

§. 27. Quartam denique argumentorum claſſem, teſtimoniis antiqui temporis hominum, qui factum noſſe potuerunt, & fideliter referre, conſtantem, adducit pag. 43. & ſeqq.

Ducit hoc agmen *Marcion*, famoſus Saeculi Secundi haereticus, citans ſatis longam pericopam ex Epiſtola *Pauli*, quam ad *Laodicenos* vocat, quae pericopa verbo-

Digitized by Goo

botenus legitur in hac ipſa Epiſtola noſtra, quae ad *Epheſios* dicitur. „ Unde liquet (inquit Vir Clariſſ.) „ *Marcionem* Epiſtolam noſtram legiſſe ſub titulo ad „ *Laodicenſes*. Teſte *Tertull.* contra *Marcionem* lib. V. cap. XI. & XVII.

Hisce locis ex *Tertulliano* addi vult Cl. *Vitringa* *Epiphanium* haereſ. XLII.

Hoc igitur *Marcione* ſic teſte laudato, & aſſerto *Tertulliani*, aliquo pacto, *Epiphanii* narratione confirmato, pag. 43. & 44. progreditur ad fidem ejus, hac ſaltem in parte, aſſerendam. Obſervat nimirum, quod „ *Acer* „ *Marcionis adverſarius Tertullianus accuſet ipſum interpolationis; ſed ad diſputationem de re rediens, nihil* „ *de titulo intereſſe*, dicat, *cum ad omnes Apoſtolus* „ *ſcripſerit, dum ad quosdam.*" Poſterius hoc adprobat Cl. *Vitringa*. Laudatque Illuſtr. *Grotium*, qui dixerit: *Credibile eſſe, fide Eccleſiae Laodicenae ſic legiſſe Marcionem: nam cur in ea re mentiretur nil fuiſſe cauſſae.* Hanc rationem *Grotii* non tantum adprobat Clariſſ. *Vitringa;* ſed ulterius quoque hac ratiocinatione confirmat, quod *Marcion* non ſcripſerit ad fidem hujus Epiſtolae elevandam, ſed eam agnoverit, in ſuo Ἀποστολικῷ retinuerit, ac dogmata ſua ex eâ ſe demonſtrare poſſe videri voluerit.

§. 28. Porrò, cum durum videri poſſet *Marcionem* opponere omnibus antiquis Patribus, omniumque M. S. S. fidei; negat Cl. *Vitringa*, a ſe id fieri. Sed conſiderandum vult:

a. Marcionem, ſaeculi ſecundi maturum ſcriptorem, *Sinopenſem*, adeoque in vicinia *Laodiceae* natum & verſatum, Epiſtolam hanc *Laodicenſibus* adſcribere,

Digitized by Google

eo tempore, quo facile mendacii coargui poterat, nulla ipsi existente mentiendi caussâ.

b. *Basilium* lib. II. adversus *Eunomium*, & *Hieronymum* Comment. in Eph. I. 1. candide fateri, in antiquissimis M. S. S. non reperta a se fuisse in inscriptione cap. I. 1. verba: ἐν Ἐφέσῳ.

c. Et postliminio (ex rationibus ante allatis) apparere non ad *Ephesios* esse scriptam: quin potius ad *Laodicenses*. Atque hoc pacto concludit *Marcionis*, & Codicum antiquorum fidem vehementer attolli.

§. 30. Tandem pag. 45. sic perorat Cl. *Vitringa:*

„ Atque hoc ipsum argumentum, quod sic forma
„ actionis non temerè adhibetur, non minus feliciter
„ forma defensionis adhibetur, adversus unam, quae
„ sola gravis est, objectionem, quae ex auctoritate An-
„ tiquorum, codicumque M. S. S., in titulum *Ephesiorum*
„ consentientium, depromitur. Efficit ut pro
„ communi sententia stet praesumtio, eaque gravis, &
„ legitima, nisi obstent graviora; si vero talia sint, prae-
„ ponderare debent.

Haec autem graviora Clarissimo *Vitringae* videntur testimonia modo memorata. Quod in hunc modum ostendere conatur: p. 45. „ Cum enim (inquit) An-
„ tiqui scriptores fateantur, antiquissimos Codices *E-*
„ *phesiorum* nomen heic non praeferre, *Marcione* etiam
„ diversum asserente, vel dum, ipso illo tempore, in-
„ quam, res sub suspicionem cadebat, inquirenda
„ erat. Qui autem post aetatem *Hieronymi* discripti
„ sunt Codices, in hoc judicium venire non poterant.

Hisce positis fundamentis, & observato, quod nunc nullum habeamus codicem, ad *Hieronymi* aetatem assurgen-

Digitized by

gentem, pronunciat, Codices M. S. S. aetate *Hieronymi* recentiores ab hoc judicio excludi. Saeculo IVto (inquit) jam disſidebant Codices. Alii *Epheſiis* adſcribebant Epiſtolam: alii dubitabant; *Epheſiis* non dabant, relicto ſpacio vacuo, ubi alii ἐν Ἐφέσῳ legebant.

Ergo (inquit Cl. *Vitringa*) tum lis erat dijudicanda. Priores Codices numero procul dubio praevalebant. Poſteriores ab antiquitate ſe commendabant. Diſcrimen inter utramque cauſſam tanti tum non erat. Quaeſtio in id reſolvebatur: Utrum ex primis illis duobus apographis (ex quibus deinceps, per quam plurima alia exempla, diverſam hanc lectionem propagarunt librarii) antiquius fuerit, & potius?

Patres ſe fundabant in ſuis Codicibus.

Epheſii hunc honorem ſibi procul dubio validè vindicabant.

Numerus definire non poterat. Fieri enim facile poterat, & factum eſt ſaepè, ut non accuratiſſimum exemplar frequentiùs deſcriptum ſit, quam melius.

Quid ergo? inquit Cl. *Vitringa*, Reſpondetque: Seponi debuiſſet a *Baſilio* & *Hieronymo* auctoritas Codicum, utpote diſſentientium. Atque aliae conquiri rationes, quibus lis inter eos dirimeretur. Quod ſi feciſſent, palmam dare debuiſſent antiquis illis, etſi paucioribus Codicibus. Se igitur rationibus, non probabilibus tantùm, ſed manifeſtis, praeferre Codices illos antiquos, modeſtos, pluribus aliis, qui ipſorum tempore temerè ferebant *Epheſiorum* nomen. Sibique cum M. S. S. omnibus, quae nunc circumferuntur, nihil negotii eſſe; utpote ſeris teſtibus, atque teſtimonium

Digitized by Google

mutuantibus ab illis, quibus jam olim litem intentarunt diverſi.

Fidei librariorum praeponderare debere urgentiſſimas rationes. De modo, quo vox Ἐφέσῳ jam maturè irrepſerit, ſe ſuam ſententiam aperturum ad ſeq. Diſſertationem, promittit. Atque concludendo gloriatur, neque *Fabricium*, neque *L'Enfantium* ullum locum produxiſſe, quem vel *Epheſios*, vel notos arguere, ſuſtinuerint.

§. 31. Haec eſt ſumma, & prioris, & ſecundae partis Diſſertationis Cl. *Vitringae* contra titulum Epiſtolae ad *Epheſios*.

§. 32. Examinemus nunc, quanta poſſumus ἀκριβείᾳ, rationes, quibus Cl. *Vitringa*, poſt *Millium* (cujus argumenta etiam adhibuit, urſit, amplificavit, &, quantum potuit, vindicavit) probare contendit, hanc *Epiſtolam* ſcriptam non eſſe ad *Epheſios*, ſed ad Eccleſiam, quae faciem Apoſtoli non viderat, quod illo tempore, quo hanc Epiſtolam exarabat, de *Epheſiorum* Eccleſia dici non poterat.

§. 33. Concedimus ultro Viro Clariſſimo, quod hanc Epiſtolam ſcripſerit Apoſtolus e vinculis *Romanis*. Quod ſuo loco probatum dabimus. Cel. Viri quoque argumentis ad id adhibitis.

§. 34. Sed quae altera pars eſt hypotheſeos, Chronologiam ſpectantis, Viri Celeb. nimirûm, quod e vinculis *Romanis* prioribus data ſit, me aſſentientem non habet. De tempore quidem, more noſtro, agemus ſuo loco. Hic tamen, quoniam Cl. *Vitringa* hac hypotheſi, ad impugnandum titulum Epiſtolae ad *Epheſios*, utitur, quaedam anticipanda erunt.

§. 35.

§. 35. Vidimus, V. Cl., ut probet hanc Epiſtolam, non e poſtremis, ſed e prioribus vinculis eſſe miſſam, contendere hanc noſtram, & illas ad *Philippenſes*, & ad *Philemona*, eopſe ferè tempore, ſcriptas. Has autem e prioribus vinculis ſcriptas eſſe, multis probat, neque me habet diſſentientem: Illa autem, de qua nos nunc diſputamus, ejusdem eſſe temporis, minimè agnoſco. Neque hoc probant argumenta Viri doctiſſimi.

(α) Quod noſtra, de qua agimus, & illa ad *Coloſſenſes*, per eundem *Tychicum* ſit miſſa; imbecillum eſt, tantum non fatente ipſo Viro Cl., argumentum.

Addi igitur vidimus a Viro Celeberrimo alterum. Nimirum:

(β) Quod Epiſtola, quam nos ad *Epheſios* dicimus, & illa, quae ad *Coloſſenſes* ſcripta eſt, ejusdem ſit argumenti.

Verum, plus differitatis inter utramque ego deprehendo, quam Vir Clariſſimus. Nihil in noſtra de Philoſophia traditiva; nihil de judicio in cauſſa cibi & potus, & Sabbathi, & neomeniae; nihil de abſtinentia illa, ſive Judaica, ſive Pythagorica; nihil de cultu Angelorum &c. quae tamen quartam fere partem Epiſtolae ad *Coloſſenſes* implent.

Sed demus tantam eſſe inter utramque convenientiam, quantam Vir Cl. in eis cernere ſibi videtur; Quid inde ad probandam temporis identitatem extundetur? An non id, quod hoc tempore ad Coloſſenſes ſcribere jubebat occaſio, & ſtatus Eccleſiæ, poſt aliquot annos poſtulare potuit ſimilis fere ratio, ut ad *Epheſios*, aliosve, ſcriberetur. Et quidem eodem ordine, magna phraſium ſimilitudine; in quâ tamen et ipſâ differentiam cernere licet.

§. 36. Neque plus roboris habet, quod additur, in utraque Epiſtola eandem conditionem, eundem ſtatum ſcriptoris, gemina dictione ſignificari.

Nam ipſemet Vir Cl. agnoſcit gemina noſtri Apoſtoli vincula. Quae cum Scriptorem bis, & diverſo quidem tempore, faciant in ſimili hactenus ſtatu conſtitutum, ſimili dictione quoque exprimi, diverſo licet tempore, potuerunt.

Quod denique idem tabellarius, ſimili commendationis formulâ laudetur, nihil facit ad temporis, ceu ejusdem, notationem.

§. 37. Quamvis autem in hoc diſſentiam, convenit tamen inter Virum Cl. & me, quod Epiſtola, quam ad *Epheſios* dicimus, ſcripta ſit, poſtquam *Paulus*, per triennium, atque adeo longo ſatis tempore inter *Epheſios* docuiſſet. In quo praecipuum ratiocinationis ſuæ fundamentum ponit Vir Celeberrimus.

§. 38. Sed id nunc diſpiciendum erit, an hinc ſequatur, hanc Epiſtolam non recta ad *Epheſios* eſſe datam. Hoc ut ex Chronologica hac hypotheſi eliciat, probare annititur Cl. *Vitringa*, hanc epiſtolam tales pericopas continere, e quibus pateat, quod non ad notos ſcripta ſit; Quod ſi firmo ſtet talo, res ipſa clamat, nequaquam ad *Epheſios* illam directè pertinere.

Inter pericopas, quae a noto ad notos ſcribi non poterant, primo loco refert Eph. I. 15. 16. ubi *Paulus* dicit:

Διὰ τοῦτο κἀγὼ, ἀκούσας τὴν καθ' ὑμᾶς πίστιν ἐν τῷ Κυρίῳ Ἰησοῦ, καὶ τὴν ἀγάπην εἰς πάντας τοὺς ἁγίους, οὐ παύομαι εὐχαριστῶν ὑπὲρ ὑμῶν, μνείαν ὑμῶν ποιούμενος ἐπὶ τῶν προσευχῶν μου, ἵνα ὁ Θεὸς &c.

Ex

Ex his verbis ita ratiocinatur :

Apoſtolus non auditione compertum habebat, ſed viderat *Epheſi* homines eſſe, qui fidem in Chriſtum ſuſceperant. Ergo ad *Epheſios* ſcribere non potuit, ἀκούσας τὴν καθ' ὑμᾶς πίστιν.

§. 39. Ego vero non video ſatis firmam eſſe hanc conſequentiam. An *Paulus*, qui *Epheſi* Evangelium, inſigni cum ſucceſſu, praedicaverat, non poterat, poſt annorum aliquot intervallum, in quo non absque variis tentationibus eos fuiſſe credibile eſt, & in quo plures deceſſiſſe, pluresque Eccleſiae *Epheſinae* acceſſiſſe potuerunt, ſcribere ſe *audire fidem, quae in eis erat?*

Notari autem velim, multum differre id, quod Apoſtolum dicentem facit Cl. *Vitringa*, ab eo, quod dicit.

Aliud eſt: *Audire Epheſi homines; eſſe, qui fidem in Chriſtum ſuſceperant*, Aliud: *Audire fidem, quae in eis erat.*

Prius, concedo Apoſtolum non fuiſſe ſcripturum ad illos, inter quos diù cum fructu laboraverat: Poſterius (quod ſignificat celebritatem fidei ipſorum, quae etiam *Romae* praedicabatur) quo minus *Paulus*, qui in vinculis erat, ſcribere potuerit, ſe *audire*, eoque nomine Deo gratias agere, nullus video.

Fruſtra mihi objiciet aliquis id, quod Vir Cl. *Grotio*, hoc de perſeverantia in fide interpretanti, objicit, ſcilicet: Frigidam hanc fore laudationem ſuorum *Epheſiorum*, nullâ mentione interjectâ conſtantiae fidei ipſorum, quam ipſe erat expertus.

Reſpondeo enim, primo non ad *laudationem* adeo tendere verba Apoſtoli, ſed ad indicationem occaſionis, quae ipſum ſtimularet ad perſeverantiam in gratiarum

pro

pro illis actione, & ad illas inprimis preces cum gratiarum actione conjungendas, quas mox ſubjicit verſibus 17. 18.

Secundò, *Frigidam* non eſſe *laudationem*, quando Apoſtolus, cum *Romae* eſſet, & quidem in vinculis, ſcribit, ſe audire τὴν καθ' ὑμῶν πίστιν.

At dices: Quare nullam injicit mentionem fidei, quam coràm in ipſis expertus erat? Reſpondeo: Non teneri me indicare rationem, quare hoc illudve non ſcripſerit Apoſtolus, qui duce & inſpiratione Spiritus Sancti ſcripſit: Sufficere, ſi nulla demonſtretur neceſſitas illud ſcribendi.

Proxima, Apoſtolum ſtimulans ad gratias, & preces illas ad DEUM fundendas, occaſio erat, quod celebrari & laudari, vel in ipſa urbe *Roma*, vel in ipſo carcere, *audiret*, *illam*, *quae in eis erat*, *fidem*. Hanc commemoraſſe ſufficere viſum eſt Spiritui Sancto, &, ejus ductu, ipſi Apoſtolo.

Neque omni conſideratione indignum eſt, quod illo, quo abſens ab *Epheſiis* Apoſtolus fuerat, tempore, plures *Paulo* etiam ignoti, Eccleſiae *Epheſinae* fuerint adjuncti, de quorum fide quoque audiverat.

Non quaſi hos ſolos reſpiciat Apoſtolus, quando dicit ἀκούσας τὴν καθ' ὑμᾶς πίστιν. Quo pacto hanc exceptionem ſibi ſolvendam proponit Cl. *Vitringa*, ſed quam noſtram non facimus. Agnoſcimus enim Viri Cel. reſponſionem: *Apoſtolum litteras ſcribere ad homines, corpus aliquod conſtituentes. Ab omni autem abhorrere ſermonis & litterarum conſuetudine, ut, ſi in communitate hominum pauci alicui ignoti ſint, ſocietas ipſa notiſſima, cui & ipſe praefuerit, ita ſe gerat erga univerſos,*

Digitized by Google

verſos, quaſi ſibi nunquam viſi eſſent, & nonniſi auditione ac rumore noti.

Haec autem ratiocinatio nos non ferit. Id tantum dico: *Paulum* rectè ſcribere potuiſſe ad *Epheſios*, & quidem tanto magis, quod multi poſt diſceſſum ſuum fato functi fuerint, multi viciſſim iſtius Eccleſiae acceſſio facti, *ſe audire fidem, quae inter illos erat*; cujus fama & celebritas jam in ipſam urbem *Romam* penetraverat, atque hac gratiſſimâ ſibi famâ, excitari, ad continuationem in gratiarum pro illis actione, & precum pro illis fuſione.

§. 40. Sed novâ inſtantiâ hunc nodum adſtringit, Cl. *Vitringa*, eâque duplici. Sic ſolere *Paulum* ad ignotos loqui, nunquam ita ad notos. Prius membrum probat ex collatione locorum Coloſſ. I. 3. 4. Philem. ℣. 4. 5. Rom. I. 8. Ubi ad ſibi nunquam viſos ſcribens, vel ipſiſſimis, vel in eundem ſenſum exeuntibus, verbis utatur, qualibus eum uti videmus Eph. I. 15. 16.

§. 41. Verum, etiamſi hoc daretur, non ſatis tamen forte eſſet telum, ad *Epheſios* de ſuo in hanc Epiſtolam jure deturbandos. Niſi probetur, haec verba ſoli de ignotis ſermoni quadrare. Poſſum enim aliquid de ignotis audire, poſſum ſimile quid de notis audire, quod utrumque mihi gratum ſit, & DEO gratias agendi materiem ſuppeditet. Imò verò tanto minus ſtringit hoc argumentum, quandoquidem non plena hîc & perfecta reperitur convenientia.

Tribus illis citatis locis, Apoſtolus, mox poſt votum, partem inſcriptionis faciens, dicit: εὐχαριστῶ - - - ἀκούσας.

At in noſtro loco, mox poſt votum: Εὐλογητὸς ὁ θεὸς

Digitized by Google

ὁ Θεὸς - - - ὁ εὐλογήσας ἡμᾶς &c. ubi nihil de, auditione ſola cognita, eorum fide legimus, ſed illam ab Apoſtolo abſolutè, ut ſibi ſatis perſpectam, 14. verſibus prioribus, & verſu quidem 13, conceptis verbis laudari videmus. Verſu, inſuper, 15 & 16 noſtrae Epiſtolae non ſimpliciter, uti locis modo memoratis, dicit εὐχαριστῶ, ſed οὐ παύομαι εὐχαριστῶν. Quale quid locis citatis non legimus. Significat ſcilicet Apoſtolus, ſe jam dudum, quando ſuo miniſterio ad *Chriſtum* convertebantur, & quando eos denuo inviſebat, pro illis gratias egiſſe; ſed ſe nunc, cùm *audiat* etiam *Romae* fidem illorum, novo ſtimulo incitari, ne ullatenùs deſinat pro illis gratias agere. Ubi (liceat mihi viciſſim quaerere) *Paulus* ſic ad ignotos loquitur? ut, laudata antea eorum fide, per quam benedictionum ſpiritualium facti erant compotes, denuò dicat, *audita, quae in vobis eſt, fide, non deſino gratias pro vobis agere.*

Verum eſt, quod in Epiſt. ad Coloſſ. Cap. I. 9. Apoſtolus dicat οὐ παύομεθα ὑπὲρ ὑμῶν προσευχόμενοι. Sed etiam haec differunt. Apoſtolus, cum *Epaphras* illis Evangelium praedicatum iret, pro illis, ut admitterent, & fide amplecterentur Evangelium, oraverat; ſed, auditâ eorum fide, pro ipſis gratias agebat, & orare non deſinebat. Sed ad *Epheſios* quod attinet, DEO benedixerat, quod illis, una cum *Judaeis*, benedixerat, quodque illos credentes Spiritû obſignaverat. Sed inſuper teſtatur, quod, *audiens fidem, quae in illis erat, NON DESINAT gratias pro illis agere.*

§. 42. Alterum autem inſtantiae ſuae membrum, nunquam *Paulum* ita ad notos loqui ſolere, Cl. *Vitringa* firmat exemplis, deſumptis ex Epiſtolis ad Philipp.

Digitized by Google

lipp. I. 3--6. 1 Theſſ. I. 2. 3. 2 Theſſ. I. 3. 1 Timoth. I. 3. 2 Timoth. I. 5.

§. 43. Vis argumenti, ſi quid video, in eo ſita eſt, quod, locis citatis, non dicat Apoſtolus, *ſe fidem* illorum *audiviſſe*, ſed oſtendat potiùs ſe illam compertam habere. Certè nullam aliam differitatem, quae huc faciat, in priori loco deprehendo. Haec autem nulla eſt. An non ſatis clarè innuit, ſe *fidem* illorum, ad quos noſtra Epiſtola data eſt, compertam habere, quando Cap. I. verſu 13. dicit: Ἐν ᾧ καὶ ὑμεῖς ἀκούσαντες τὸν λόγον τῆς ἀληθείας - - - ἐν ᾧ καὶ πιστεύσαντες ἐσφραγίσθητε &c.?

§. 44. Neque multo major vis eſt in reliquis. Verum eſt, quod expreſſis verbis in illis Epiſtolis teſtetur Apoſtolus, quod inter illos, ad quos ſcribebat, verſatus ſit, quodque eos ad fidem *Chriſtianam* converterit. Quod in noſtra non legimus expreſſum. Sed inde firmiter concludi non poteſt, quod noſtra ad ignotos ſit ſcripta. Suam inter *Epheſios* converſationem (poſtquam nunc plures anni elapſi erant, quamque illis, ſaltem presbyteris eorum, ad ſe evocatis, graviter & ſeriò ob oculos poſuerat, Act. XX. 17--21. poſtquam e prioribus vinculis liberatus, eos iterùm fortè inviſerat, relicto ibi *Timotheo*, 1 Timoth. I. 3. III. 14. 15.) denuo commemorare neceſſe non duxit Apoſtolus, neque Spiritus Sanctus, cujus ductu ſcribebat, cujus rationes omnes perrimari, noſtrum non eſt: Neque tamen ſic cogimur hanc admittere conſequentiam: Apoſtolus, in nonnullis Epiſtolis ad credentes, cum quibus verſatus erat, datis, iſtius ſuae converſationis mentionem facit; in hac autem, de qua diſputamus, Epiſtola, id omittit; ergo haec Epiſtola data eſt ad Eccleſiam quandam, nunquam ſibi viſam.

§. 45. Videamus, an fortior ſit nodus, qui nectitur ex verbis noſtrae Epiſtolae Cap. III. 2. Εἴγε ἠκούσατε τὴν οἰκονομίαν τ῀ς χάριτος τ῀ Θεοῦ τ῀ δοθείσης μοι εἰς ὑμᾶς.

Haec verba ita accipit Clariſſimus *Vitringa*, ut cenſeat, verba εἴγε ἠκούσατε eſſe dubitantis, vel quaſi dubitantis; non equidem ex incertitudine, ſed ex modeſtia ita ſcribentis. Haec tamen verba innuere, fieri poſſe, ut hoc non audiverint. Verba autem, τὴν οἰκονομίαν τῆς χάριτος τ῀ Θεοῦ τῆς δοθείσης μοι, intelligat *de ipſo munere Apoſtolatûs*. Quibus ita poſitis, in hunc modum ratiocinari ſibi licere videtur:

Paulus tribus annis, ut Apoſtolus, Evangelium inter *Epheſios* praedicaverat, multis ſui Apoſtolatûs documentis, iisque luculentiſſimis, editis. Ergo ad *Epheſios* non poteſt ſcripſiſſe, *ſi modo audiviſtis*, munus Apoſtolatûs in me eſſe collatum, vel me, Divinâ Gratiâ, munere Apoſtoli fungi.

§. 46. Fateor hoc argumentum vix infringi exceptionibus, quas refutat Cl. *Vitringa*: Tùm Illuſtris *Grotii*, qui interpretatur, ac ſi *Paulus* dixiſſet, *ſi modo* rectè *intellexiſtis doctrinam meam*: Tum Cl. *Cocceji*, haec verba ſpeciatim referentis ad illos *Paulo* ignotos, qui ſe, ex quo abſens fuerat Apoſtolus, Eccleſiae *Epheſinae* junxerant. Quamvis autem hiſce exceptionibus uti nolim, nequaquam tamen inexpugnabile exiſtimo hoc Cl. *Vitringae* argumentum. Prorſus enim evaneſcit omne illius robur, ſi particulas εἴγε vertas per *Quandoquidem*; quo ſenſu manifeſtiſſimè ſumi debent apud *Lucianum* in *Terpſione* in principio pag. m. 270. edit. *Graevii*. Et apud *AElianum Var. Hiſtor.* l. III. c. 17. p. m. 210. edit. *Perizonii*. Uti quoque optimè accipitur 2 Cor. V. 3. Sic dicet

Digitized by Google

dicet Apoſtolus: Quandoquidem, tum ex me, tum ex aliis, audiviſtis oeconomiam gratiae mihi datae.

Sed etiam ſi liberales eſſe velimus, & concedere, ſubdubitanter loqui Apoſtolum; tamen non ſequeretur Viri Clariſſimi concluſio.

Admittenda enim nequaquam videtur ejus hypotheſis, τὴν οἰκονομίαν τῆς χάριτ@ τῆς δοθέισης Apoſtolo, propriè & directè, vel unice ſignificare *Pauli Apoſtolatum*. De quo, an audiverint dubitanter ſcribere non potuiſſet illo tempore, fateor, ad *Epheſios*. Sed neque ad *Laodicenos*. Inficeta profectò mihi videtur Apoſtolo ſic tribui modeſtia. Cum enim Apoſtolus dicatur, διερχόμεν@ --- Φρυγίαν, ἐπιστηρίζων πάντας τὺς μαθητὰς. Act. XVIII. 23. idque poſtquam Apoſtolatù jam pluribus annis functus eſſet, & per totam Aſiam celebris factus, quam ſimulata videri debuiſſet *Laodicenis* modeſtia, ſi dubitanter ad eos ſcripſiſſet: *Si modo audiviſtis me Apoſtolum eſſe?* Pernego igitur hunc eſſe verborum, εἴγε ἠκούσατε τὴν οἰκονομίαν τῆς χάριτ@ τῆς δοθέισης μοι, ſenſum: Si modo audiviſtis, me, gratioſa DEI diſpenſatione, Apoſtolum factum eſſe.

Sed οἰκονομία τῆς χάριτ@ ſignificat *diſpenſationem gratiae*. Atque haec comprehendit omnem donorum gratiae, ad exſecutionem Apoſtolatûs neceſſariorum, largitionem, omnemque ductum Spiritûs DEI, per quem, ita ut veritas, utque temporis ratio, & prudentia requiſita poſtulabat, ſe gerebat, ad concreditum ſibi Apoſtolatum decenter exſequendum. Per hanc *oeconomiam* factum erat, ut (eo annitens, ut *Judaeos*, quantum pote, *Chriſto* lucraretur, *Gentiles* autem Eccleſiae, primum ex *Judaeis* colligendae, inſereret, & diſcrimen inter

Digitized by Google

utrosque ſublatum demonſtraret) malitiâ hoſtium in carcerem conjectus ſit, neque tamen unquam παῤῥησίαν in praedicando Evangelio abjecerit; Liberatus e vinculis denuò, nec minùs ſtrenuè, in id iterum incubuerit, atque ſic iteratô catenis vinciretur, non minus, quam olim, ſummâ fiduciâ cauſsam *Chriſti* agens, *Gentes* convertere allaborans, converſasque in *Chriſto* confirmare.

De hac oeconomia gratiae, ſubdubitare, vel potius, ex modeſtia quaſi dubitanter dicere poterat Apoſtolus, non minus ad *Epheſios*, quam ad quosvis alios, a quibus abſens erat, vel jam dudùm fuerat: *Si modo iſtam oeconomiam gratiae*, mihi in veſtrum, aliarumque *Gentium* ornamentum datae, *audiviſtis*. Hoc ſenſu ſi ſumatur hoc comma, optimè cohaerebit cum verſu primo; quo affirmaverat ſe eſſe Δέσμιον τοῦ Χριστοῦ Ἰησοῦ ὑπὲρ τῶν ἐθνῶν.

Talem agnituri erant *Paulum* noſtrum, atque hoc pacto futurum, ut non ſegneſcerent ob afflictiones ipſius; quod ab ipſis petit eopſe hoc capite, verſu 13. *Si modo audiverint illam gratiae, ipſi conceſſae, oeconomiam*, per quam ita ſe geſſerat, zelo cum prudentia conjuncto, ut non ob crimen, ſed ob fidelitatem in exſequendo munere, ad *Gentes* ejusdem ſalutis, quae ex *Judaeis* erat, participes faciendas, vinculis illis erat conſtrictus.

Atque eâ fini verſibus ſeqq. nonnulla de ſuo Apoſtolatu commemorat, non quaſi illa ipſis eſſent ignota, ſed ut eo fortiùs animos eorum afficeret, eisque inſinuaret, quid de vera cauſſa ſuorum vinculorum ſtatuere deberent.

§. 47. Hoc pacto commemoratio quoque ſui Apoſtola-

Digitized by Googl

ſtolatûs non arguet ipſum ad ignotos ſcribere. Saepius enim videmus Apoſtolum noſtrum, etiam ad notiſſimos ſcribentem, ad urgendum ſuum propoſitum, Apoſtolatum ſuum eis, ad quod ſcribebat, ob oculos ponere: Quod ex Epiſtolis ad *Galatas*, ad *Corinthios*, atque ad *Timotheum* conſtat, neque Cl. *Vitringa* inficiatur.

§. 48. Non major eſt difficultas in altero loco, ubi pariter dubitanter loqui creditur Apoſtolus, de re, quam, ſi ad *Epheſios* ſcripſiſſet, compertam habuiſſet Apoſtolus. Cap. IV. 21. Quibus verbis Cl. *Vitringa* exiſtimat Apoſtolum ſuam ſollicitudinem indicare, an doctrina ſalutaris pura & intaminata ipſis praedicata eſſet? Qualis ſollicitudo in animo ipſius reſidere non potuiſſet, ſi ipſemet illis Evangelium praedicaſſet. Unde conficit, non ad *Epheſios*, imo non ad ullam Eccleſiam, in qua ipſe Apoſtolus Evangelium praedicaverat, hanc Epiſtolam ſcriptam eſſe. Exceptionem, quam praevidet Vir Cl., ſcilicet, Apoſtolo *audire* idem eſſe, quod *benè percipere*, *intelligere*, ita refutare conatur, ut *primò* obſervet, *audire*, quando notat *rectè intelligere*, non excludere primum ſignificatum: Sed hoc (pace Manium Cl. Viri dixerim) nihil ad rhombum. Non enim hinc ſequitur, ſubdubitationem Apoſtoli ſe ad utrumque extendere. Certè Apoſtolus ſupra Cap. I. 13. 14. 15. ita laudaverat fidem hujus, ad quam ſcribebat, Eccleſiae; ut concipi non poſſit, Apoſtolum dubitaſſe, an *audiverint Chriſtum*, id eſt, an annunciatus eis ſit *Chriſtus*, Sed, ad ſummum, an ille auditus in illis hoc effecerit, ut rectè perceperint, & ad animum revocaverint.

Addit igitur, non praeter neceſſitatem, Vir Clariſſimus,

ſimus, Apoſtolum dubitare non potuiſſe, an *Epheſii* rectè perceperint doctrinam Evangelii, cum triennali inſtitutione ipſorum factus fuerit familiaris.

Quae ipſa tamen reſponſio mihi non videtur ſatis ſtringere. Per τὸ *Chriſtum audire, & in ipſo edoctum eſſe, ſicuti veritas in Chriſto eſt*, videtur intelligere Apoſtolus, doctrinam de *Chriſto* ita percipere, ut veritatem in ejus communione cognoſcerent, cum ſancto amore ejus, prout *veritas in Chriſto eſt*, tendens ad glorificandum DEUM. Verbo dicam, intelligit cognitionem ſanctificantem & ſalutarem. De qua ſubdubitare poterat Apoſtolus, quamvis ad *Epheſios* ſcribens; non quidem de omnibus, at de quibusdam, maximè de multis, poſt ſuum diſceſſum Eccleſiae junctis. Neque de omnibus, ad quos haec Epiſtola data eſt, dubitavit Epiſtolae Auctor; quod palam eſt ex Eph. I. 12. 13. 15. II. 1. &c. Sed de nonnullis dubitare poterat; tum quod corda inſpicere non poſſet, neque omnes hypocritas a ſinceris diſcernere; tum quod acceſſerint, quibus nunquam familiariter uſus fuerat. An non ſimilem ferè in modum loquitur ad *Corinthios*? 2. Cor. XII. 20. Quae, niſi admiſſa iſta, vel ſimili diſtinctione, vix & ne vix quidem conciliabis cum 1. Cor. I. 4--10.

Sed quid? ſi negem, illud ἴνα hoc loco dubitantis eſſe, ſed potius dicam eſſe ratiocinantis, & confirmantis? Quo pacto optimè cum verſu proximè praecedenti cohaerebit; nihilque difficultatis relinquet.

§. 49. His nodis ſolutis, videamus, an reliqui magis ſtringant. Cauſſatur Vir Doctiſſimus talia in hac Epiſtola deſiderari, quae non potuerint omitti ex conſuetо *Pauli*

Digitized by Google

Pauli ad notos ſcribendi more, & ipſâ rei naturâ. Quod ut probet, obſervat:

(α) Nullam hic ſuae familiaritatis, & longae cum ipſis conſuetudinis, mentionem facere Scriptorem.

Verum hoc eſt; Sed quare non licuit eam omittere? Cum jam plures elapſi eſſent, ex quo *Epheſo* diſceſſerat, anni. Cum illius ſuae inter *Epheſios* converſationis ſatis amplam mentionem jam dudum fecerat, in ſermone ſuo valedictorio, *Mileti* ad eos habito. Cum poſt illud tempus *Epheſum* fortè iterum tranſierit, certè *Timotheum* ibi reliquerit, uti ſupra vidimus. Cum, denique, tempore illo intermedio, plures, quibus familiariter uſus fuerat, diem ſuum obiiſſe potuerunt. Nihil igitur hoc negativum argumentum valere mihi videtur.

§. 50. Robur tamen ei addere conatur, ex eo,

(β) Quod nuſpiam indicet, ſe illis praedicaſſe Evangelium, etiam ubi id flagitaſſet ſermonis occaſio. Cap. I. 13. IV. 21. Reſpondeo, negari non poſſe, occaſionem ſermonis permiſiſſe, ut diceret, *Evangelium*, quod eos *audiviſſe* teſtatur, & credidiſſe, a ſe fuiſſe praedicatum: Sed rectè negari, ſermonis occaſionem id flagitaſſe, ut hoc, illis adeo notum, repeteret.

§. 51. Sed inſtat Cl. *Vitringa*: Quomodo fieri poteſt, ut credentes adverſus haereſes commonefaciens, Cap. VI. nunquàm tamen provocet ad doctrinam ſuam, a quà recedere non deberent &c.?

At regero, Apoſtolo ſatis fuiſſe viſum, ſermonem, quem audiverant, vocaſſe *Sermonem Veritatis*, *Evangelium ſalutis ipſorum*, atque *Verbum DEI* ut *gladium*

Digitized by Google

Spiritûs commendâſſe. Cap. I. 13. VI. 17. neceſſarium autem non duxiſſe, conceptis iterum verbis dicere, quod ipſe primus fuerit Evangelii apud ipſos Miniſter: Inprimis, ſi ſtatuamus, quod facile fieri potuit, tempore ſcriptionis hujus Epiſtolae, plures jam inter *Epheſios* credentes fuiſſe, qui ipſum *Paulum* non audiverant.

§. 52. (γ) Nondum tamen hoc argumentum negativum dimittit Celeb. *Vitringa.*

Solet (inquit) Eccleſias in Epiſtolis, ad ſibi notas datis, ſuo teſtimonio laudare. Quod hic non facit.

Imo contrarium ego affirmo. An non laudat *Epheſios*, quando dicit, ipſos *audiviſſe ſermonem* &c. Eph. I. 13.? vid. quoque verſum 15. & Cap. II. 1. 13. 19.

§. 53. (δ) Cavendum tamen erit, (quae quarta eſt Viri Clariſſimi inſtantia) ne *Paulum* ingratitudinis accuſemus, quod facere videtur recepta, de hac Epiſtola ad *Epheſios* data, opinio. Si *Paulus* ad *Epheſios* ſcripſiſſet, gratias (ut opinatur Cl. *Vitringa*) agere in hac Epiſtola debuiſſet pro beneficiis, quibus eum illi obſtrinxerant; Quod colligere liceat ex tenerrimo, quô erga *Paulum* erant, amore; uti conſtat ex Act. XVIII. 20. Addere per me liceat verſus 27. 28.

Verum enimvero, ſi ita ratiocinari liceret, *prima* ad *Corinthios* quoque ad Eccleſiam aliquam, in qua *Paulus*, vel non, vel non multum, laboraverat, ſcripta dici deberet. In illâ enim nulla gratiarum actio conſpicitur. Secus tamen hoc ſe habet. Act. XVIII.

Sed ſciendum eſt, *Paulum*, niſi urgente neceſſitate, noluiſſe beneficiis obſtringi.

Ipſemet ſic ad *Epheſios* proteſtatur, uti legimus Act. XX.

Digitized by Google

XX. 33. 34. *Argentum, & aurum, & veſtem nullius concupivi. Sed ipſi noſtis, uſibus meis, & eis, qui mecum ſunt, manus iſtas miniſtraſſe.* Si quid gratiarum, ex humanitate, agendum fuiſſet, in ſermone iſto valedictorio, vel per *Timotheum*, id commodius factum fuiſſet, quam in Epiſtolâ, poſt complures annos ſcriptâ.

Neque nobis obſtat gratiarum actio, quae in Epiſtola ad *Philippenſes* occurrit. Alia eſt ratio. *Philippenſes* ad *Paulum* captivum quaedam curaverant; uti antea quoque illi *ſoli communicaverant Apoſtolo in rationes dati & accepti.* Philipp. IV. 15. Tum demum hoc argumentum Viri Clariſſimi concludet, cum demonſtraverit, parem rationem, *Epheſiis* gratias poſt tot annos agendi habuiſſe *Paulum*, atque habuit, hoc humanitatis officium *Philippenſibus* praeſtandi.

§. 54. (ε) Ultimo loco deſiderat Cl. *Vitringa* ſalutationes nominatim factas, ſi haec Epiſtola ad *Epheſios* fuiſſet miſſa.

Sed quî praeſtabit Vir Cl., illos, quos nominatim ſalutare debuiſſet Apoſtolus, eo, quo hanc Epiſtolam ſcripſit, tempore, in vivis adhuc, & *Epheſi* praeſentes fuiſſe?

§. 55. *b.* Uti autem ex omiſſis, non omittendis, ſi Epiſtola ad *Epheſios* ſcripta fuiſſet, argumentari vidimus Virum Doctiſſimum; ſic viciſſim ex illis, quae minus convenienter ad *Epheſios* ſcribi eo tempore potuiſſe opinatur, argumentatur. Huc refert

(α) Identitatem hujus Epiſtolae, & illius, quae ad *Coloſſenſes* data eſt. Parum credibile, inquit, *Paulum* ſcripturum fuiſſe tam germanas litteras, ad duas Eccleſias, quarum altera ſibi ignota, altera notiſſima. De

quâ praetensâ identitate ſupra quoque dictum eſt.

At ibi jam monuimus, non deeſſe inſignem differentiam. Quin imo, ſi vel nulla eſſet, nihil in eo abſurdi notari posſet, ſi Apoſtolus ad Eccleſiam, ſibi notam, & ad aliam, ſibi ignotam, easdem veritates perſcripſiſſet; niſi probari posſet, id, quod ſcribebat, alterutri tantum convenire.

§. 56. Quid, ſi retorqueam hoc argumentum? Quis crediderit Apoſtolum, eopſe tempore, ad duas, easque non longè disſitas, Eccleſias, epiſtolas adeo germanas ſcripturum fuiſſe? Quis non potius, ſi duas, adeo ſimiles epiſtolas, ejusdem tenoris, & ordinis, & dictionis, ab eodem ſcriptore exaratas inveniret, ſuſpicaretur, illas ad diverſa tempora, & ad Eccleſias, longe a ſe invicem remotas, pertinere? Iſtiusmodi hariolationes parum habent ſolidi.

§. 57. At continet (ita inſtat Clariſſimus *Vitringa*) quaſi ſyſtema Religionis, quale ad *Coloſſenſes*, & ad *Romanos*, Eccleſias ſibi non viſas, ſcripſit noſter *Paulus*.

§. 58. Verum, inquam ego, quid prohibebat, quo minus ſalutares & fundamentales veritates, etiam notiſſimae, & a ſe plantatae Eccleſiae, poſt longi ſatis temporis abſentiam, ad ſcopum, quem occaſio poſtularet, ſcripto comprehenſas exhiberet, & animis inculcaret?

§. 59. Parum me ferit Clariſſimi Viri dilemma. Si *Epheſii* puritatem doctrinae ita fuerint tuiti, non potuit non eos impenſe laudaſſe. Si quidam deſciverant, nonne eos corripuiſſet? Nonne bonos, ab illis ut ſibi caverent, juſſiſſet? Sed hoc inde repetendum, quia in igno-

tos,

Digitized by Google

tos, quique ſua ope nunquam uſi erant, TANTUM juris ſumere non poterat, neque audebat, quantum in ſui laboris, aut cultûs Eccleſiam.

Hanc profecto ego rationem planè nullam exiſtimo. Certe ad *Coloſſenſes*, & ad *Romanos* ita ſcribit, ut ſatis oſtendat, & jus, & parrheſiam ſibi, tanquam Apoſtolo, minime deeſſe, etiam illa vitia, vel haereſes taxandi, quae, & quas in illas irrepere videret.

§. 60. Quod autem inſignem illam Eccleſiae, ad quam ſcribebat hanc Epiſtolam, puritatem, non conceptis verbis laudaverit, nihil habet, ex quo concludere liceat, an ad Eccleſiam, a ſe excultam, ſcriberet, an ad aliam, ſibi ignotam. Imo tanto magis admiratione & laude digna fuiſſet illa puritas, ſi in Eccleſia quadam, ab Apoſtolo non plantata, neque exculta, ſpectata fuiſſet. Sufficiebat Apoſtolo *Epheſiis* id laudis tribuiſſe, quod legimus Eph. I. 13. 15. & alibi.

§. 61. Ultima autem nota, vel circumſtantia, ex quâ Vir Celeberrimus cenſet colligendum eſſe, ad alios, ſibi hactenus non adeo notos, atque adeo non ad *Epheſios*, hanc Epiſtolam ſcriptam eſſe, haec eſt, quod *Timothei* in eâ nulla fiat mentio; cui tamen curam Eccleſiae *Epheſinae* commiſerat, qui ejusdem Epiſcopus antiquis fuit creditus. Hujus tamen neque in inſcriptione nomen comparet, (quod tamen conſpicitur in Epiſtolis etiam ad *Coloſſenſes*, & ad *Philemonem* datis) neque credentes ejus nomine ſalutantur; quod tamen in Epiſtola ad *Romanos* factum eſt. Neque eum, ut *Epheſi* commorantem, ſalvere jubet.

§. 62. Sed quid inde? Nihil aliud videtur colligendum, quam quod, cum hanc Epiſtolam ſcriberet

Digitized by Google

Paulus, *Timotheus* neque penes *Paulum* fuerit, neque *Epheſi:* Neutiquam vero ex hoc de *Timotheo* ſilentio ſequitur, quod Epiſtola ad ignotos ſit data: *Romanos* enim, utcunque nunquam ſibi viſos, *Timothei* nomine cum ſalutet, (Rom. XVI. 2.) Quidni etiam *Laodicenos*, etiamſi ſibi minus notos?

§. 63. Cum Epiſtolam ad *Coloſſenſes* in fronte etiam *Timothei* nomine muniverit, quid cauſſae fuiſſe oſtenderet Vir Cl., quare non idem nomen Socii ſui, *Timothei*, poſuiſſet in inſcriptione Epiſtolae ad Eccleſiam vicinam, eodem argumento, quamvis paulo copioſius elaborato, & eopſe tempore, & eodem tabellario miſſae, uti contendit Vir Doctiſſimus? Certe hujus differentiae ratio non poteſt in eo quaeri, quod Eccleſia *Laodicena* ſibi, & *Timotheo* fuerit nonniſi famâ cognita. Idem enim de illa *Coloſſenſium* ſtatuit ipſemet Vir Clariſſimus. Neque ulla ratio eſt credendi *Timothei* celebritatem ad *Coloſſenſes* equidem, non ad *Laodicenos*, perveniſſe: Cum Eccleſiae fuerint vicinae, quae ſecum invicem Epiſtolas communicare debebant. Mirari certe, ſi non offendi, debuiſſent *Laodiceni*, in capite Epiſtolae ad *Coloſſenſes* nomen *Timothei* expreſſum videntes, ſed in Epiſtolâ, ad ſe datâ, ne uſpiam quidem legi ejus nomen, ſeque ne ſalutatione quidem ab ipſo dignari.

§. 64. Prodeat nunc tandem ultimum copiarum Cl. *Vitringae* agmen; quod conſtare vult teſtibus, antiqui temporis hominibus, qui factum noſſe potuerunt, & fideliter referre. Has copias certe diligenter luſtrare juvabit. Anteit hoc agmen famoſus Saeculi ſecundi Haereticus.

§. 65. Verum hunc ducem non adeo difficile erit pro-

Digitized by Google

profligare. Primum enim notari velim, *Marcionem* non negaſſe *Paulum* Epiſtolam ad *Epheſios* ſcripſiſſe: Et quidem talem, in quâ lecta ſint verba, quae etiam nunc leguntur in Epiſtolâ ad *Epheſios*. Ex *Epiphanio* hoc manifeſto conſtat; ita ut dubitem, an Vir Clariſs. ipſum inſpexerit *Epiphanium*.

§. 66. En Tibi, Lector, quaedam excerpta ex iſto Auctore.

Et primo quidem Tibi exhibeo locum *Epiphanii*, ad quem Clariſs. *Vitringa* Lectorem ſuum remittit. Nimirum *Haereſi* XLII.

Is reperitur Lib. I. Tom. III. p. m. 309. edit. *Petavii*.

Narrat ibi *Epiphanius*, quod hic *Marcion* ſolum *Lucae* Evangelium amplectatur, (amputato tamen ejus initio) et decem *Pauli* Epiſtolas; quibus ſolis utatur, ſed ne illis quidem integris, alia ex illis capita detrahens, alia commutans.

Epiſtolas *Pauli*, αἱ παρ' αὐτῷ λεγόμεναι εἰσι, recenſet (pag. 310.) *Epiphanius*. 1. Ad *Galatas*, 2. prior ad *Corinthios*, 3. ad *Corinthios* poſterior, 4. ad *Romanos*, 5. ad *Theſſalonicenſes* prior, 6. ad eosdem poſterior, 7. ad *Epheſios*, 8. ad *Coloſſenſes*, 9. ad *Philemonem*, 10. ad *Philippenſes*.

Addit *Epiphanius*: "Ἐχει δὲ καὶ ϛ πρὸς Λαοδικέας λεγομένης μέρη. *Habet autem etiam partes Epiſtolae ad Laodicenos dictae.*

Marcionem itaque duobus tantum libris Canonicis uſum eſſe, *Evangelio Lucae*, ſed a ſe interpolato, & *Apoſtolico*, uti a *Marcioniſtis* vocabatur, id eſt Syllogе Epiſtolarum *Paulinarum*, modo memoratarum, pari-

Digitized by Google

pariter interpolatarum. Vid. *Epiphan.* Lib. cit. p. m. 317. fin.

Ex hoc *Apoſtolico* quaedam excerpta exhibet *Epiphanius*. p. m. 318. & ſeqq.

Ex his quaedam notabimus, quae h. l. uſui eſſe poſſunt.

Pag. 319. Leguntur illa verba, quae nos nunc habemus in Epiſtola ad Eph. IV. 5. citata ex Epiſtola XI, dicta ad *Laodicenos*. pag. 371.

Apud *Epiphanium* citata comparent verba, quae nos legimus Eph. II. 12. & ſeqq. in hunc modum: Τῆς πρὸς Ἐφεσίους ἑβδόμης ὕσης παρὰ τῷ Μαρκιώνι πέμπτης δὲ παρὰ τῷ Ἀποστόλῳ κειμένης τάδε.

Similiter p. m. 372. dictum, quod & nunc extat Eph. V. 4. ſub eâdem rubricâ continetur.

P. m. 374. poſtquam *Epiphanius* ex *Marcionis* opere, ex Evangelio *Lucae*, & *Apoſtoli* ſcriptorum, ac denique ſacrorum voluminum reliquiis contexto, atque ſic ab eo relictis particulis, quae ad illum convincendum facere poterant, delegiſſet, ſic pergit: Προσέθετο δὲ ἐν τῷ ἰδίῳ Ἀποστολικῷ καλυμένῳ, καὶ τῆς καλυμένης πρὸς Λαοδικείας. Εἷς Κύριος, μία πίστις, &c. (verba ſunt, quae nunc habentur Eph. IV. 5.)

Quibus ſubjicit *Epiphanius*: Συνᾴδοντως μὲν τῇ πρὸς Ἐφεσίους, ὦ Μαρκίων, καὶ ταῦτας τὰς κατὰ σὸν μαρτυρίας, ἀπ' ἐ λεγομένης πρὸς Λαοδικείας συνήγαγες κατὰ σὸν μαρτυρίας.

Quae verba liberè nimis ita reddit *Dionyſius Petavius*: „ Conſentiunt cum iis, quae in Epiſtola ad *E-*
„ *pheſios* leguntur, quae in Epiſtola ad *Laodicenos* (ſic
„ enim inſcribitur) contra Te teſtimonia protuliſti.

Li-

Digitized by Google

Liberè, inquam, nimis. Ex illis enim Latinis verbis Lector ſuſpicaretur ipſum *Epiphanium* teſtari, Epiſtolam, ad *Epheſios* vulgo dictam, inſcribi Epiſtolam ad *Laodicenos*. Quod in Graeco textu non apparet.

Simpliciter igitur Graeca *Epiphanii* verba, Latinè verſa, ſic ſonant: *Convenienter equidem illi* (Epiſtolae, quae eſt) *ad Epheſios, o Marcion; etiam haec, quae contra Te ſunt teſtimonia ex Epiſtola, quae ad Laodicenos dicitur, contra Te ipſum congeſſiſti teſtimonia.*

§. 67. Antequam *Epiphanium* miſſum faciam, notare debeo, quod idem *Epiphanius*, iterum p. m. 321. loquens de *Marcionis* συντάξει, dicat, eum illâ comprehendere, non omnes *Pauli* Epiſtolas, ſed duntaxat ad *Romanos*, & ad *Epheſios*, & ad *Coloſſenſes*, & ad *Laodicenos*, & ex illa, quae & ad *Galatas*, & ad *Corinthios* utraque, & ad *Theſſalonicenſes* utraque, & ad *Philemonem*, & ad *Philippenſes*, & ad *Timotheum* utraque, & ad *Titum*, & ad *Hebraeos*, non absque mutilatione.

Haec paulo copioſius exhibere volui ex *Epiphanio*, quem pauciſſimis tantum verbis citavit Cl. *Vitringa*, dicens: „*Idem notat Epiphanius.* Scilicet, quod *Mar-*
„ *cion* ſatis longam pericopam citet ex Epiſtola *Pauli*,
„ quam ipſe *ad Laodicenos* vocet: Illa autem pericopa
„ verbotenus legatur in hac ipſa Epiſtola noſtra, quae
„ ad *Epheſios* dicitur.

Haec excerpta ex *Epiphanio* ſi quis non nimis oſcitanter inſpiciat, videbit, quod *Epiphanius* Epiſtolam ad *Epheſios* (diſtinctam ab Epiſtola ad *Laodicenos*) Marcioni agnitam eſſe teſtetur; quamvis non absque mutilatione. Sed *Marcionem* ſuae, quam jactabat, *Pauli* ad *Laodicenos Epiſtolae*, inſeruiſſe quaedam, imo, ſi

Digitized by Google

ita velis, bene multa, quae in Epiſtola ad *Epheſios* reperiuntur.

§. 68. Probabile igitur mihi nequaquam fit, *Marcionem* negare ſubſtituiſſe Epiſtolam, quam nos legimus *Epheſiis* inſcriptam, ad illos vere a *Paulo* ſcriptam eſſe. Sed id ſolum certo conſtat, *Marcionem* illi, quae dicebatur, & in ipſius Apoſtolico continebatur, Epiſtolae ad *Laodicenos*, pericopas, ex Epiſtola ad *Epheſios* transſumptas, inſeruiſſe.

§. 69. Atque hoc pacto ex *Epiphanio* explicandus erit *Tertullianus*. Loca, ad quae Cl. *Vitringa* Lectores remittit, ſunt Lib. V. Cap. XI. & XVII. ita ſonant verba prioris loci p. m. 598. edit. *Rigaltii*. *Praetereo hic de alia Epiſtola, quam nos ad Epheſios praeſcriptam habemus, haeretici vero ad Laodicenos. Ait enim meminiſſe nationes, quod illo in tempore, cum eſſent ſine Chriſto, alieni ab Iſraële, ſine converſatione, & teſtamentis, & ſpe promiſſionis, etiam ſine Deo eſſent in mundo, utique & ſine Creatore.*

Satis planum eſt, *Tertullianum* digitum intendere ad *Epheſ.* II. 12.

Alter autem locus *Tertulliani* a nobis exhibitus eſt in principio hujus *Capitis*. vide hujus Diſſert. pag. 11. §. 1. conf. pag. 7. §. 5.

Res ſic ſe habere videtur: *Tertullianus*, videns in Epiſtola, quam *Marcion* in ſuo Ἀποστολικῷ Epiſtolam *Pauli* ad *Laodicenos* vocabat, inſerta eſſe verba, quae revera in Epiſtola ad *Epheſios* ſcripſerat *Paulus*, hoc interpolationis crimen *Marcioni* impeg t.

§. 70. Sed dato, non conceſſo, *Marcionem* negaſſe Epiſtolam, quam nos credimus ad *Epheſios* miſſam, ad ipſos

Digitized by Google

ipſos eſſe datam, eundemque adfirmaſſe, ad ſolos *Laodicenos* illam eſſe ſcriptam; Quis hujus hominis fidem praeſtabit?

Dicit equidem Cl. *Vitringa* cum *Grotio*, *Marcionis* non interfuiſſe, ut mentiretur. At quî hoc ſcit Vir Doctiſſimus? Quia (inquit) non ſcripſit ad fidem ejus elevandam, ſed eam agnovit, in ſuo Ἀποστολικῷ retinuit, ac dogmata ſua ex ea ſe demonſtrare poſſe videri voluit.

Sed reſpondeo: An integram, incorruptam, non interpolatam retinuit? Quis credet? An ergo ſuae (vel cujuscunque fuerit ἡ πρὸς Λαοδικεῖς λεγομένη) quam *Pauli* eſſe jactabat, Epiſtolae ad *Laodicenos* non potuit partim quaedam ex Epiſtola ad *Epheſios*, partim quaedam ſua commenta inſerere? Utque fucum tanto facilius faceret, non ad Epiſtolam ad *Epheſios*, ne ex illa convinceretur falſi, provocare, ſed ad aliquam ad *Laodicenos* datam, eamque, ut facilius *Pauli* foetum eſſe perſuaderet, pluribus ex genuina illa ad *Epheſios* Epiſtola decerptis flosculis exornare?

§. 71. Parum roboris autem habet, quod ad fidem *Marcioni* conciliandam affert Cl. *Vitringa*. Nimirum quod fuerit *Sinopenſis*, adeoque ex urbe *Laodiceae* vicinâ oriundus, ibidemque verſatus.

Fateor hinc ſequi, quod potuerit ſcire, an haec Epiſtola ad *Laodicenos* ſcripta ſit; Sed de eo non quaeritur. An nemo Veterum, qui uno ore teſtantur, eam ad *Epheſios* ſcriptam eſſe, quorum ne unus quidem eſt, qui eam *Laodicenis* vindicet, ſcire potuit, ad quam Eccleſiam haec Epiſtola pertineat?

§. 72. At, inquit Cl. *Vitringa*, facile mendacii redar-

redargui poterat: Sed regero: An non etiam hac in parte ipsum mendacii arguit *Tertullianus?* Nullus ex omni antiquitate hactenus productus est Scriptor, nulla Ecclesia, nullus Codex, qui in *Marcionis* sententiam concesserit: Satis manifesto indicio, quod ipsius interpolatio falsi sit convicta.

§. 73. Quod si vero contenderet aliquis, *Marcionem* eo audaciae processurum non fuisse, ut Epistolam, *Ephesiis* inscriptam, *Laodicensibus* vindicaret; cum versaretur in vicinia *Laodiceae:* Illi tunc probandum foret *Marcionem* in urbe *Sinope*, vel saltem in vicinia *Laodiceae*, hanc suam interpolationem vulgasse. Hoc autem neque *Tertullianus* nos docet, neque *Epiphanius;* soli in hoc negotio laudati testes.

§. 74. Imo contrarium fere colligendum mihi videtur ex eo, quod *Epiphanius* narret, quod scelestus impostor, post stuprum Virgini illatum, ab ipso suo Patre excommunicatus, & ex Ecclesiâ ejectus fuerit, & cum nullis precibus obtinere potuerit, ut in Ecclesiae communionem reciperetur, e *Ponto Romam* venerit: Cum autem *Romae* quoque nihil obtineret, studio vindictae, haeresin *Cerdonis* amplexus sit, & palam Senioribus dixerit: Ἐγὼ σχίσω τὴν Ἐκκλησίαν ὑμῶν. Uti igitur *Cerdon*, sic *Marcion*, solum Evangelium *Lucae*, nec tamen totum recepit; Apostoli *Pauli*, neque omnes, neque totas, Epistolas sumsit. Vide *Tertull. de praescript. Haerett.* Cap. LI. p. m. 253. *Epiphan. Haeresi* XLII. suprà p. 55. 56. a nobis laudata. Aliosque, in compendio exhibitos, a Doctiss. *B. Calvoerio*, in *Fissuris Zionis* p. m. 123. 124.

Judicio nunc Lectoris, veritatem amantis, relinquo, an

Digitized by Google

an *Marcionis* qualicunque teſtimonio fides ſit habenda? Nedum contra univerſae Eccleſiae unanimem aſſertionem?

§. 75. Verum enim vero hunc Ducem ſiſtet nobis Celeb. *Vitringa*, non ſine copiis, eisque non levis armaturae.

Aſſirmat enim *Baſilium* & *Hieronymum*, magna profecto nomina in Eccleſiâ, CANDIDE FATERI, *in antiquiſſimis MSS. non reperta a ſe fuiſſe verba* ἐν Ἐφέσῳ.

Ex qua *confeſſione* (uti eam vocat Vir Clar.) *candidâ*, ſpecioſiſſimae ipſi naſcuntur rhetoricationes.

§. 76. Haec tamen meum animum parum commovent, multo minus dimovent a ſententiâ.

Demus (quamvis minime agnoſcamus, vel concedamus) Viri Clariſſimi hypotheſin: Utrumque celebratiſſimum Eccleſiae Doctorem candide fateri, in antiquiſſimis MSS. non reperta a ſe fuiſſe verba ἐν Ἐφέσῳ.

Quid hinc ſequeretur? Lacunam ibi repertam in illis MSS, quae ad horum duorum Patrum manus pervenerant, fuiſſe. Recte hactenus. At illam lacunam inde ortam eſſe, quod illorum Codicum Scriptores dubitaverint, utrum legi deberet ἐν Ἐφέσῳ, an vero ἐν Λαοδικείᾳ, quo pacto probabit? Quod tamen ſibi hic ſumit Vir Clariſſimus.

Neque *Baſilius*, neque *Hieronymus* aliquid, imo ne γεὺ quidem, quod iſtius dubitationis indicium ſit, habent. Neque ex lacuna aliud nomen formare licet. Poſſet ex variatione Codicum, & dubitatione Librariis ſubnatâ, lacuna quaedam oriri: rarius tamen id con-

Digitized by Google

tingere putem. Solent enim aliquando alterutram eligere, vel ſolam, vel ita, ut alteram margini adſcribant. Tale quid hic factum eſſe, ne unicus quidem teſtis exiſtit.

Lacuna iſta aliis viſa eſt indicare Epiſtolam hanc fuiſſe encyclicam. Quam ſententiam illis relinquo. Sed an non ſaepius contingit, ut accuratiſſimi librarii, quando litterae vel nimis exiliter expreſſae, vel detritae ſunt, ſpacium potius relinquere, quam perverſe ſcribere, malint? Quo fundamento igitur defectus verborum ἐν Ἐφέσῳ conſiderabitur, ut teſtimonium, *Marcionis* interpolationi ſuccenturians?

§. 77. Sic conſecutionem infringimus. Sed quid, ſi ipſa hypotheſis falſa, vel ſaltem plane incerta ſit? CANDIDE FATERI BASILIUM ET HIERONYMUM, ſe in antiquiſſimis MSS. non inveniſſe verba ἐν Ἐφέσῳ, dicit Clariſ. *Vitringa*. Ego nego, & pernego. Inſpiciat Lector ipſiſſima verba, & videat, an eam reperiat confeſſionem.

§. 78. *Baſilii* verba, contra *Eunomium* diſputantis, Lib. II. p. m. 743. fol. Qqq. (Tom. I.) haec ſunt: Ἀλλὰ καὶ τοῖς Ἐφεσίοις ἐπιστέλλων ὡς γνησίως ἐνομένοις τῷ ὄντι δι' ἐπιγνώσεως, ὄντας αὐτοὺς ἰδιαζόντως ὠνόμασεν, εἰπών. Τοῖς ἁγίοις τοῖς οὖσι, καὶ πιστοῖς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· οὕτω γὰρ καὶ οἱ πρὸ ἡμῶν παραδεδώκασι, καὶ ἡμεῖς ἐν τοῖς παλαιοῖς τῶν ἀντιγράφων εὑρήκαμεν.

§. 79. Subtilitatem ibi elicere conatur *Baſilius* ex verbis τοῖς οὖσι, quaſi ſignificarent illos, qui cum DEO, qui (κατ' ἐξοχὴν) exiſtere dicitur, communionem habent; nihil amplius. De quo ſtatim plura.

§. 80. Quod autem ad *Hieronymum* attinet; in meâ Operum

Digitized by Google

Operum *Hieronymi* editione (quae eſt illa *Mariani Victorii Reatini*, quae prodiit *Pariſiis* Anno 1623.) Lib. VIII. p. m. 241. & ſeqq. extat ille Commentarius in Epiſtolam ad *Epheſios*.

Hunc *Hieronymi* non eſſe, ſed hominis *Pelagianâ* haereſi infecti, Editor, poſt alios, nimirum *Ambroſium Catharinum*, & *Sixtum Senenſem*, cenſet, in cenſurâ, quam ipſi hujus Tomi titulo ſubjecit.

Quisquis autem Auctor ſit, loco citato, in illo Commentario, neque in ipſo Textu, aliquid, ne γὲ quidem, reperio, quod indicio ſit vocem Ἐφέσῳ in antiquis Codd. fuiſſe omiſſam.

In Textu plene legitur: *Omnibus ſanctis, qui ſunt Epheſi.*

Commentarius margini adſcriptus ſic habet: OMNIBUS SANCTIS. „ Omnes ſancti fideles, non „ omnes fideles ſancti. Quia poſſunt & Catechumeni, „ ex eo, quod *Chriſto* credunt, fideles dici, non tamen ſancti ſunt; quia non per baptiſmum ſanctificati. Sive ſic intelligendum, quod ſcribatur fideliter ſervantibus gratiam ſanctitatis.

QUI SUNT EPHESI &c. „ Non omnibus *Epheſius*, ſed his, qui credunt in *Chriſto*.

Tomo autem VI, ubi alius *Hieronymi* reperitur in hanc Epiſtolam Commentarius, p. m. 161. iterum in Textu lego plene ſcriptum: *Sanctis omnibus, qui ſunt Epheſi, & fidelibus in Chriſto Jeſu.*

Et in Commentario, margini adſcripto, haec verba reperiuntur: SANCTIS OMNIBUS, QUI SUNT EPHESI. „ Quidam curioſius, quam neceſſe eſt, putant ex eo, quod Moyſi dictum ſit: *Haec dices filiis*

„ *Iſrael:*

Digitized by Google

„ *Iſraël: QUI EST miſit me*, etiam eos, qui in „ *Epheſo* ſunt ſancti & fideles, eſſentiae vocabulo eſſe „ nuncupatos. Ut, quomodo a Sancto Sancti, a juſto „ juſti, a ſapiente ſapientes, ita ab eo qui EST, hi, „ *qui ſunt*, appellentur; & juxta eundem Apoſtolum „ elegiſſe DEUM ea, quae non erant, ut deſtrueret ea, „ quae erant &c. Alii vero ſimpliciter, non ad eos, „ qui ſunt, ſed qui *Epheſi ſancti & fideles ſint*, ſcri- „ ptum arbitrantur.

Nulla hic confeſſio, extitiſſe exempla, in quibus nomen Ἐφέσῳ ſit omiſſum. Neque *Hieronymus* ullatenus dubitavit, utrum haec Epiſtola ad *Epheſios*, an ad aliam Eccleſiam, data ſit:

Luculentiſſime, in Prooemio ad *Paulam* & *Euſtochium*, oſtendit, ſe hanc Epiſtolam habere pro Epiſtola ad *Epheſios* ſcripta: Imo ne quidem ullam ſententiae contrariae, vel ea de re dubitantis, nedum hanc Epiſtolam *Laodicenis* vindicantis, mentionem facit diligentiſſimus *Hieronymus*, ſui temporis Criticus, ſi quis alius, doctiſſimus.

§. 81. Teſtatur *Baſilius* ſe in antiquiſſimis Codicibus legiſſe τοῖς οὖσιν. Hoc in rem ſuam (bene, an ſecus, nunc non inquiro) adhibet. Sed neque negat, neque affirmat, (neque hoc ad ſcopum ejus requirebatur) his verbis ſubjici ἐν Ἐφέσῳ. Legi autem τοῖς οὖσιν recte affirmat *Baſilius:* legitur etiam in noſtris codicibus MSS. & impreſſis.

Hieronymus nihil aliud facit, quam quod ſignificet, nimiam eſſe *Baſilii*, vel eorum, qui ipſum hac in parte ſequuntur, ſubtilitatem, qui ex verbis τοῖς οὖσιν exſculpunt credentium communionem cum illo, qui, κατ' ἐξοχήν, EXISTERE dicitur. An

Digitized by Google

An *Basilius*, an *Hieronymus*, vel minimam ſuſpicionem ſignificant, vel dubitationem, utrum ad *Epheſios*, an ad alios miſſa ſit haec Epiſtola? Contrarium patet ex Prooemio *Hieronymi* ad *Paulam* & *Euſtochium*. Uti quoque *Baſilius* absque ulla haeſitatione loquitur, dicens: ΤΟΙΣ ΕΦΕΣΙΟΙΣ ΕΠΙΣΤΕΛΛΩΝ &c.

§. 82. Parum igitur curamus hac fictitia *candida Baſilii* & *Hieronymi* confeſſione nixas rhetoricationes, & hariolationes; illa quidem exemplaria, quae nomen Ἐφέσῳ habent, multitudine, ſed illa, quae olim, ante *Baſilii* & *Hieronymi* tempora, aliud aliquod nomen, ſpeciatim Λαοδικείας exhibuerunt, antiquitate ſe commendaſſe &c.

§. 83. Quamvis autem ſummopere venerer, non ſequor tamen Magnum illum *Uſſerium*, eruditiſſimum Virum, *Annal.* p. m. 686. poſtremae edit. *Lond.* qui mihi videtur nimium facile credidiſſe, *Baſilium* teſtatum eſſe verba ἐν Ἐφέσῳ defuiſſe in Codicibus antiquis. Speciem, fateor, verba *Baſilii* (p. 62. deſcripta) iſtiusmodi defectûs prae ſe ferunt. Sed ſcopo, & antecedentibus *Baſilii* recte inſpectis, non eo tendunt, ut ſignificent defuiſſe indicationem loci; ſed tantum, ut probent *Paulum* credentes, ad quos ſcribebat, ſingulari quadam emphaſi vocare τοὺς ὄντας, utpote γνησίως ἐνομένους τῷ Ὄντι. Quod autem dicit *Baſilius*, οὕτω γὰρ καὶ οἱ πρὸ ἡμῶν παραδεδώκασι, καὶ ἡμεῖς ἐν τοῖς παλαιοῖς τῶν ἀντιγράφων εὑρήκαμεν. Si ſcopum orationis *Baſilii* ſpectemus, nequaquam (quod ſibi Viri ſummi nimiâ feſtinatione videntur perſuaſiſſe) probationi, quod defuerint verba ἐν Ἐφέσῳ, deſtinatum eſt; ſed iſta confirmatio inſervit demonſtrationi *Paulum* vere ſcripſiſſe τοῖς οὖσι. Quod

Digitized by Google

confirmatione aliquâ indigere forte *Basilio* videbatur, cum omnis ratiocinatio ipsius hoc fundamento niteretur.

§. 84. Certe non belle sibi constare mihi videretur *Basilius*, si affirmans, quod *Paulus* ΤΟΙΣ ΕΦΕΣΙΟΙΣ ἐπιστέλλων, ΑΥΤΟΥΣ ἰδιαζόντως ὠνόμασεν ὄντας, probatum iret in antiquissimis Codicibus deliderari *Ephesiorum* nomen. Et scire equidem velim, quorsum respiciat pronomen αὐτοὺς, nisi ad Ἐφεσίους, οἷς erat ἐπιστέλλων, quosque considerabat, ut γνησίως ἐνομένους τῷ Ὄντι.

§. 85. An eâdem festinatione occupatus, & quod non vacaret in rem inquirere, Summus ille Litterarum instaurator, ERASMUS, memorans a *Marcione* citatam Epistolam, tanquam ad *Laodicenos* datam, dicat, se NON PRONUNCIARE, (quod ei pag. 7. Dissert. I. tribuit Clar. *Vitringa*, non indicato loco) fateor me hactenus nescire; In *Bibliis Criticis* ad Eph. I. 1. in notis *Erasmi* ad h. l. id non legitur. Neque mihi nunc vacat in id inquirere.

§. 86. Res ad liquidum mihi videtur perducta. Firmum ratumque censeo, Inscriptionem, quae nunc Eph. I. 1. legitur, unanimi codicum fide & omnium Antiquorum Patrum testimonio firmatam, nequaquam mutandam esse: Atque adeo Epistolam hanc nostram, cui hisce Prolegomenis illustrandae nos accingimus, vere a *Paulo* ad *Ephesios* esse scriptam.

DIS-

Digitized by Google

DISSERTATIO ISAGOGICA
IN
EPISTOLAM AD EPHESIOS.
SECUNDA,
AGENS
De Urbe EPHESO, ejusque incolis, quâ Ethnicis, quâ Judaeis, quâ Christianis; Et his quidem, ut partim ex istis, maximam tamen partem, ex illis, ad fidem in CHRISTUM conversis. Et quidem

CAPITE PRIMO
De Urbe Epheso, ejusque Nominibus, Situ, Fatis, & Incolis.

Superiori Dissertatione satis EPHESIIS vindicavimus illam Epistolam, quae eis inscripta est: Et, nisi vehementer fallar, probatum dedimus nullam dari rationem, ob quam debeamus deserere constantissimam Commatis primi, Capitis primi, lectionem.

Juvabit igitur nunc quaedam enarrare, quae ad celebratissimam hanc urbem, EPHESUM, spectant. Et quidem praecipue talia, de quibus sperare liceat, fore, ut aliquid lucis huic illive parti hujus Epistolae foenerentur.

Digitized by Google

Obſtat tamen, quod lubens fateor, quod Vir Cl-riſſimus, *SALOMON VAN TIL*, haec omnia ita occupaverit, ut exhauſiſſe videatur.

Ne tamen hanc partem *Prolegoménôn* prorſus intactam relinquam, quaedam ex illis, quae laudatus Vir Magnus copioſius expoſuit, non diſſimulato ejus nomine, excerpam, indicatis locis, ubi apud ipſum Virum Celebratiſſimum legi poſſunt.

Edidit nimirum Vir Plurimum Venerandus *DANIEL BEDBERUS*, Clariſſimi *Tillii* dilectiſſimus quondam diſcipulus, poſtea Eccleſiae *Amſtelodamenſis* Paſtor, paulo ante ſuam mortem, quaedam inedita, ſibi concredita, ſcripta Celeberrimi *Tillii*. Inter quae fuit *COMMENTARIUS IN QUATUOR PAULI EPISTOLAS*; nempe *PRIOREM AD CORINTHIOS, EPHESIOS, PHILIPPENSES, ET COLOSSENSES*. *Amſtelodami* impreſſus, Anno 1726. apud *Gerardum onder de Linden*.

In illo, quae ad noſtrum nunc inſtitutum faciunt, incipiunt pag. m. 113. En Tibi, Benevole Lector, quae excerpſi, in quatuor membra diſtincta. Ita ut agatur.

HUJUS CAPITIS PRIMI
MEMBRO PRIMO,
De Nominibus, quibus haec Urbs inſignita fuerit.

QUantum igitur ad *Nomina* attinet, dictam eſſe quondam *ALOPEN*, ex *Plin.* Lib. V. Cap. 29. ex *Homero*: aliis tamen ſecus ſententibus.

EPHE-

Digitized by Google

EPHESI nomen diverſimode deduci: Aliis illud nomen huic Urbi impoſitum eſſe a Matre *Amazonum*; aliis jam ante adventum illarum, ab EPHESO quodam, ſtatuentibus. Ab *Heraclide* tamen apud *Ælianum* derivari ab ἐφῆναι: nimirum ab *Herculis conceſſione*, regionem hanc *Amazonibus*, bello ſuperatis, inhabitandam concedentis. Ab *Auctore*, contrà, *Etymologici Magni*, hoc nomen ab ipſa *Diana Epheſia* ortum dudece; quae ſcilicet Dea dicta ſit *Epheſia*, a ſingulari ejusdem clementia; utpote, quae *Amazonibus* ad ejus altare confugientibus veniam procuraverit ab *Hercule*: Vel, quod alii mallent, quod *Diana* ſupplicibus veniam facile concederet, etiam ſine ſacrificiis cruentis. Vid. *van Till* L. c. pag. m. 113. 114. 115.

Plinio hanc Urbem dictam eſſe *Lumen Aſiae*. *Stephano* Ἔφεσος, πόλις Ἰωνίας ἐπιφανεστάτη. In *Nummis* πρώτη τῆς Ἀσίας. Scilicet ſtrictius dictae, hodie *Anatoliae* nomen gerentis; imò adhuc ſtrictius, atque ſic comprehendentis quatuor tantum Provincias. l. c. pag. m. 113.

MEMBRO SECUNDO

HUJUS CAPITIS,

De Situ, & Ornamentis Urbis EPHESI.

Sita fuit haec Urbs in *Ionia*; ex loco modo ex *Stephano* adducto, & *Nummis*.

A *Ptolemaeo* poni in longitudine gradd. 57. min. 20. in latitudine gradd. 37. min. 40.

Quando *Urbs Asiae* dicitur, intelligo *Asiam* ſtricte ſic dictam, quatuor comprehendentem Provincias: *Phrygiam*, *Myſiam*, *Cariam*, & *Lydiam*. *Herodotus Lydiae*, alii *Cariae Epheſum* accenſent. Incolas *Herodotus* Lib. 1. dicit habuiſſe *Lydos Caribus* permixtos.

Occupavit duos colles, & vallem intermediam; Planities erat, hos duos montes dirimens, ferè 300 paſſuum. In hujus planitiei extremitate condita Urbs, verſus *Cayſtrum* Fluvium, a quo 1000 paſſibus aberat.

Principia, ante *Ionum* adventum, tenuia: quod ex *Herod.* Lib. I. Cap. 26. oſtendit *Tillius* noſter. Deinde vehementer aucta, & exornata.

Quatuor partibus conſtans. 1. Τρηχεία (uti apud *Strabonem* vocatur) ἡ ὑπὲρ τὸν Κόρισσον παράρεια. 2. *Halitnaea*, ubi fons *Hypelaeos* erumpebat, docente *Pauſania*, ubi ſacer portus, & fanum *Apollinis Pythii*. 3. *Samorna*, aliis *Smyrna*, quam olim *Amazones* incoluiſſe dicuntur: cujus quoque incolae coloniam duxiſſe in eum locum, ubi nunc *Smyrna* eſt, eique nomen dediſſe, creduntur. 4. Πτέλεαι, planitiem occupans, in qua Templum *Dianae*, cum foro. V. *Till.* pag. m. 116. 117.

Longè celeberrimum fuiſſe hanc Urbem ſatis conſtat. Olim totius, poſtea *Auſtralis* tantum *Ioniae* Metropolis. Ex *Plin.* Lib. V. Cap. 29. 30. Atque ſic inter illas, quae in *Nummis* vocantur πρῶται τῆς Ἀσίας. vid. *Rubenium* de *Urbibus Neocoris*. *Metropoleôn in* ASIA *prima*, dicitur *Ulpiano* L. 1. *Digeſt.* Tit. XVI. *de offic. Procoſſ.* l. 4.

Ad ejus tribunal pertinebant variae Urbes, & regiones. Vid. *Uſſer. de Aſia Proconſulari* pag. 46. *Thom. Smith. in Notit.* 7. *Eccleſ. Aſiae*. V. *Till.* pag. 117. *Empo-*

Digitized by Google

Emporium celebratiſſimum fuit *Epheſus*, jam ab antiquis temporibus. Uti ex *Ariſtide* & *Xenophonte* probat *Tillius* pag. m. 118. quo conducebat ſitus; nam non longè ab *Epheſo Cayſtrus* ſe in ſinum dilatat.

Jus *Aſyli* quoque habuit, quod omnis *Aſia* Dianam veneraretur. Unde quotannis huc celeberrimus hominum confluxus ob feſta, mercaturam, inſtituta *Equeſtria*, *Gymmica*, & *Muſica* certamina, in honorem *Dianae*; ut & ſupra memoratum Tribunal.

Ex ruderibus doctiſſimus *Thomas Smith Notit. ſept. Eccleſ. Aſiat.* pag. 47. aſſerit duo ibi fuiſſe *Amphitheatra*. De alterutro mentio fit Act. XIX. 29.

De *Gymnaſiis* & *Hippodromo* videri poteſt *Xenophon* in *Ageſilao*. Celeberrimum Gymnaſium fuiſſe, quod *Eleutharium* dicebatur, narrat Clariſſ. *Till.* pag. 119. Xyſti artificioſiſſimi, & lucorum vicinorum mentio fit in *Philoſtrati* hiſtoria *Apollonii*.

Schola *Tyranni* memoratur Act. XIX. 9. Nomen *Tyranni* hic non eſſe nomen proprium, ſed ſignificare aliquem ex *Regulis*, forte ſub *Perſarum* Monarchia, qui hanc ſcholam condiderit. Quod Cl. *van Till* pag. m. 119. dicit, ſed non probat. Vid. in hanc rem Clariſſ. *Wolf.* & *Plevier* ad h. l.

Ex his omnibus Cl. *van Till* pag. m. 119. 120. rectè concludit, notandam eſſe opportunitatem loci, unde *Evangelium* per univerſam *Aſiam* propagari potuit. Unde 1. Cor. XVI. 8. 9. Apoſtolus dicit *Epheſi* ſibi *magnum oſtium apertum* &c. Quamobrem laudanda prudentia, & diligentia *Pauli*, qui tantum temporis, tantumque laboris, & ſollicitae curae, in plantanda, conſtituenda, & porro curanda Eccleſia *Epheſinâ* impendit.

DIS-

Digitized by Google

DISSERTATIONIS ISAGOGICAE SECUNDAE,

CAPITIS PRIMI MEMBRO TERTIO.

De Fatis hujus Urbis.

FAta Urbis & civium prosequitur Cl. *van Till* ad modum annalium. Vide ipsum pag. 120. Ex quo quaedam excerpemus, spicilegio aliquo interjecto.

Primi incolae hujus regionis fuere *Lydi* & *Cares*, quorum illi ex *Septentrione*, hi ab *Austro* hic sibi mutuo occurrerunt.

Amazones hanc postea regionem tenuisse, & hanc Urbem (quae *Plinio* proptera *Amazonum* opus audit) condidisse, fama antiquissima est.

Haec habet Clarissimus *van Till.*

Apud *Athenaeum* autem, in *Deipnosophist.* L. VI. Cap. XIX. pag. m. 267. Interprete *Dalechampio*, (omisis, brevitatis caussa, verbis Graecis) haec lego de origine Urbis *Ephesiorum*: „ *Malacus*, libro de „ *Siphniorum* finibus, tradit, *Samiorum* servos, numero mille, *Ephesum* incoluisse, qui principio rebelles, in insulae montem cum abiissent, gravibus „ damnis *Samios* affecerunt: at anno post sexto, oraculi „ monitu, *Samii*, cum, percusso certis pactis foedere, „ illaesos dimisissent, insula navibus egressi *Ephesum* illi

„ illi tenuerunt, horum, qui nunc ſunt, *Epheſiorum*
„ majores, & atavi.

Ex eodem *Athenaeo*, Lib. VIII. Cap. XVI. pag. m. 361. med. de origine Urbis *Epheſiorum* haec quoque excerpere mihi lubet: „ *Creophylus* in opere de finibus „ *Epheſiorum* tradit, *Epheſi* conditores, dubitantes, „ quo in loco civitas eſſet aedificanda, multum per- „ plexos ad DEUM miſiſſe, tandem ſciſcitaturos, ubi- „ nam oppidulum (in Graeco Textu habetur τὸ Πόλισ- „ μα) ponerent, DEUMque reſpondiſſe, eo loco ex- „ ſtruendum, piſcis quem oſtenderet, agreſtisque ſus „ hortaretur (ἐφηγήσεται) Jam inde fama percrebuit, „ ubi nunc fons *Hypelaeus* ſcaturit, & ſacer portus „ eſt, piſcatoribus ad prandium obſonium parantibus, „ exſilientem cum prunâ piſcem quemdam, in con- „ geſtam e ſtramentis & virgultis materiam decidiſſe, „ accenſâque illâ congerie, ſub eâ latitantem agreſtem „ ſuem igne perterritum, magnam partem montis, quem „ *Aſperum* vocant, curſu peragraſſe irruentem, jaculo „ vero transfixum procubuiſſe, ubi nunc eſt delubrum „ *Minervae*, ac ex inſulâ *Epheſios*, in qua annos unum „ & viginti morati fuerant, anno vigeſimo ſecundo „ in continentem trajeciſſe, & in illo *Aſpero* monte, „ ac locis, quae ad *Coriſſum* ſpectant, urbana aedifi- „ cia inchoaſſe, *Dianae*que Templum in foro erexiſſe, „ & in portu, *Apollinis Pythii*.

Pauſanias vero L. VII. ſive *Achaic.* Cap. II. diverſa quaedam de origine & primis incolis hujus Urbis tradit, pag. m. 525. unde mihi videtur, vix aliquid certi, quod clarè & diſtinctè percipi poſſit, definiri poſſe.

Poſtea *Iones*, *Athenas* relinquentes, huc migrarunt:

Digitized by Google

quod Cl. *van Till* ad Annum circiter Per. Jul. 3678, aut 3681 refert.

Cimmerii, a *Scythis Nomadibus*, ſuis ejecti ſedibus, ex *Europa* in *Aſiam* trajicientes, *Sardesque* tenentes, *Ioniam* vaſtarunt. Hos *Halyattes*, *Lydorum* Rex, ex *Aſia* expulit: quod ad Annum Per. Jul. 4108 refert.

Croeſus, *Lydorum* Rex, *Iones* libertate privavit. Ipſe deinde a *Cyro*, Anno Per. Jul. 4166, regno exutus.

Cyrus Iones ſubjugavit; atque Satrapis ſuis parere juſſit.

Secundo a tranſitu *Xerxis* Anno, *Iones* defecerunt a *Perſis*.

A *Perſis* ſumma rerum ad *Macedonas* tranſit.

Alexander, Anno Regni ſui ſecundo, *Epheſum*, ab *Amynta Perſarum* Satrapa derelictam, occupavit; exules revocavit; & tributum, *Barbaris* pendi ſolitum, *Dianæ* ſolvere juſſit.

Poſt *Alexandri M.* mortem *Lyſimachus Epheſum*, tenuit, inſtauravit, ab ejus uxore, brevi tamen tantum tempore, nomen *Arſinoës* nactam. Poſt ejus mortem in partem *Seleuci* & *Seleucidarum* venit.

Duobus ferè Saeculis ante CHRISTUM natum, *Romani*, devicto *Antiocho*, *Eumeni*, Attali filio, eorum partes in bello contra *Antiochum* conſtanter ſecuto, *Epheſum* dederunt.

Poſt *Eumenis* fata, Regnum illud *Pergamenum* XXI Annos ab *Attalo* Fratre, & Annos V ab *Attalo* Filio adminiſtratum eſt. Hic moriens populum *Romanum* haeredem inſtituit.

Romani hanc regionem Provinciam fecerunt, atque *Aſiam minorem* vocarunt; fruſtra renitente *Ariſtonico Eumenis* ex pellice filio. Di-

Digitized by Google

Diviſa autem *Aſia minor*, quae hodie *Anatolia* vocatur, in quatuor *Proconſulatus: Galatiae, Lyciae, Bithyniae* & *ASIAE* ſtrictè dictae: De his vide *Uſſerium*.

Hinc intelligitur, quo pacto Ἀνθυπάτων, *Proconſulum*, in plurali, fiat mentio. Act. XIX. 38.

Exiſtimat Clariſ. *van Till* pag. m. 126. Celebratum hoc tempore *Epheſi* fuiſſe τὸ κοινὸν τῆς Ἀσίας, commune concilium totius *Aſiae minoris*, ſive *Anatoliae*. Vide porro *Smith* in *Notitia ſeptem Eccleſiarum Aſiaticarum*.

DISSERTATIONIS ISAGOGICAE SECUNDAE,

CAPITIS PRIMI,

MEMBRO QUARTO.

De Forma Regiminis Politici.

De *Forma Regiminis Politici* quaedam, ex eodem noſtro *Tillio*, obſervemus. Notat, ſcilicet, ex *Arriano*, *Alexandrum Magnum* loco Ὀλιγαρχίας Δημοκρατίαν inſtituiſſe.

Libertatem illis *Romani* reliquerunt.

Ex inſcriptionibus Epiſtolarum, ad eos datarum, colligitur, quod regimen fuerit penes Ἄρχοντας, Βουλὴν, καὶ Δῆμον Ἐφεσίων.

Ἄρχαὶ ſive, Ἄρχοντες, ferè ut *Conſules*, rebus praeerant: Novem erant numero: Primus eorum καθ' ἐξοχὴν dicebatur Ἄρχων, qui faſtos ſignabat; Alter Βασιλεὺς, Tertius

tius Πολέμαρχος; reliqui ſex dicebantur *Theſmothetae:* uti, ex *Polluce*, notat *Petitus* de *legibus Atticis.* pag. 236.

Βυλὴ *Athenis*, & hinc inter *Graecos Aſiaticos*, erat *Senatus* 500 *Senatorum*, qui Πρυτανεῖς vocabantur; dividebanturque in decem tribus, ſive πρυτανείας, quae ſingulae conſtabant 50 *Senatoribus.*

Δῆμος erat concio populi, quam *Prytanes* ſtatis diebus cogebant. Res, ad populum deferenda, in *Senatu* conſulendo, cenſendoque agitabatur; deinde ad populum, penes quem erat ſumma poteſtas, deferebatur.

Parebant autem *Proconſuli Romano*, cujus erat inſpicere, num omnia ſecundum leges, & Privilegia gererentur; in violatores Privilegiorum animadvertere, eos vel ab officio removendo, vel ad Senatum populi *Romani* relegando.

Singulis annis novus mittebatur *Proconſul.*

Aſiarchae quoque memorantur. Act. XIX. qui Clariſ. *van Till* videntur electi ex primoribus *Aſiae*, & ex opulentiſſimis civibus, ad munera politica, vel etiam ſacra obeunda: Unicumque fuiſſe ſub unoquoque Conſulatu, atque abſoluta ſolemnitate ejus auctoritatem ceſſaſſe.

Proconſuli addebantur Στρατηγοὶ.

Unus *Aſiae* (ſtrictè ſic dictae) praeerat *Proconſul*; ſed ſingulis Urbibus *Strategus* aliquis primarius praeerat. *Antonius* quidam *Hyacinthus* τῆς Ἀσίας στρατηγὸς Ἀσιάρχης vocatur in *Inſcriptione* apud *Ezech. Spanhemium.*

Claudio Imperatore, Urbem *Epheſiorum* factam eſſe Νεώκορον, id eſt, ſingulari Senatus *Romani* conſulto, facul-

Digitized by Google

facultatem accepiſſe, in honorem *Claudii*, communibus *Aſiae* ſumptibus, Templum erigendi, ludosque ſacros inſtituendi, notat Clariſſ. *Tillius*; memorans nummum, ſub *Claudio* cuſum, referentem imaginem Templi τετραστύλου, in cujus Pronao *Dianae Epheſiae* effigies conſpiciebatur; cujus inſcriptio Κοινὸν τῆς Ἀσίας. Confer *van Till.* pag. 166.

Γραμματέως quoque mentionem legimus in *Actis*, Cap. XIX. Hunc Ξύνδικον appellare videtur *Philoſtrathus* in vita *Polemonis*. *Latini Syndicum* dicerent. Cujus munus Clariſſ. *van Till* pag. 167. credit fuiſſe, in actis publicis conſignare, qui in ludis victores evaſerant, nec non alia notare, quae in publico conſeſſu deliberata fuerant.

Atque haec de iſtâ Urbe excerpſiſſe, nobis ſufficit; copioſius expoſita ab *Auctore* noſtro: qui de ratione quoque Anni *Aſiatici* differit. pag. 128. 129.

Incolae denique hujus Urbis non *Ethnici* tantum fuerunt, verum etiam *Judaei*, quoad religionem; in *Aſiam* ab *Antiocho*, *Seleuci* Nepote, deducti, conceſſa libertate propriis legibus vivendi, aliisque privilegiis: quod *Tillius* ex Epiſtola *Antiochi* ad *Zeuxidem* apud *Joſephum Antt.* Lib. XII. Cap. 3. notat.

His quoque privilegia a *Romanis* confirmata. Vid. *Joſeph.* Lib. XII. Cap. 3. Lib. XVI. Cap. 10.

Hinc procuratio, ac tutela pecuniae ſacrae, *Hieroſolyma* mitti ſolitae, penes *Judaeos* manſit; atque hi die ſabbathi ad vadimonia praeſtanda cogi non poterant: uti ex Epiſtolis *Agrippae* ad *Epheſios*, & ad *Syllanum* probat: ſimulque oſtendit Clariſſ. *Tillius* noſter a *Julio Antonio*, *Procunſule*, *Judaeis Aſiaticis* ſua privi-

Digitized by Google

privilegia confirmata fuiſſe; atque ex eo, quod multi *Judaei Epheſi* fuerint, illique inſignibus privilegiis gaudentes, cenſet occaſionem datam eſſe *Paulo* diutius *Epheſi* commorandi: cum ibi privilegiis *Judaeorum* uti ipſi liceret.

Imò, quum primi *Chriſtiani* paſſim ſub *Judaeis* cenſerentur, hinc litem, *Paulo*, & ſociis, a *Demetrio*, & concitato populo, motam, *Aſiarchae* decidere non auſi ſunt; ſed ad *Procoſſ.* deferendam eſſe cenſuerunt. Act. XIX. 38. Horum enim erat curam gerere, ne privilegia, a *Romanis* conceſſa, infringerentur.

DIS.

Digitized

DISSERTATIONIS ISAGOGICAE SECUNDAE

CAPITE SECUNDO,

De Cultu Religioſo, & moribus Epheſiorum

nunc agendum erit.

Hoc Caput comprehendit tria membra; quorum primum ſpectat ad *Ethnicos Epheſios*, ſecundum ad *Chriſtianos*, tertium ad *Judaeos*, & *Judaizantes*: Triplicem enim religionem *Epheſi* conſiderare licet; *Ethnicorum*, *Chriſtianorum*, & *Judaeorum*.

Agamus igitur de ſingulis.

MEMBRO PRIMO

De Cultu, & Moribus Ethnicorum Epheſiorum.

Et quidem

ARTICULO PRIMO,

De Cultu Idololatrico.

Ethnici inprimis *Dianam* coluerunt. De illâ prolixe diſputat Clariſſ. *van Till*, agens de Nominibus *Dianae*, Ἀρτέμιδος, *Opis*, *Dictynnae*, Ναναίας, Βυβάστιδος, aliisque, quae videantur pag. 133--138.

Tres

Digitized by Google

Tres *Dianas* a Veteribus agnitas, ex *Cicerone* Lib. III. de N. D. Cap. 23. notat.

1. Quae fuit *Jovis* & *Proſerpinae* Filia, quae pinnatum *Cupidinem* genuiſſe dicitur.
2. Notior, quae *Jovis* & *Latonae* fuerit filia.
3. Quae patrem habuit *Upin*, matrem *Glaucen*.

Diana Epheſia fuit *Jovis* & *Latonae* filia; De cujus nativitate plura, eaque diverſa, quae a *Mythologis* traduntur, *Tillius* convaſavit. a pag. 138. §. VII. usque ad pag. 141. obſervans: Interpretes *Theologiae Mythicae* aſſerere *Lunam* ſub nomine *Dianae* cultam eſſe; affirmante, praeter *Macrobium*, & *Etymologici Magni Auctorem*, *Cicerone* Lib. 2. de *Nat. Deorum*, Cap. 27. Aliis tamen contendentibus ipſam *Naturam* repraeſentari ſub nomine *Dianae*.

Parturientium, imprimis, fuiſſe *Deam*, illas juvantem, vani homines crediderunt. Vid. *van Till.* pag. 142. ex *Macrob.* Lib. XII. Cap. 16. *Cicer.* de *Nat. Deorum* Lib. II. Cap. 26. *Inſcriptione* apud *Gruterum* pag. XLI. inſcript. 4. *Catullo* carmine XXXV. verſu 13.

Hinc Templum *Dianae* conflagraſſe dicitur, quando illa obſtetricem egit, ut *Alexander Magnus* in lucem prodiret. *Plutarch.* in *Alex.* pag. 447. *Cicer.* de *N. D.* Lib. II. Cap. 27.

Diana quoque Patrona *Magorum* habebatur. Vid. *van Till.* pag. 143. ex *Cupero* in *Apotheoſi Homeri.* pag. 270.

Figuras, & ſtatuas, quibus *Diana* repraeſentabatur, exhibet *Tillius.* pag. 143--151.

Inde ſe confert ad deſcriptionem *Templi Dianae.* pag. 151--158.

Inter

Digitized by Googl

Inter ſeptem Mundi miracula recenſitum illud fuiſſe, quin & reliquis praelatum, ex *Anthol.* Lib. I. Cap. 54. notat.

Templi ſtructuram ad Symmetriam *Ionicam* conformatam fuiſſe; longitudine 425 pedum, latitudine 220; columnae numerabantur 127; altae 60 pedes. ex *Vitruv.* Lib. III. Cap. 1. &c.

Fuit in illa *Epheſi* parte, quae Πτελέα audiebat; teſte *Stephano*, de *Urbibus*. Septem ſtadiis ab antiqua Urbe; teſte *Herodoto*.

AEdificatum autem fuit in ſolo paluſtri. *Plin.* Lib. XXXVI. Cap. 14. *Artifex, dimoto ſolo, quod ſuberat, actisque in immenſam profunditatem foſſis, fundamenta altioribus cuniculis jecit, ita ut montium lapidicinas operibus ſubterraneis exhauriret. Sed ſtrato inconcuſſae ſoliditatis firmamento, & praeſuppoſito Atlante, ad ſuperincumbituri operis pondera ſuſtinenda, principio quidem crepidinem decem graduum extrinſecus poſuit; quae baſis elevatioris vice fungeretur.* Haec *Holſtenius* ex *Philonis Byzantii* fragmento, apud *van Till.* pag. m. 153.

Septies vaſtum hoc Templum inſtauratum fuiſſe: Poſtquam infamis ille *Heroſtratus* illud incenderat, eopſe die, quo *Alexander Magnus* natus eſt; *Dinocrates* quidam inſtaurationi praefuit; quae reſtitutio ab univerſo *Aſiae* conventu facta eſt; mulieribus ornatum afferentibus, & proprias opes. &c. *Alexander* quoque tributa, quae *Barbaris* pendere ſoliti erant, *Dianae* pendi juſſit: teſte *Arriano* Lib. I. de *Exped. Alex.*

Poſtea adhuc ſemel, vel iterum, inſtauratum eſſe, ante *Muciani* tempora, ex *Plinio*, ſeptemplicem in-

ſtaurationem memorante, conficit Clariſſ. *van Til.*

Duravit autem ſtupenda haec *Dianae* aedes uſque ad *Gallieni* tempora, ſub cujus imperio a *Gothis*, *Aſiam* vaſtantibus, incenſum eſt, teſte *Julio Capitolino*.

Omnia, quae in hoc Templo conſpiciebantur, erant precioſisſima.

Veneratio ejus ſumma: unde, ſecuritatis cauſsâ, maximi ibi theſauri Regum, populorum, etiam privatorum, deponebantur. Ipſe *Xerxes*, plurimorum caeteroquin Templorum vaſtator, huic Templo pepercit: *Nero* tamen omnia precioſa dona, immenſamque auri, & argenti vim, & ſimulachra inde abſtulit. *Tacit. Annal.* Lib. XVI.

Habuit quoque jus *Aſyli*; quod tamen tandem *Auguſtus* abſtulit. Vid. *Tacit. Ann.* III. Cap. 61. *Plutarch.* in *Moralibus*. *Strab.* Lib. XIV.

De cultu quoque *Dianae* apud varios populos Clariſſ. *van Till* pluſcula notavit. Et quidem *Dianam Tauricam*, victimis humanis placatam: Quem ritum *Lacedaemones* paululum mitigaverint; plagas puberum, quibus fiebat, ut ara ſanguine tamen humano imbueretur, *Lycurgo* ſubſtituente.

Patris quotannis virginem & puerum *Dianae* mactatos eſſe, ex *Pauſaniae Achaicis* notat Clariſſ. *van Till* pag. 160.

Caeterum cervam, boves, verrem, *Dianae* offerri ſolitos; quin & primitias, & panes, & papaver; imò quoque catulos.

Dianae vero *Epheſiae* cultum non fuiſſe peractum oblatione ſacrificiorum ex mactatis pecudibus, ſed ſupplicationibus, cum coronis ex oleae frondibus, & floribus, uti quoque palmis.

Porrò

Digitized by Google

Porrò placentam ſingulis pleniluniis *Dianae* oblatam eſſe, cum libamine; quam oblationem cum Judaeorum שלמים confert *Janus Vlitius* ad *Gratii Faliſci Cynegeticum.*

Tandem *zonam* quoque *virginalem* fuiſſe inter *Dianae* offerri ſolita donaria, & *veſtimenta infantium conſecrandorum* precioſisſima.

Sacrorum *Dianae* miniſtros fuiſſe, partim *Eunuchos*, viros eviratos, quos *Megalobyſos* vocabant, partim *virgines*. ex *Strab.* Lib. XIV.

Sacerdos, qui gazae & donariis praeerat, *Neocorus* dicebatur: quod nomen deinde ad ipſas urbes tranſiit, & populos, in quorum ſolo Templum conſtitutum erat, quibusque committebatur, Templum aliquod, toti Provinciae commune, erigere, & publicâ panegyri, ludisve celebre reddere.

Sic celebratisſima etiam in *Nummis* & *Inſcriptionibus Epheſus* Νεώκορος Ἀρτέμιδος. Fuit quoque Νεώκορος Templi *Claudii*, uti quoque, ſecutis temporibus, *Adriani.*

De Temporibus quoque ſacris diligentisſimus noſter *Tillius* pag. m. 167. & ſeqq. quaedam notavit.

Quotidie aditum fuiſſe ad *Dianam;* ſed quotannis celebrem admodum panegyrin, in qua *Diana* hominibus propoſita fuit (Pontificatum obeunte *Aſiarchâ*) magno ornatu, &c.

Cultu abſoluto, mercimonia exercebant: *Ludi* habebantur in theatris publicis, & *certamina Equeſtria, Gymnica, & Muſica.*

Conſeſſus Politici etiam inter legatos *Ioniae* de rebus publicis habiti; diſſenſus inter civitates compoſiti.

Digitized by Google

Convivia quoque celebrabantur. *Strabo* Lib. IX. agens de *Graecarum* civitatum communitate, dicit: „ Ad amicitiam conducit, quicquid a menſae libami- „ num, contuberniique proficiſcitur communitate.

In tempus denique inquirit noſter *Tillius*, menſemque ſolennitati huic aſſignat *Artemiſium*, ſive *Dianæ* dictum. Ex *Noriſio* docet hunc menſem 25 *Martii* incepiſſe, 24 *Aprilis* exiiſſe.

Hinc illuſtrat hiſtoriam ſacram, notantem, quod *Paulus Epheſi* fuerit poſt dies *Azymorum*, ante *Pentecoſten*; Feſtum enim *Dianae* incidit in partem anteriorem menſis *Aprilis*.

De ulteriori *Epheſiorum* idololatria haec notat *Tillius*: *Apollinem Pythium*, qui *Dianae* Frater habebatur, *Epheſiis* fuiſſe cultum; ut & *Apollinem Lariſſaeum*, qui in agro *Epheſino* Templum habuit.

Neptunum etiam in *Panjonia*, communi *Ionum* panegyri, coluerunt. Unde locus *Mycales* ſacer *Panjonium* dictus. teſte *Herodoto* Lib I.

Porro omnes *Iones Smyrnae Jovem* coluerunt & ad ejus Templum communiter *Olympia* celebrarunt: Et *Bacchum*, apud *Lebedum*, urbem *Ioniae* maritimam.

Dearum quoque, praeter *Dianam*, cultus apud *Iones* notatur, *Minervae*, & *Veſtae*, & *Cereris*.

Haec de craſſa illa *Ionum*, ſpeciatimque *Epheſiorum*, idololatria ſufficiant.

DIS-

Digitized by Google

DISSERTATIONIS ISAGOGICAE SECUNDAE,
CAPITIS SECUNDI, MEMBRI PRIMI
ſequatur nunc

ARTICULUS SECUNDUS.

Quo notanda quaedam veniunt, de Inſtitutis & Moribus Gentilium IONUM, & EPHESIORUM.

Praeter cultum externum & publicum *Gentilium Epheſiorum*, etiam Inſtituta, & Mores ſunt notandi, quorum obſervatio ſaepius lucem foeneratur monitis Apoſtolicis.

Philoſophis (inter quos *Heraclitus* & *Artemidorus*, cujus libri V de *Somniis*, & *Somniorum Interpretationibus* extant, recenſentur) *Epheſum* claruiſſe teſtatur *Philoſtratus*.

Leges *Epheſiorum* pleraeque *Atticae*; E quibus duas commemorat Clariſſ. *van Till* pag. m. 131. Quarum altera praecipiebat, recordandum eſſe alicujus veterum, qui honeſte vixiſſet: altera ſanciebat, ut uxoris dos ex adulterii cauſſâ viro adjudicaretur. ex *Achille Tatio* Lib. VIII.

Vitia *Epheſiorum*, quae illis exprobrat *Apollonius* apud *Philoſtratum*, ſunt luxus, & effoeminati mores. *Otio, ſuperbiaque plenos, choris, ſaltationibus omnino deditos, qui fiſtulis, tibiisque omnia complerent*, ſe

Digitized by Google

eos invenire querebatur: *Imò ex effoeminatis Viris totam civitatem refertam esse, cantibusque omnia loca resonare.* Sic *Athenaeus* quoque Lib. XII. *Deipnos.* pag. 525. mollitiei & luxus eos arguit; atque hoc vitium omnibus *Ionibus* commune fuisse idem *Athenaeus* pag. 524. docet. Unde *Antiphanes* in *Didone*, apud Eundem pag. 526.

Quam regionem incolit haec turba? Unde prorupit? an Iones sunt?
Molles, delicatis vestibus amicti, voluptate diffluentes.

& apud eundem *Athenaeum* pag. 625. alius dicit: *Iones ob pleniorem corporis habitum glorioſi, animosiores, pertinaces, contentioſi, nulla comitate, humanitateve adeuntes invitantes, morum asperitate, citra ullum benevolentiae & amoris indicium rigidi.*

Ex his Clariſſimus *van Till* non nullis locis hujus Epiſtolae in Commentario ſuo facem praefert. Sic ex legibus *Romanis* & *Atticis* illuſtrat *adoptionem*, de qua ſermo eſt Cap. I. 5. pag. 189. 190. ex illis, quae de Regimine Politico dixerat, illuſtrare conatur Cap. I. 21. pag. 200. quod tamen accuratius examen meretur. Illa autem, quae de ſtupendo *Dianae* Templo narravit, lucem foenerari cenſet alluſioni *Pauli* in deſcriptione Eccleſiae. Cap. III. 18. pag. 217. Quam opportuna fuerit dehortatio a vitiis luxus, iracundiae, & adhortatio ad oppoſitas virtutes. Cap. IV. & V. ex vitiis, *Epheſiis* exprobratis, conſtare poteſt.

Prae caeteris autem idololatricis ritibus, atro carbo-

ne

Digitized by Google

ne notandum Festum *Ephesiorum*, quod *Catagogium* vocabant. Quo indecoris se larvis induunt, multa idola circumferunt, & quaedam carmina cantantes, more latronum, viros, & honestas foeminas invadunt, multamque committunt caedem, in publicis locis civitatis, & promptè nefaria committunt, & sceleribus illis gloriantur. V. *Till.* pag. 171. ex *Photio* pag. 1403.

In hoc Festo sub Imperatore *Nervâ*, die 22. *Januarii* dicitur occisus *Timotheus Ephesiorum* Episcopus.

Ad festivitates sacras *Gentilium* quoque pertinent ludi quinquennales in honorem *Augustorum*.

Quinto etiam quoque Anno (uti opinatur doctiss. *Rubenius*) celebrabatur τὸ κοινὸν τῆς Ἀσίας συνέδριον, alternatim in celeberrimis τῦ Συςήματος Urbibus; *Pergami*, *Ephesi*, *Smyrnae*, &c.

In istiusmodi *Synedriis* communia totius Systematis negotia pertractabantur, & communium Templorum, sacrorumque ratio constituebatur.

Nulla autem alia Templa, aut sacrificia communia fuisse τῷ κοινῷ *Graecorum in Asia habitantium, quam aedes, caerimoniasque Caesarum Romanorum*, se invenire, dicit *Rubenius*.

Pertinebat hoc κοινὸν τῆς Ἀσίας ad *Asiam minorem*, quo non solummodo conveniebant Urbes illius Provinciae, sed & legati ex plerisque aliis *Asiae* Urbibus, quae τῷ κοινῷ τῆς Ἀσίας associatae, & fraternitatis quodam vinculo junctae erant, Templorum ac sacrorum communium participes.

Hic eligebantur *Asiarchae*, plures pro Gentium pluralitate.

Huc quoque pertinere censet Clariss. *van Till.* pag. 172. quod legitur Act. XIX. 38. ἀγοραῖοι ἄγονται. Hic

Digitized by Google

Hic quoque merito conſideramus de Περιεργία *Epheſiorum*, cujus mentio fit. Act. XIX. 19. Ἱκανοὶ δὲ τῶν τὰ περίεργα πραξάντων, συνενέγκαντες τὰς βίβλους, κατέκαιον ἐνώπιον πάντων. &c.

Videtur nimirum haec τῶν περιέργων πράξις ſita fuiſſe, tum in Aſtrologicis, aliisque vaticinationibus, hariolationibus, &c. tum in Magicis incantationibus, quibus mira ſe patrare poſſe opinabantur, atque conabantur. (*a*)

Libri autem, de quibus hic ſermo eſt, fuiſſe videntur libri, quibus hae artes deſcribebantur, e quibus diſci ſolebant; Imprimis illi, in quibus deſcriptae erant litterae illae myſticae, characteres illi Magici, qui pedibus, zonae, & coronae *Dianae* inſcripti erant: qui adverſus multa malorum genera remedium & praeſidium praeſtare credebantur, ſub certis incantationibus, ſchedulis inſcripti, collo appenſi, cruri alligati, &c.

In Proverbium abierunt Ἐφέσια γράμματα, de quibus *Eraſmus* in *Adagiis* ſcribit: „ Ajunt *Epheſiis* fuiſſe „ notulas quasdam, & voces Magicas, quibus uten„ tes in omnibus negotiis victores evaderent. Auctor „ *Diogenianus*. *Euſtathius* in *Odyſſ.* Φ. tradit his lit„ teris *Croeſum* uſum in rogo. Fuiſſe autem verba „ quaedam obſcura, aenigmatibus ſimillima, neuti„ quam cohaerentia, deſcripta in pedibus, zona, & „ corona *Dianae.*" Plura videſis apud *Eraſmum.*

DIS-

(*a*) De his περιέργοις, & quae huc ſpectant, conſuli poteſt *Lindhammerus* ad h. l. qui citat *Cellar.* in Diſſ. de *Eccl. Aſiae. Hammond.* Not. ad h. l. *Siberii* Diſſert. ad h. v. in *Theſ. Philol.* parte 2. pag. 484. 487. *Deiling. Obſſ. S. S.* obſ. XXXVIII. pag. 277. Et, quae huc pertinent, de Ἐφεσίοις γράμμασι *Clem. Alex. Strom.* Lib. V. pag. 568. His adde *Schurzfleiſchium* Diſſert. de *Litteris Epheſiorum.*

Digitized by Google

DISSERTATIONIS ISAGOGICAE SECUNDAE,

CAPITIS SECUNDI, MEMBRUM SECUNDUM.

De Religione autem *Chriſtianâ* apud *Epheſios* haec habemus ex hiſtoria *Lucae*. Antequam *Paulus* prima vice (*a*) *Epheſum* venit, de quo adventu legimus Act. XVIII. 19. (*b*) nullos tunc temporis Chriſtianos ibi fuiſſe, ſatis conſtat ex ipſa illa *Lucae* narratione: Nihil aliud enim narrat Evangeliſta, quam quod *Paulus* intraverit in *Synagogam*, & collocutus ſit cum *Judaeis*. διελέχθη τοῖς Ἰουδαίοις.

(*a*) Conf. Act. XVI. 16.

(*b*) Hunc adventum *Pauli* ad *Epheſios* primum Clariſſimus *VAN TILL* refert ad Annum AErae Vulgaris LII. *Claudii* XII. Vide ipſum in *Commentario* ad hanc Epiſtolam in *Prolegomenis*. pag. m. 173.

Ego potius hunc primum Apoſtoli noſtri ad illos appulſum referendum cenſeo ad Annum AErae Vulgaris LI inchoatum; Inter illum enim annum, & captivitatem, quam ſubire debuit *Hieroſolymis*, Anno AErae Vulgaris LV. poſt dies *Azymorum*, (uti conſtat ex Act. XX. 6. & XXI. 30.) elapſi ſunt tres anni, teſte *Paulo* in oratione ad Presbyteros *Epheſiorum* habita. Act. XX. 31. Sed inſuper interea effluxerant illi menſes, quos inſumpſit Apoſtolus in itinera ad *Caeſareënſes*; (Act. XVIII. 22.) ab His ad *Hieroſolymitanos*; hinc ad *Antiochenos*: Et, poſtquam ibi aliquo tempore moratus eſſet, in peragrationem *Galatiae*, & *Phrygiae*; *ad confirmandos fratres* iter ad *Corinthios*, & ab hinc ad *Epheſios*; (Act. XVIII. 23. XIX. 1.) & ab *Epheſiis* in *Macedoniam*, & *Graeciam*; & hinc porro verſus *Hieroſolymam*. (Act. XX. 1. 17. 31.) Quibus itineribus, & laboribus, quantumvis ſummâ diligentiâ & celeritate confectis, non videtur minus, quam anni fermè ſpacium, tribui poſſe. Vid. *Prologomena* mea ad poſteriorem Epiſtolam ad *Corinthios*, *Belgice*, ante hos XXX annos edita. pag. 17.

An iſto jam tempore aperte aſſeruerit *Jeſum* eſſe *Chriſtum*, dubium videtur, non tantum ob ſilentium *Lucae*, verum etiam ex eo, quod rogaverint ipſum, nemine, quantum apparet, contradicente, ut diutius apud ipſos manere vellet. verſ. 20.

Potius igitur crediderim eum diſſeruiſſe de talibus, quae viam ſternere poterant doctrinae *Jeſu*, *Meſſiae* exhibiti. V. C. de plenitudine temporis, de qualitatibus Meſſiae, de ſpe Patrum, illum deſiderantium, &c. &c.

Poſt ipſius abitum *Apollos Alexandrinus Epheſum* venit, potens in ſcripturis, *Veteris* ſcilicet *Teſtamenti*. Hic κατηχημένος τὴν ὁδὸν τῦ Κυρίυ, & cum *fervidus* eſſet *ſpiritu*, ſimulque eloquio pollens, *loquebatur*, & *docebat accuratè illa, quae ſunt Domini, ſciens tantum baptiſmum Johannis.*

Hic locus illuſtratione opus habet; obſcurum enim eſſe videtur, quo pacto de *Apollo* dici poſſit, quod fuerit κατηχημένος τὴν ὁδὸν τῦ Κυρίυ: Imò, quod ἐδίδασκεν ἀκριβῶς τὰ περὶ τῦ Κυρίυ; Et tamen quod fuerit ἐπιστάμενος μόνον τὸ βάπτισμα Ἰωάννυ. Quod mihi non videtur vertendum, ut vertit ſummopere venerandus *Theod. BEZA*, *ſciens tantum baptiſmum Johannis*: ſed, *ſciens ſolum baptiſmum Johannis.*

Niſi fallar, hoc dicere vult D. *Lucas*, quod nondum eo tempore ſciverit *Apollos*, *Jeſum* noſtrum ſuos Apoſtolos miſiſſe, ut Evangelium, quo ſalus impetrata, atque per ſuſcitationem illius ex mortuis, & aſſumptionem in coelos declarata, & demonſtrata, praedicarent, atque, quos diſcipulos facerent, BAPTIZARENT *in nomen Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*: Sed quod hactenus (antequam cum *Aquila*, & *Priſcilla*

Digitized by Google

ſcilla commercium religioſum habuiſſet) tantum hoc ſciverit, quod DEUS miſerit *Johannem*, tamquam prodromum *Meſſiae*, qui praedicare debebat reſipiſcentiam, & baptizare, quoniam advenerat Regnum coelorum; & quod *Johannes* hoc fecerit, & dum in eo eſſet, teſtimonium *Jeſu Nazareno* perhibuerit, quod eſſet *Agnus* DEI, *ferens peccata Mundi*. Quodque illos, qui ad ſe veniebant, BAPTIZAVERIT.

Hunc igitur *Baptiſmum Johannis*, cum quo ipſius praedicatio, & teſtimonium de *Jeſu* connexa erant, ſciens, & potens in Scripturâ cum eſſet, ex ea erat eruditus, quae facere, quae pati, quam gloriam intrare deberet, & quae proinde de *Jeſu*, Domino noſtro, credi deberent. Quod cum egregiè e Scripturis cum teſtimonio Prodromi *Chriſti* collatis, demonſtraret, recte dici potuit, quod ἐδίδασκεν ἀκριβῶς τὰ περὶ τῦ Κυρίυ: Similem ferè in hac διδασκαλίᾳ ſe praeſtans *Paulo*, quatenus hic διελέγετο τοῖς Ἰουδαίοις ἀπὸ τῶν γραφῶν. Διανοίγων, καὶ παρατιθέμενος, ὅτι τὸν Χριςὸν ἔδει παθεῖν, καὶ ἀναςῆναι ἐκ νεκρῶν. Καὶ ὅτι ὗτός ἐςι ὁ Χριςὸς Ἰησοῦς. *.

Sed huic noſtri *Apollo* peritiae, fervori, & doctrinae inſignem acceſſionem factam eſſe, quando *Aquila*,

* *Callixtus* apud *Lindhammerum* ad h. l. „ Per *Synedochen* intelligitur „ totum miniſterium *Johannis*, quod peragebatur docendo, & baptizando. Interim quia Baptiſmus hujus miniſterii pars erat maximè conſpicua, & in oculos incurrens, inde ſumta fuit denominatio. „ *Apollo* itaque norat *Meſſiam*, & Redemptorem generis humani jam „ eſſe exhibitum, & veniſſe *agnum, qui tolleret peccata Mundi*, & „ hunc ipſum eſſe *Jeſum* Filium *Mariae:* Haec autem norat, quatenus ferebat inſtitutio *Johannis*, qua ſola vel ab ipſo *Johanne*, vel „ a Diſcipulis ejus imbutus fuerat; quum interea temporis fors non „ tuliſſet, ut vel *Chriſtum* docentem audiret, vel cum *Apoſtolis* familiaritatem iniret.

Digitized by Google

& *Priſcilla* illum προσελάβοντο, καὶ ἀκριβέστερον αὐτῷ ἐξέθεντο τὴν τοῦ Θεοῦ ὁδόν. Quod factum videtur expoſitione hiſtorica dictorum, & factorum, paſſionum, & glorificationis *Jeſu Chriſti*, & Apoſtolorum ejus; inſtitutionis Baptiſmi, per *Chriſtum* factae, & Sacrae Coenae; cum mandato Evangelium etiam *Gentibus* annuntiandi, atque declarandi chirographum eſſe ſciſſum, libertatem a jugo legum *Moſaicarum* jam partam eſſe, parietem intergerinum eſſe dirutum, *Judaeos* & *Gentes*, ſublato diſcrimine, factos eſſe unum in Chriſto: Nihilque valere in *Chriſto Jeſu*, niſi fidem per caritatem efficacem; atque ſic novam creaturam. Gal. III. 28. V. 6. VI. 15.

Praecipuo tamen in convertendis *Epheſiis*, partim quidem ex *Judaeis*, maxime vero ex *Gentibus*, inſtrumento uſus eſt *Dominus* Apoſtolo *Paulo:* de cujus laboribus, *Epheſi*, pro cauſſa *Chriſti* exanthlatis, videre eſt hiſtoriam *Lucae*. Act. XVIII. 19, & XIX. 1--XX. 2.

Summa huc redit, quod *Paulus*, poſtquam, in itinere ex *Achaiâ* in *Aſiam*, *Epheſi* fuiſſet, breviſſimo tempore, atque locutus eſſet cum *Judaeis*, procul dubio differens de *Meſſia*, rogatusque ut diutius maneret, promiſſiſſet, ſe, DEO volente, ad eos rediturum, fidem datam liberaverit. Eò appulſus diſcipulos quosdam invenerit, hos rogaverit, an credentes *Spiritum Sanctum* accepiſſent? reſponſumque ab illis acceperit, ſe ne quidem, an *Spiritus Sanctus* eſset, audiviſſe, baptizatos in *Johannis baptiſma:* Ad quos de vera ratione *Baptiſmi Johannis* poſtquam dixiſſet, manus eis impoſuerit, eoque facto *Spiritus Sanctus* in ipſos delapſus ſit, ita ut & *linguis* (variis & peregrinis) locuti ſint, & prophetaverint: Qui fuerint numero ferè duodecim.

Chri-

Digitized by Google

Chriſtianiſmi Epheſiorum tum laudes; tum defectus, in quem ſenſim prolapſi ſunt, reprehenſionem, legimus Apoc. Cap. II. 1. & ſeqq. Ad quem locum breviter, ſed nervoſe commentatus eſt Clariſ. *Vitringa*. Quem vide, ſimul ex Viris doctiſſimis, *Ricautio* & *Smitho*, oſtendentem triſtiſſimum comminationis, *Angelo Eccleſiae Epheſinae* l. c. factae, implementum.

Nimirum (ſic loquitur doctiſſimus modo laudatus *Auctor*:) „ Hodie haec Urbs, *Aſianae* olim magnifi-
„ centiae exemplum, plane ſordet, caſulis, & gur-
„ guſtiis deformata, non civitas, ſed vicus: & vix
„ ibidem ſupereſt una *Chriſtianorum* familia.

Dubitare quoque vix poſſumus, quin ipſis illis *Epheſiis*, qui ad agnitionem & profeſſionem veritatis Evangelicae perducti fuerant; tum illis, qui ore tantum, & aliquâ de *Chriſtianae* religionis veritate perſuaſione imbuti, eam profitebantur, tum etiam illis, qui eam ſincera fide (corda purificante) amplexi ſunt, ex indole gentis, ex educatione, ex priſca conſuetudine, ex converſatione cum parentibus, amicisque, eorumque invitationibus, & ad morum ſimilitudinem ſollicitationibus, adhaeſerit pronitas, & proclivitas in vitia *Gentilium*: Quae, licet in verè credentibus non dominaretur, tamen & hos perpetuò ad illa vitia pellicere annitebatur, (unde perpetua inter carnem & Spiritum lucta) docente hoc ipſâ experientiâ, & ipſâ *Pauli* ingenuâ confeſſione. Rom. VII. 17--VIII.

Hinc, quam maxime in rem *Chriſtianam* erat, quod Apoſtolus ſuos, ad quos ſcribebat, *Epheſios*, tam diligenter & graviter, ab his ſpeciatim illisve vitiis, dehortatus fuerit in hac Epiſtola.

DISSERTATIONIS SECUNDAE,

CAPITIS SECUNDI,

MEMBRUM TERTIUM.

Ad *Judaiſmum* tandem quod attinet, cum ſupra viſum ſit, multos & inſignibus privilegiis ornatos, & imprimis libertate ſuis legibus vivendi gaviſos *Epheſi* fuiſſe *Judaeos*, quin & pecuniam ſacram *Hieroſolyma* mittere ſolitos: uti ex *Joſephi Antt.* Lib. XII. Cap. 3. & Lib. XVI. Cap. 10. ſupra a Clariſſimo *van Till* notatum vidimus: facile colligitur, quod Templo *Hieroſolymitano* addicti fuerint *Epheſii Judaei.* Unde quoque mirum non eſt, quod ab his quoque Apoſtolus, Evangelium praedicans, adverſa pati debuerit. Uti legere eſt Act. XIX. 9. unde coactus eſt, diſcipulos ab illis ſegregare.

Hinc quoque profectum eſt, quod ex *Judaeis* ad *Chriſtum* aliquatenus converſi, non tamen ſatis rectè veritatem, ſicuti in *Chriſto* eſt, cognoſcentes, qui *Judaizantes* dici ſolent, fuerint Ἑτεροδιδασκαλοῦντες, θέλοντες εἶναι νομοδιδάσκαλοι. Uti videmus in Epiſt. I. ad Tim. I. 3. 7. Sed hi feliciter per iſtam Epiſtolam, & curam *Timothei* videntur in ordinem redacti.

DIS-

Digitized

DISSERTATIO ISAGOGICA

IN

EPISTOLAM

AD

EPHESIOS.

TERTIA.

DISSERTATIONE ISAGOGICA PRIMA breviter, pro inſtituti ratione, Capite primo, de hujus Epiſtolae Scriptore; copioſius vero, Capite ſecundo, de illis diſputavi, ad quos haec Epiſtola miſſa eſt.

SECUNDA vero DISSERTATIONE ISAGOGICA diſſerui de Urbe EPHESO, ejusque Incolis, Fatis, Forma Regiminis Politici; nec non de IONUM & EPHESIORUM Inſtitutis & Moribus.

Ad TERTIAM nunc DISSERTATIONEM ISAGOGICAM progredior; in quâ, quantâ potero accuratione, inveſtigabo, quo LOCO, & TEMPORE, & qua OCCASIONE, haec Epiſtola ſcripta ſit.

Duobus capitibus dicenda complectar.

Eſto igitur

DIS-

Digitized by Google

DISSERTATIONIS TERTIAE
CAPUT PRIMUM.

De Loco & Tempore ſcriptionis hujus Epiſtolae.

Has Loci & Temporis circumſtantias conjungimus, quandoquidem hujus definitio ab illâ loci pendet.

MEMBRUM PRIMUM.

De Loco ſcriptionis hujus Epiſtolae.

§. I. Locum *Romam* eſſe ſtatuimus, cum, tantum non toto, Interpretum choro. Colligitur hoc ex eo, quod ſe τὸν δέσμιον Ἰησοῦ Χριστοῦ, & τὸν δέσμιον ἐν Κυρίῳ vocet, & ſe Πρεσβεύειν dicat ἐν ἁλύσει; quam ob cauſſam neceſſe haberet orare *Epheſios*, μὴ ἐκκακεῖν ἐν ταῖς θλίψεσιν αὐτοῦ. Vid. Epheſ. III. 1. IV. 20. VI. 20. III. 13. Quae reſpicere creduntur ad praedictionem *Agabi*, memoratam Act. XXI. 11--14.

§. II. Verum equidem eſt, *Paulum* & *Silam Philippis* in carcerem conjectos eſſe, Act. XVI. 22. 25. Imo Apoſtolum 2 Cor. XI. 23. teſtari, ſe ἐν Φυλακαῖς fuiſſe περισσοτέρως. Verum quoque eſt, quod poſtea, uti ex *Actis Apoſtolicis* conſtat, *Hieroſolymis* & *Caeſareae*, antequam ROMAM deferretur, aliquamdiu cuſtoditus fuerit. Verum optime notavit Cl. *Vitringa* Diſput. I. p. m. 17. Vincula de quibus loquitur 2. Cor. XI. 23. fuiſſe vincula tumultuaria, e quibus brevi fuerit

Digitized by Google

rit dimissus, unde illorum in *Actis* nulla facta sit mentio: exceptâ solâ, quae *Philippis* contigit, *Pauli* & *Silae* incarceratione; quam a *Luca*, ob stupendum, quo DEUS bonae causae testimonium perhibuit, miraculum, narratam esse censeo. Vincula autem illa *Philippensia* conversionem *Ephesiorum* praecesserunt, adeoque hic in censum venire non possunt. Reliqua vero, a *Luca* silentio praetermissa, tam gravia, tamque diuturna non fuerunt, ut mererentur (quod scite observat laudatus Cl. *Vitringa*) *Vincula*, κατ' ἔμφασιν, vocari; vel Apostolo glorioſum titulum τῦ Δεσμίυ dare. Severo (nimium fortassis) judicio censet laudatus Vir Clariss. quod „ Apostolus leviter, vanè, & perquam „ jactanter egisset, si talia de se scripsisset, ex, nescio „ quo, terrarum orbis angulo, ubi per seditionem, „ vel Magistratus libidinem, custodiae datus erat, mox „ ejiciendus." Addit (quod plenius probo) „ Et „ an non contra, de se, tanquam VINCTO homi„ ne, loquens, sua VINCULA, --- locum vero cap„ tivitatis suae, ne verbo quidem, memorans, --- ponit fa„ mam de hoc suo statu ubique increbuisse &c?" Concludit, & recte quidem: „ Ex vinculis non anteriori„ bus, quam *Hierosolymitana* fuerunt, mox cum *Cae„ sareënsibus*, hinc cum *Romanis* commutanda, edi„ tam esse nostram Epistolam.

His addo, quod φυλακαὶ, quarum Apostolus meminit 2 Cor. XI. 23. antegressae fuerint *Pauli* in Urbe *Epheso* diuturnam, quâ tam multi ex Gentibus, quod in hac Epistola praesupponitur, conversi sunt, conversationem. Epistola enim posterior ad *Corinthios* ex *Macedoniâ*, postquam *Paulus* eo venerat *Epheso*, scripta

eſt. Quâ de re videantur noſtra in laudatam Epiſtolam Prolegomena. Poſtquam autem *Epheſi* tanto cum ſucceſſu Evangelium praedicaſſet Apoſtolus, ſeries haud interrupta narrationis *Lucae* non patitur, ut de vinculis, illa *Hieroſolymitana* antegreſſis, hic cogitemus. Imo ne de his quidem, neque de *Caeſareënſibus* proxime ſecutis. Quod ſatis adparet, ſi conſideremus, quod Apoſtolus noſter brevi admodum tempore *Hieroſolymis* tunc temporis detentus fuerit, mox *Caeſaream* abductus. Ubi pariter non admodum diu permanſiſſe videtur; Certe non tam diu, ut inde tanquam δέσμιος Ἰησοῦ Χριστοῦ *Epheſiis* innoteſcere potuerit.

Quae omnia ſatis demonſtrant, non ante tempus, quo *Romae* catenâ conſtrictus fuit Apoſtolus, hanc Epiſtolam eſſe exaratam.

Verum cum certum nobis ſit, *Paulum* Apoſtolum plus ſemel *Romae* captivum fuiſſe, inquirendum reſtat, an ex prioribus, an ex poſterioribus vinculis, hanc ſcripſerit Epiſtolam? Sic ſponte delabimur ad

DISSERTATIONIS ISAGOGICAE TERTIAE,

CAPITIS PRIMI,

MEMBRUM ALTERUM.

De Tempore ſcriptionis hujus Epiſtolae.

§. I. QUantum igitur ad *temporis* inveſtigationem attinet, uti ſupra conſenſum aliquem cum Cl. VITRINGA Filio teſtatus ſum, ſic hoc loco diſſenſum aliquem profiteri liceat.

Nimi-

Digitized by Goo

Nimirum hac in parte a Clariſſimo *Vitringa*, ſtatuente e prioribus vinculis *Romanis* hanc Epiſtolam miſſam eſſe, eo fere tempore, quo Epiſtolae ad *Coloſſenſes*, ad *Philippenſes*, & ad *Philemonem* datae ſunt, me diſſentire ſupra jam innui. Vid. Diſput. primam §. 16.

§. II. Plane cum Viro Doctiſſimo agnoſco, quod *Paulus* plus ſemel *Romae* vinculis conſtrictus fuerit.

E prioribus enim ipſum liberatum, & Eccleſiis redditum fuiſſe, non tantum ex eo, quod *Lucas*, *Actuum Apoſtolicorum* Scriptor, qui *Romae Pauli* comes fuit, (Philem. ℣. 24.) Martyrii ejus nullam mentionem faciat, colligitur; verum etiam, quod in Epiſtolis, ad *Philippenſes*, & ad *Philemonem* datis, certiſſimam ſuae liberationis ſpem faciat. Philipp. I. 25. 26. II. 24. Philem. ℣. 22. Cum tamen conſtantiſſima hiſtoriae Eccleſiaſticae traditio ſit, non Occidentali tantum, ſed & Orientali Eccleſiae agnita, *Paulum Romae* capite truncatum eſſe: (Vid. *Usher. Annall.* p. m. 692. ed. *Lond.*)

Cui, ſi plenam fidem habere quis nolit (quam tamen praeter rationem negaverit) credat ſaltem Apoſtolo, ad *Timotheum* in poſteriori Epiſtolâ ſcribenti, Cap. IV. 7. 8. Τὸν ἀγῶνα τετέλεκα - - - λοιπὸν ἀπόκειταί μοι ὁ τῆς δικαιοσύνης στέφανος.

§. III. Verum rationes Cl. *Vitringae*, quibus probare ſatagit, non e poſterioribus, ſed e prioribus vinculis *Romanis*, hanc, de quâ agimus, *Epheſiis* inſcriptam, Epiſtolam miſſam eſſe, nimium leves nobis videntur. Quod enim per *Tychicum* & haec, & illa ad *Coloſſenſes* lata ſit, nihil probat. Quid enim obſtat, quo minus ille, diverſo tempore, ſimile officium Eccleſiae *Coloſſenſium* & *Epheſiorum* praeſtiterit? Neque

Digitized by Google

melius demonſtratur eopſe tempore ſcriptas eſſe, quod magna ſit argumenti ſimilitudo. Quam tamen tantam non eſſe Diſput. primâ §. 35. p. 37. oſtendi; ſimulque notavi, quantacumque ſtatueretur inter utramque convenientia, nihil hinc concludi poſſe, quod temporis ſcriptionis identitatem probet.

§. IV. Non igitur Magno *Usherio Annall.* p. m. 686. ſubſcribo, ſed Cl. *Tillio*, p. m. 181. 182. omnino ſtatuendum cenſens, e poſterioribus *Romanis* vinculis eam miſſam eſſe. Illis enim, quando detinebatur, *Tychicum* miſit *Epheſum*. 2 Tim. IV. 12. Quod ipſum, cum ad *Timotheum* ſcribat *Paulus*, nos docet, tunc temporis abfuiſſe *Timotheum*; quem ad ſe cito, & ante hyemem, venire jubet. 2 Tim. IV. 9. 21. Atque haec videtur ratio, quod Apoſtolus noſter *Epheſios* nomine *Timothei* non ſalutet, quodque hujus nomen in fronte hujus Epiſtolae ad *Epheſios* non compareat. Cum contrà, in priori captivitate, *Paulus* comitem & ſocium habuerit *Timotheum*, cujus nomen quoque tribus illis, e prioribus vinculis miſſis, Epiſtolis, & per *Tychicum* ad eos deportatis, praefixum cernimus.

§. V. Excipi poſſe non nemini forte videbitur, *Timotheum* initio vinculorum *Pauli* priorum *Romae* non fuiſſe; quod nonnulli * ex eo colligunt, quod *Lucas*, poſtquam Act. XX. 4. narraſſet, *Timotheum*, *Paulo*, *Hieroſolymam* proficiſcenti, comitem in *Aſiam* fuiſſe, ὑδὲ γρὺ mentionis amplius *Timothei* faciat. Unde concludunt: „ Quia res *Timothei* adeo *Pauli* rebus innexae „ fuere, ipſeque tam eximiam ſuſtinuit perſonam, vix „ vi-

* Apud Clar. *Witzium* de vita *Pauli*. p. m. 186.

Digitized by Google

„ videri praeteriri potuisse, in tantâ rerum, quae *Paulo*
„ acciderunt, varietate.

Quod argumentum mihi videtur oppidò infirmum. Facile praeterire potuit *Lucas*, in sequentibus *Actuum* capitibus, *Timotheum*, nullam eum denuo commemorandi specialem ulterius reperiens rationem. Sed esto. Fuerit *Timotheus Româ* absens initio priorum vinculorum *Pauli;* Non fuit, quod nobis sufficit, absens, cum mitteretur *Tychicus Colossas.* Coloss. IV. 7. Quod si igitur ad *Ephesios*, eopse tempore, per eundem *Tychicum* missa esset Epistola, nulla ratio Apostolo fuisset nomen *Timothei* silentio involvendi.

§. VI. Adde, quod in Epistola ad *Colossenses* plures recensentur, qui ipsos salutabant. *Aristarchus, Marcus, Jesus* dictus *Justus, Epaphras, Lucas, Demas.* Horum nullus in Epistola nostra ad *Ephesios* eis salutem dixisse legitur. An haec eidem tempori convenirent? Quâ specie igitur probabile reddetur, Epistolam ad *Ephesios* & ad *Colossenses*, eopse tempore, ex eisdem apud *Romam* vinculis, per eundem tabellarium, utramque deportatam esse? An non potius cogitandum est de illo tempore, quo dicere cogebatur Apostolus: (quod legimus 2 Timoth. IV. 16, 17.) Ἐν τῇ πρώτῃ μου ἀπολογίᾳ οὐδείς μοι συμπαρεγένετο, ἀλλὰ πάντες με ἐγκατέλιπον (μὴ αὐτοῖς λογισθείη). Ὁ δὲ Κύριός μοι παρέστη, καὶ ἐνεδυνάμωσέ με, ἵνα δι' ἐμοῦ τὸ κήρυγμα πληροφορηθῇ. &c.

Huic quam maxime tempori conveniebat, per *Tychicum, Ephesios* de rerum suarum statu erudire, eosdemque monere, & orare, μὴ ἐκκακεῖν ἐν ταῖς θλίψεσιν Apostoli, πρεσβεύοντα ἐν ἁλύσει: quibus elogiis se ipsum describit Eph. III. 13. VI. 20.

Digitized by Google

§. VII. E posterioribus igitur *Pauli* apud *Romam* vinculis, circa tempus primae, in secunda illa captivitate, Apologiae, antequam *Lucas* animum resumpserat, atque ad *Paulum* redierat, scripta mihi omnino videtur haec Epistola; Atque hanc unicam causſam esse censeo, quare nullius, nisi ipsius *Pauli* solius, salutatione claudatur haec nostra Epistola; plane aliter ac tres illae, quas e priori captivitate misit. Vid. Philipp. IV. 21. 22. Col. IV. 10--15. Philem. ỳ. 23. 24.

Praecedit igitur posteriorem ad *Timotheum*, quae omnium, quas habemus, *Paulinarum* Epistolarum ultima est. Post priorem autem ad *Timotheum* Epistolam haec nostra ad *Ephesios* data est. Illa enim, uti in Prolegomenis Analysi ejus praemissis (si DEO ita visum fuerit) videbimus, a *Paulo*, post priorem *Romanam* captivitatem adhuc libero, haec vero e posterioribus apud *Romam* vinculis, missa est.

§. VIII. Annum accurate definire vix licet. Non rejicimus equidem constantem Ecclesiae Orientis & Occidentis traditionem, *Paulum Romae* a. d. 29. *Junii* capite truncatum esse. Credimusque id factum esse Anno AErae Vulgaris LXV. quod in *Chronico Apostolico* Clarissimus *van Till*, p. m. 52. 53. his evincit argumentis:

1. Quia in Catalogo Veterum Pontificum (ab *Henschenio* edito) hic annus designatur. teste Eruditissimo *Norisio* in Dissert. *Hypatica*. p. m. 39.

2. Quia *Orosius* hoc *Pauli* martyrium ponit inter persecutionem in Christianos excitatam, (quam *Tacitus* COSS. *C. Lecanio* & *M. Licinio*, id est, An. AErae Vulg.

Digitized by Google

Vulg. 64. alligat; Vid. *Tac. Annall.* XV. 33. & 44. p. m. 1050. & 1059. edit. *J. Gronov.*) & saevissimam, quae *Romam* afflixit, pestilentiam. Hanc *Tacitus* refert ad Annum Consulatus *P. Silii Nervae*, & *C. Julii Attici Vestini*, qui est Per. Jul. 4778. AErae Vulg. LXV. Vid. *Tacit. Annall.* Lib. XVI. Cap. 13. p. m. 1118. coll. XV. 40. p. m. 1064. & conf. *Almelovenii Fastos Consulares* p. m. 76.

Pestilentiam hanc unius Autumni fuisse dicit *Sueton.* in *Ner.* Cap. XXXIX. p. m. 544. edit. *Graevii.*

Quod si igitur *Paulus* martyrio coronatus sit a. d. 29 *Junii*, quod tam Orientalis, quam Occidentalis Ecclesiae tabulas confirmare, *Usherius* affirmat *Annall.* p. m. 692. id contigisse debet, vel hoc ipso Anno LXV, duobus admodum mensibus ante hanc pestilentiam, vel Anno proxime praecedenti. At apud *Tacitum*, *Annall.* Lib. XV. Cap. 41. p. m. 1053. legimus, „ Fuere qui annotarent, XIV. „ *Kal. Sextiles* principium hujus incendii ortum, quo „ & *Senones* captam urbem inflammaverant &c. „ An legendum sit XVI. *Kal. Sextiles* nos non moratur. Videlis *Lipsium* ad h. l.

Incendium igitur hoc initium cepit mensis *Julii* die 17, vel 19 *Lecanio* & *Licinio* COSS. Anno AErae Vulg. 64. Ergo Martyrium *Pauli* ad serius tempus differendum est. Et quidem ad Annum sequentem: si pestilentiam memoratam antevertit supplicium *Pauli.*

Tacitus quoque, Lib. xv. Cap. 44. persecutionem Christianorum proxime jungit incendio *Romae.*

3. Quia *Nero* hoc ipso Anno petiit, ut tempus ludorum

* Nota. A. AEr. Vulg. 64. a. d. 13 *Octobr.* incipiebat Annus XI *Neronis.*

Digitized by Google

rum *Olympicorum* aliquantisper uſque ad adventum ſuum differretur. Atque ſic in *Achajam* trajecit. Non rediit autem ex *Graecia*, niſi Anno AEr. Vulg. LXVIII. uti demonſtrat *Noriſius* Diſſert. *Hypat.* l. c. p. 38. 39. ex *Sueton. Ner.* Cap. 40. 41. Ex quo concludit, minus rectè tum *Petavium*, tum *Usherium* martyrium *Pauli* ad Annum AEr. Vulg. 67 referre; cum illo Anno *Româ* & *Italiâ* abfuerit *Nero*. Atque e *Graecia* redux *Neapoli* in *Campania* circiter diem 21 *Martii*, quo matrem occiderat, motum *Galliarum*, in quibus *Vindex* Imperium arripuerat, audiverit.

4. Quia *Metaphraſtes* citat *Cajum*, *Zephyrinum Papam*, & *Dionyſium*, *Corinthiorum* Epiſcopum; atque eorum fide Annum martyrii *Pauli* annis 36 poſteriorem facit Anno emortuali *Chriſti*. Quod ex hypotheſi ejus, mortem *Chriſti* Anno AErae Vulgaris 29 alligantis, quadraret in Annum 65.

§. IX. Haec equidem, quae ultimo loco collocavi, argumenta ulteriori examini non ſubjiciam. Quantum enim attinet ad tertium argumentum, ſupponitur in eo, *Paulum*, *Nerone* in Urbe praeſente, ſupplicio affectum. Exciperent enim aliter ſentientes, An abſente eo id fieri non potuit? *Helio* enim jubente plures eſſe occiſos, *Dion. Caſſ.* teſtatur p. m. 720. D. *Metaphraſtes* autem non habetur Auctor magnae Auctoritatis. Sufficit hic, ὡς ἐν παρόδῳ, notaſſe, Annum Martyrii *Paulini* commodiſſime ſtatui, fuiſſe Annum illum, cujus menſis *Octobris* die 13 initium ſumpturus erat Annus *Neronis* XII.

Diſſentiunt equidem Chronologi doctiſſimi, *Petavius* & *Uſſerius*, ſed argumenta ſtringentia apud eos non

Digitized by Google

non vidi: Quare hactenus *Norisium* & *Tillium* sequor; alia forte occasione accuratius in hanc rem inquisiturus.

§. X. Sed, quicquid sit de Anno *Pauli* emortuali, cum terminum, a quo, & ad quem, hujus posterioris *Pauli* apud *Romam* captivitatis accurate figere nequeamus, non licet quoque ipsum Annum scriptionis hujus Epistolae ἀκριβῶς designare. Ad Annum AErae Vulg. 63, vel 64 probabili ratione referri posse videtur.

Posito *Paulum* Anno 65. AErae Vulg. a. d. 29 *Junii* capite truncatum esse; atque ante praecedentem hyemem *Timotheum* ad *Paulum* venisse: cum absente *Timotheo* scripta sit haec epistola, perquam probabile fit, quod non sit post aestatem Anni 64 exarata.

Imo colligimus, antequam *Paulus ad Timotheum* secundam dedit Epistolam, hanc jam ad *Ephesios* missam esse; quandoquidem nullius prorsus nomine eos salutat: unde colligimus illo tempore, quo ad *Ephesios* scribebat, ne *Lucam* quidem *Paulo* adfuisse: qui tamen, etsi solus, praesto fuit tempore scriptionis posterioris ad *Timotheum*. 2 Tim. IV. 11. Si igitur tempus hoc scriptionis posterioris ad *Timotheum* circiter in aestatem Anni LXIV cadat, Epistola ad *Ephesios* adhuc citius scripta sit, oportet. Et quidem illo tempore, quo omnes Apostolum deseruerant.

Neque tamen ptobabile videtur longo ante tempore hoc factum esse: vero enim perquam simile est, quod ita derelictus sit *Paulus* eo tempore, quo persecutio *Pauli* exacerbata fuit. Rationi igitur admodum consentaneum existimo, Annum AErae Vulgaris LXIII esse Annum, quo nostra ad *Ephesios* Epistola missa est.

DISSERTATIONIS ISAGOGICAE TERTIAE

CAPUT SECUNDUM.

De Occaſione ſcribendi hanc Epiſtolam, ejusdemque hinc eliciendo Scopo; In cujus

MEMBRO PRIMO

videamus

De OCCASIONE.

§. I. Loci & Temporis, quam praemiſimus, notatio non nihil lucis forte foenerabitur indagandae Occaſioni, quae *Paulo* data eſt, quaeque ipſum, ita res dirigente DEO, animumque ejus inclinante *Spiritu Sancto*, impulit ad ſcribendum.

§. II. Poſteriorem hanc noſtram Epiſtolam eſſe diximus priori illâ ad *Timotheum*: In qua cum per *Timotheum* oppreſſiſſet vitia, tum ἀταξίας, tum ἑτεροδιδασκαλίας gliſcentis, & ab illis, qui ex circumciſione eſſent, ulterius metuendae, in hac noſtra nihil reprehenſionis invenimus. Eamque (quamvis non plane, nec ubique excluſis credentibus ex *Judaeis*) praecipue ad credentes

Digitized by Google

tes ex *Gentibus* directam cernimus. Manifesto hoc constat ex Cap. I. 13. II. 11. 14. seqq. III. 1.

§. III. Notum autem est, brevissimo post scriptionem hujus Epistolae tempore exarsisse fatale illud bellum *Judaicum*, quo DEUS veterem OEconomiam abolevit, populum externum *Judaicum* a facie sua abjecit, atque ejus loco *Gentes* assumsit, Facillime caro hinc arripere potuit ansam *Judaeis* insultandi; quin & ipsos quoque credentes ex *Judaeis*, qui hactenus nonnunquam difficiliores & morosiores se credentibus ex *Gentibus* exhibuerant, minus honorificè & minus comiter excipiendi. De istiusmodi ferè malis, priori saltem illo, sollicitudo quaedam jam dudum occupare coeperat Apostolum, uti colligere est ex Rom. XI. 18. 20. uti quoque de posteriori, in eadem Epistola Cap. XIV. 3. & ℣. 10.

§. IV. Occasionem hoc praebere poterat Apostolo, perquam seriò dehortandi credentes ex *Gentibus*, ab omni, quo se prae *Judaeis*, praesertim prae credentibus ex *Judaeis*, efferrent, fastu. Quin & in id incumbendi, ut utrosque amoris mutui vinculo, quantum posset, arctissimo constringeret & uniret: quod etiam ob metuendas, post *Judaeorum* excidium, persecutiones *Gentilium*, *Spiritui Sancto* videri potuit tanto magis necesarium.

§. V. Porro cum hanc Epistolam viderimus missam esse e vinculis, quibus legatus *Christi*, catenâ constrictus, Evangelium praedicabat, afflictionibus variis vexatus; quae brevi eo usque progrederentur, (quod, si fortè *Paulum* hoc tempore adhucdum latuit, *Spiritui Sancto* tamen notissimum erat) ut *Paulus* cogeretur sanguinis

ſui effuſione veritati Evangelii teſtimonium perhibere. Cumque hae *Pauli* afflictiones proluſio quaedam eſſent perſecutionum, quas perferre cogerentur *Chriſtiani*, temporis ratio ſuadere videbatur, ut id curaret Apoſtolus, ne deterrerentur ſuis afflictionibus, ne illarum eos puderet, neque, vel perverſo iſtiusmodi pudore, vel metu, vel blanditiis permoti, a veritatis pietatisque recto tramite declinarent, & ad priſtina, quibus *Gentilismus* deditus erat, vitia, tanquam ad vomitum, redirent: Et contrà, ut in vita civili ita ſe gererent, ut nulli querelae causſam darent.

§. VI. Tandem & hoc nobis ſuggerit temporis, quo ſcripta eſt haec Epiſtola, ratio. Poſt excidium gentis *Judaicae* futurum erat, ut Eccleſia tentaretur atrociſſimis perſecutionibus, ſimulque inceſtaretur, poſt exceſſum Apoſtolorum, tum variis *Gentilium* contra Religionem diſputationibus, tum haereſibus. Ad certamen igitur utrumque feliciter decertandum animandi erant fideles.

MEM-

MEMBRO ALTERO.

De SCOPO.

ARTICULO PRIMO.

Acervatim de Scopo disquiritur.

§. VII. Haec si cum argumento hujus Epistolae conferantur, facile docebunt, quisnam Scriptoris Scopus sit: Specialis magis, & generalis.

Specialem equidem censeo hunc esse, ut animis credentium, & quidem praesertim illorum, qui ex *Gentibus* erant, instillaret, & altè infigeret veram animi submissionem & humilitatem, qua excellentiam quidem status & privilegiorum, quibus sub hac N. T. OEconomia exornati essent, agnoscerent; sed simul probè tenerent, quam indigni fuerint, atque, in se spectati, reverâ sint, tantis beneficiis; quodque illa consecuti sint non nisi in communione cum credentibus ex *Judaeis*; utrique autem omnia unicè *Christo Jesu* accepta ferre deberent, & liberrimae DEI gratiae in Ipso demonstratae.

Generalem vero, ut convenienter isti statui se gererent: tum decenti conversatione, caritate imprimis, & unitatis studio; abstinentiâ a pristinis vitiis, & ordinis observantiâ; tum alacritate, & fortitudine, ad certandum pro his tam insignibus & excellentissimis beneficiis.

Digitized by Google

§. VIII. Non plane consentit Cl. *van Till.* Is rejicit sententiam illorum, qui Epistolae Occasionem quaerunt in loco Actor. XX. 29. 30.

Cui sententiae opponit has rationes, quas tamen non planè ex omni parte probare possum. Proponitque aliam de Occasione & Scopo sententiam.

§. IX. *Primo*, Dicit Vir Clariss. Si gravibus illis lupis hanc Epistolam voluisset tanquam munimen fidei opponere, quidni dogmata illa indicasset, quidni illis hominibus larvam detraxisset? Quod revera praestitit in priori Epistola ad *Timotheum* &c.

§. X. Concedendum videtur Viro Sagacissimo, Scopum Apostoli specialem non fuisse, obviam ire his illisve specialibus erroribus, eorundemque fabris. Sed tamen negandum non videtur, Scopum Apostoli fuisse, generatim eos munire adversus tentationes expectandas, tam a violentia persecutorum, quam ab astutia impostorum; Ea enim fini *Ephesios* induere conatur omni spiritualis armaturae apparatu. Ephes. VI. 10-19.

§. XI. Specialem errorum indicationem, eorundemque refutationem Apostolus hoc tempore *Ephesiis* non fuisse necessariam (uti videtur) judicavit; tum, quia per triennium ibi ipsemet docuerat; tum quia *Timotheum* postea eâ fini ibi reliquerat, ut denunciaret nonnullis μὴ ἑτεροδιδασκαλεῖν &c. utque omni ἀταξίᾳ obviam iret; tum, quia ad eos reversus, haec omnia ipsemet diligenter curaverat. Quam ob caussam hoc omnino notatu dignum videtur testimonium, quod Clarissimus *van Till* affert ex *Ignatii* Epistola ad *Ephesios*; quae extat in *Patt. Apostolicis* a *Cotelerio* editis, Tom. 2.

p.

p. m. 45. & ſeqq. ubi teſtimonium his verbis exprimitur, p. m. 48. Αὐτὸς μέντοι Ὀνήσιμος ὑπερεπαινεῖ ὑμῶν τὴν ἐν Θεῷ εὐταξίαν, ὅτι πάντες κατ' ἀλήθειαν ζῆτε, καὶ ὅτι ἐν ὑμῖν ἀδιμία αἵρεσις κατοικεῖ· Ἀλλ' οὐδὲ ἀκούετε τινὸς ἢ μόνου Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ ἀληθινοῦ Ποιμένος καὶ διδασκάλου. Καὶ ἐγὼ, ὡς Παῦλος ὑμῖν ἔγραφεν, ἓν σῶμα &c.

Egregium profecto teſtimonium. Sed dolendum, quod reperiatur in Epiſtolâ, quam ſummi Critici, & quidem Epiſtolarum *Ignatianarum* ſtrenui defenſores, agnoſcunt interpolatam eſſe: Unde, tametſi falſi argui non poſſit, tamen non ſatis certum haberi poteſt hoc teſtimonium.

Non praetereundum tamen, quod in ipſa quoque *Apocalypſi* hoc laudis tribuatur Eccleſiae *Epheſinae* Angelo, ὅτι οὐ δύνῃ βαστάσαι κακοὺς, ἐπείρασω τοὺς φάσκοντας εἶναι Ἀποστόλους, καὶ οὐκ εἰσὶ· Καὶ ἔυρες αὐτοὺς ψευδεῖς.

ALTERO ARTICULO,

Speciatim inquirendum videtur; an Magicae artes, & ſpeciatim illae APOLLONII TYANAEI, Occaſionem ſcriptioni hujus Epiſtolae dederint.

§. XII. *Alterum*, quod conjicit Cl. *van Till*, Occaſionem dediſſe *Paulo* hanc Epiſtolam ſcribendi, eſt, quòd praeſagiret, Eccleſiae imminentem aliam tentationem, unde fidei metuendum foret periculum, quam ipſe allegat Eph. VI. 10-13. quod ſcilicet praeviderit Apoſtolus fore, ut *Gentilismus* lacertos mo-

moveat; hinc perſecutionibus, & armatâ vi, illinc artibus, neſcio quibus, *Magicis*, & in ſpecie *Philoſophicis*.

§. XIII. His, ex parte, facile aſſentior. Non tamen plenum aſſenſum praebere poſſum.

a. Quae hic a Viro Clariſſimo adducitur, exigua tantum pars eſt hujus Epiſtolae, quamque fere ut appendicem ſuperioribus annectit, eam his verbis exordiens, Eph. VI. 10. Τὸ λοιπὸν, ἀδελφοί μου &c. Haec minime ſufficit ad indicandum, quaenam totius Epiſtolae fuerit Occaſio, quis Scopus.

§. XIV. *b*. Generatim quidem agnoſco, proſpectum futurae tentationis, quam a *Gentilismo* metuendam haberet Eccleſia, lacertos, tum armata vi, tum quibuscumque diſputationibus, moturo, partem facere eorum, quae anſam ſcribendi Apoſtolo praebuerint. Sed partem tantum. Neque video, quo fundamento ſtatuere poſſimus hic ſpeciatim ante oculos Apoſtolo verſatas eſſe artes *Magicas*, quibus tentarentur credentes.

Sunt equidem, qui huc referant mentionem πνευματικῶν τῆς πονηρίας ἐν τοῖς ἐπουρανίοις; per τὰ ἐπουράνια intelligentes regiones aëreas & ſublimes; in quibus ſcilicet *Satanas*, &, ejus ope, *Magi* ſingularia phaenomena producant.

Sed ipſemet Cl. *v. Till* hoc rejicit, eo quod vocabulum ἐπουράνια nuſpiam in S. S. hoc ſenſu ſumatur. Ad *Magicas* artes majori ſpecie videri poſſet reſpexiſſe *Paulus* phraſi, quam reperimus Eph. II. 2. ubi *Satanam* vocat Ἀρχοντα τῆς ἐξουσίας τοῦ ἀέρος, τοῦ πνεύματος τοῦ νῦν ἐνεργοῦντος ἐν τοῖς υἱοῖς τῆς ἀπειθείας. Vid. *Gerbade* ad h. l. p. m. 217. 218. Hoc nondum examino. Tantùm dico,

Digitized by Google

dico, quicquid ſit de hujus ſatis difficilis loci ſenſu, id quod de ἐξουσία τῦ ἀέρος dicitur, ab Apoſtolo non afferri hoc loco, ut moneat, muniatque *Epheſios* contra hinc metuendam tentationem; ſed ut illis in memoriam revocet priſtinam miſeriam, a quâ, omnipotenti gratiâ DEI, liberati fuerint *Epheſii*.

§. XV. Notari quoque velim, in *Actis Apoſtolicis* narrari, quod, in ipſo converſionis *Epheſiorum* principio, haec impoſturae ſpecies adeo jam fuerit profligata, ut *multi ex iis, qui curioſas artes exercuerant, comportatos libros exuſſerint coram omnibus.* Act. XIX. 18. Quam ob cauſſam vix crediderim, magnopere ab hoc malo *Epheſiis* credentibus metuendum fuiſſe.

§. XVI. Easdemque ob rationes mihi vix perſuadere poſſum, quod placuit honoratiſſimo *Tillio*, *Paulum praevidiſſe* τεχνήματα *Apollonii Tyanaei*, cujus vitam pluribus deſcripſit *Philoſtratus*. Qui „ Homo fuerit „ *Philoſophus*, ſtupendis artibus *Magicis* celeberrimus; „ Qui dudum inter *Epheſios* degerit, cujusque unicum conſilium fuerit (non aliter ac *Jannes* & *Jambres* olim *Moſi* reſtiterunt) Apoſtolorum miracula „ eludere, & ſimul etiam quicquid miraculorum de „ *Chriſto* narratur.

§. XVII. Ut hanc ſuam de occaſione ſcribendi, ex praeviſis τεχνήμασι *Apollonii* natâ, ſententiam probabilem reddat Vir Clariſſimus, Impoſtorem illum breviter deſcribit. Qui fuerit *Cappadox*, *Tyanae* natus, Patre nobili; quod ſe Philoſophiae applicuerit, *Pythagoricis* ſe addixerit; abſtinens ſe ab eſu carnium, ab omnibus ciborum veſtiumque deliciis; oleribus tantum & terrae fructibus vitam ſuſtentans; maxime uſum

Digitized by Google

vini fugiens; Amictum non ex lanâ, ſed ex lino tantum geſtans; Comam & Barbam nutriens; a re Venerea per totam vitam abſtinens: quodque ſilentium per quinquennium exactiſſimè obſervaverit. De quo *Philoſtratus* narret eum plurima miracula edidiſſe; (*a*) unde *Hierocles* quidam auſus ſit, eum cum *Chriſto* conferre, conando religioni Chriſtianae praejudicium creare; quem *Hieroclem* integro libro refutaverit *Euſebius*.

Quod hic *Apollonius* regnante *Nerone* (*Domitiano* ſcilicet) *Romam* venerit; quodque de eo narrent nugatores, quod puellam nuptiarum die mortuam ad vitam revocaverit.

Quod idem ille *Apollonius* (quod propius ad noſtrum pertinere videtur inſtitutum) dudum *Epheſi* commoratus fuerit. Quod praedixerit brevi peſtilentiam maximam civium partem abſumpturam. Quodque eâ graſſante *Apollonius*, huc arceſſitus, ſe in theatrum contulerit, ubi amicis Senem quendam mendicum, ſordidum, & pannoſum, vultuque horrido, oſtenderit; illumque juſſerit a populo lapidibus obrui; affirmaveritque eſſe Daemonem *Alaſtora*, urbem vaſtantem: quo peracto, peſtis contagium ſedatum fuerit. Cumque poſt paucos dies amota eſſet lapidum congeries, caninum corpus inventum fuerit. Quod *Epheſi*, in *Xyſti* luco, meridie diſputans, ſubito exclamaverit, *Euge Stephane, percute Tyrannum, percute Tyrannum:* quodque aliquot poſt diebus *Epheſi* renunciatum fuerit, quod *Domitianus a Stephano*, eâdem horâ, quâ *Apollonius* id exclamaverat, fuerit confoſſus.

Tan-

(*a*) *Hierocles* floruit ſub *DIOCLETIANO*, *Philoſtratus* ſub SEVERO. Ex hoc ille ſua hauſit.

Digitized by Google

Tandem narrat Cl. *van Til*, quantae hic homo apud *Gentiles* fuerit exiſtimationis; Decretum ei fuiſſe religioſum cultum.

Alexandrum Severum Imperatorem habuiſſe in Larario imagines *Chriſti*, *Abrahami*, *Orphei*, & *Apollonii*; quos coluerit, ut Deos, vel Viros ſanctiſſimos. Teſte *Lampridio*.

Caracallam, Severi Filium, eum quoque religioſe coluiſe, Templumque Heroum ſtatuiſſe, ubi oracula ab hujus *Apollonii* umbrâ ſciſcitaverit.

Heliogabalum eidem *Cenotaphium* ſplendidiſſimum erexiſſe; Teſte *Dione*. Idque mirum non eſſe, cum uterque *Magiae* ad inſaniam uſque ſtudioſus fuerit.

His ita narratis, concludit Clariſs. *van Till*, Mirum non eſſe *Paulum* munimen fidei adverſus hujus *Apollonii* τέχνας *Epheſiis* ſubminiſtrare voluiſſe.

§. XVIII. His liceat meam qualemcumque ἐπίκρισιν ſubjicere. *Apollonium* quendam *Tyanaeum*, *Cappadocem*, Philoſophum *Pythagoricum*, extitiſſe aliquando, & quidem vel ipſo, vel non longo admodum tempore poſt ſcriptionem hujus Epiſtolae ad *Epheſios*, inficias non iverim.

§. XIX. Vehementer tamen dubitaverim, an ejus admodum magna, iſto quidem tempore, fuerit celebritas, quam Magicis Artibus ſibi acquiſiverit, quibus miracula *Chriſti* & *Apoſtolorum* obſcurare anniſus fuerit.

§. XX. Operae fere precium erit, hic inſerere, quos in Adverſariis meis reperio notatos, *Auctores* quosdam, qui de hoc *Apollonio* teſtati ſunt.

M. Aurelius Caſſiodorus (Scriptor Saeculi ſexti medii, teſte

Digitized by Google

teſte *Fabricio* in *Biblioth. Lat.*) in Chronico in *Hiſt. Rom. Scriptoribus* Tom. I. pag. m. 690. Col. 2. E. dicit: „ His Conſulibus (ſcilicet *Trajano* IV. & „ *Frontone* (*a*) *Apollonius Tyanaeus Philoſophus inſig-* „ *nis habetur.*" Nihil amplius.

Ælius Lampridius, in Vita *Alexandri Severi*. in *Hiſt. Rom. Scriptoribus*. Tom. I. pag. m. 349. col. 1.

„ In Larario ſuo (in quo & Divos principes, ſed „ optimos electos, & animas ſanctiores, in queis & „ *Apollonium*, & , quantum Scriptor ſuorum tumporum „ dicit, *Chriſtum*, *Abraham*, & *Orpheum*, & ejus- „ modi Deos habebat, ac majorum effigies) rem di- „ vinam faciebat.

Flavius Vopiſcus Syracuſanus (qui floruit exeunte Saeculo III. *König. Bibl. V. & N.*) in vita Divi *Aureliani*, in *Hiſt. Rom. Scriptoribus*. Tom. II. pag. m. 392. col. 2. E. „ Fertur, *Apollonium Tyanaeum*, cele- „ berrimae famae, auctoritatisque ſapientem, veterem „ Philoſophum, amicum verum Deorum, ipſum etiam „ pro Numine frequentandum, recipienti ſe (*Aure-* „ *liano*) in tentorium eâ formâ, quâ videtur, ſubito „ adſtitiſſe, atque haec *Latinè*, ut homo *Pannonius* „ intelligeret, verba dixiſſe: *Aureliane, ſi vis vince-* „ *re, nihil eſt, quod de civium meorum nece cogites. Au-* „ *reliane, ſi vis imperare, a cruore innocentium abſtine.* „ *Aureliane, clementer te age, ſi vis vincere.* Norat „ vultum Philoſophi venerabilis *Aurelianus*, atque „ in multis ejus imaginem viderat Templis. Denique „ ſtatim attonitus, & imaginem, & ſtatuas, & Tem- „ plum eidem promiſit, atque in meliorem rediit men- „ tem.

(*a*) Sub Imperio Domitiani.

Digitized by Google

„ tem. Haec Ego a gravibus Viris comperi, & in *Ul-*
„ *piae* Bibliothecae libris relegi, & pro majeſtate *A-*
„ *pollonii* magis credidi. Quid enim illo viro ſanctius,
„ venerabilius, antiquius, diviniusque inter homines
„ fuit? Ille mortuis reddidit vitam. Ille multa ultra
„ homines & fecit, & dixit: quae qui velit noſſe, Grae-
„ cos legat libros, qui de ejus Vitâ conſcripti ſunt.
„ Ipſa autem, ſi vita ſuppetat, atque ipſius Viri favo-
„ ri usque quaque placuerit, breviter ſaltem tanti Viri
„ facta in litteras mittam: non quod illius Viri geſta
„ munere mei ſermonis indigeant, ſed ut ea, quae mi-
„ randa ſunt, omnium voce praedicentur.

Ammianus Marcellinus Lib. XXIII. in *Juliano* in *Scriptoribus Hiſt. Rom.* Tom. II. pag. m. 489. C. haec tantum habet: „ Apud *Asbamaei* quoque *Jovis* Tem-
„ plum in *Cappadocia*, ubi ampliſſimus ille Philoſo-
„ phus, *Apollonius*, traditur natus, apud oppidum
„ *Tyana*, &c.

Sed idem *Ammianus Marcellinus* Libro XXI. in Vita *Conſtantii.* in *Hiſt. Rom. Scriptoribus.* T. II. pag. m. 473. F. G. „ Geniorum familiarium adminiculis
„ praecipuis *Pythagoras* enituiſſe dicitur, & *Socrates*,
„ *Numaque Pompilius*, & ſuperior *Scipio*, & (ut qui-
„ dam exiſtimant) *Marius* & *Octavianus*, cui *Augu-*
„ *ſti* vocabulum delatum eſt primo; *Hermesque* ter Ma-
„ ximus, & *Tyanaeus Apollonius*, atque *Plotinus*, auſus
„ quaedam ſuper hac re differere myſtica, alteque
„ monſtrare, quibus primordiis hi genii animis con-
„ nexi mortalium, quas tamquam gremiis ſuis ſuſcep-
„ tas tuentur, quoad licitum eſt, docentque majora,

Digitized by Google

„ ſi ſenſerint puras & a colluvione peccandi immacu-
„ lata corporis ſocietate diſcretas.

Haec omnia ſunt, quae apud *Hiſtoriae Romanae Scriptores Latinos* (Ego ſaltem) obſervavi hactenus.

Lucianum vitam *Apollonii* ſcripſiſſe nonnulli crediderunt; *Gilbertus Philander*, quo etiam propendebat *Gilbertus* cognatus. Teſte *G. J. Voſſio* de *Hiſtoricis Graecis*. Lib. II. Cap. 15. Sed ſententiam hanc ſimul refutante, idque ſolidiſſime.

Philoſtratus igitur primus eſt, qui *Severi* Imperatoris temporibus floruit, quique *Severi* uxoris *Juliae Auguſtae* juſſu *Apollonii* vitam deſcripſit, profeſſus ſe ſequi *Damidem Aſſyrium*; ut & *Maximum Moeragenem* quoque commemorans, ſed cui non ſit habenda fides.

Dio Caſſius, teſte *Johanne Xiphilino* in excerptis, in Vita *Domitiani* pag. m. 768. auctor eſt (*a*) „ *Apol-
„ lonium Tyanaeum* eo ipſo die & horâ, quâ *Domitia-
„ nus* occidebatur, (nam id exactè poſtea reſcitum eſt
„ ex iis, qui utrobique fuerunt) quum in praeceſſum,
„ atque editum ſaxum, ſive *Epheſi* ſive *alibi* (ἐν Ἐφέ-
„ σῳ, ἢ καὶ ἑλέσθαι. *Egregia ſcilicet certitudo*) conſcen-
„ diſſet, multitudine hominum convocatâ, in hunc
„ modum dixiſſe: Καλῶς Στέφανε, Εὖγε Στέφανε, *Percute
„ homicidam; percuſſiſti, vulneraſti, occidiſti.* Quae
„ etſi plerisque videntur eſſe incredibilia, tamen ita
„ facta ſunt. Τοῦτο μὲν ὅτως ἐγένετο, καὶ μυριάκις τὶς ἀπι-
„ στήσῃ.

In

(*a*) Floruit *Dio Caſſius* ſub *ALEXANDRO SEVERO*. Hic autem extinctus eſt Saeculo Tertio tertiam partem elapſo.
Joh. Xiphilinus fuit *Conſtantinopolitanus*, floruitque Saeculo XI.

Digitized by Google

In *Caracalla* autem (qui inchoato Saeculo tertio imperavit) idem *Dio.* Lib. LXXVII. excerpente *Joh. Xiphilino* pag. m. 878. „ *Magis* & *praestigiatoribus* „ (Μάγοις καὶ Γόησιν) ita delectabatur (*Antoninus Caracalla*) ut *Apollonium Cappadocem*, qui floruerat „ *Domitiani* temporibus, laude & honore affecerit „ (ὅστις καὶ Γόης καὶ Μάγος ἀκριβὴς ἐγένετο) hic *praestigiator* & *Magus* fuerat, & monumentum (ἡρῶον) ei faciendum curaverit.

Johannes Tzetzes Chiliad. I. Carmine 60. pag. m. 304. 305. (*a*)

„ *Apollonius* hic, *Neronis* qui fuit temporibus,
„ Ille *Tyanaeus*, sapientissimus, qui praesciebat om-
„ nia.

„ Deinde ad *Ephesum* cum stetisset, *Ioniae* urbem,
„ *Romae* autem tyrannus ille (*b*) tum occideretur,
„ Tamquam illic assistens, atque videns haec omnia,
„ Percute scelestum, percute, affatim clamabat.
„ Cum autem accideret, aliquantisper tyrannum in-
„ stare,
„ Atque inimicum dejicere, pallebat rursus iste;
„ Donec veniens quispiam secundus, auxilio ipsi
„ *Stephano*,
„ *Stephanum* erexit, atque ita occidunt illum.
„ Novi innumeras viri *Apollonii* hujus
„ Praedictiones, atque portenta; longum autem di-
„ cere omnia.

„ Scri-

(*a*) *Tzetzes* Seculo XII. floruit.
(*b*) *Domitianus* scilicet.

Digitized by Google

„ Scribunt haec patria, & Chronicorum quaedam
„ multitudo,
„ *Philoſtratus*, & *Maximus*, ſimul & *Moeragenes*,
„ Et turba alia plurima, &c.

Philoſtratum autem ſuum *Tzetzes* ſic deſcribit:

„ *Philoſtratus Flavius*, *Tyrius*, ut puto, Rhetor,
„ Alius enim *Atticus* eſt: *Tyrius* igitur iſte
„ Erat, ut ipſe in ſuis libris deſcribit,
„ Unus e choro Rhetorum, atque Scribarum,
„ *Juliae*, forti exiſtenti Reginae;
„ Conjunx autem ipſa, non dicit, cujus eſſet Regis.

Quum omnia, uti ex recenſitis adparet, nitantur *Philoſtrato*, quae de *Apollonio* afieruntur, operae precium eſt in hujus Scriptoris aetatem, & ἀξιοπιστίαν, quoque inquirere.

Loquimur autem (duos enim commemorat) de *Philoſtrato*, qui vitam *Apollonii* deſcripſit.

Tzetzes modo laudatus dicit: quod inter *Juliae* Reginae Rhetoras & Scribas fuerit; ſed quod non dicatur, cujus Regis conjux.

Ipſe *Tzetzes* eum confundit cum alio, *Tyrium* enim dicit, qui tamen ab eo videtur diverſus; de *Philoſtrato* enim *Joſephus* contra *Appionem* pag. m. 1045. C. loquitur, ut qui res *Tyrias*. ſcripſerat.

Euſebius, contra *Hieroclem*, *Athenienſem* eum vocat, quia ibi docuit.

Johannes Albertus Fabricius cenſet eundem eſſe, qui Libros de *Sophiſtis* ſcripſit, & qui vitam *Apollonii*.

Hoc poſito ex L. II. de *Vitis Sophiſtarum* Cap. 24. patet, quod fuerit inter eos, qui applauſerint *Antipatro*, praeceptori *Antonini Caracallae*, & *Getae*, filiorum *Severi*.

Juliae

Digitized by Google

Juliae Auguſtae, conjugis *Severi* Imperatoris, juſſu ſcripſit. Haec autem mortua Anno 217. Teſte *Fabricio* Biblioth. Gr. L. IV. part. alt. pag. m. 45.

Decuit Oratoriam *Romae*, ſub *Severo*, usque ad *Philippum*, qui imperium obtinuit Anno 244. ex *Heſychio*, & *Suidâ*.

Quo pacto igitur *Gerh. Joh. Voſſius*, de *Hiſtor. Graecis.* Lib. II. Cap. 15. pag. m. 129. extremâ. col. 1. opinari potuit *Joſephum* Lib. X. *Antiq.* Cap. II. quando mentionem facit Φιλοστράτυ ἐν ταῖς Ἰνδικαῖς καὶ Φοινικικαῖς ἱστορίαις, ſignificare Scriptorem vitae *Apollonii*, fateor me non capere: *Flavius* enim *Joſephus* dudum ante tempora *Severi* Imperatoris fuit mortuus.

Primus inter Eccleſiaſticos Scriptores (*a*), qui hujus hominis, quantum ſcio, mentionem facit, eſt *Euſebius*, occaſione *Hieroclis*, qui, fictitio nomine *Philalethis*, Orationem contra *Chriſtianos* conſcripſit, quam refutavit *Euſebius*; Tractatu, qui ſuffixus eſt *Demonſtrationi* ejus *Evangelicae.* pag. m. 511. Sed unice nititur iſte *Hierocles Philoſtrato*, quem ex *Damide*, & *Maximo* ſua hauſiſſe, jactat.

Omnium autem illorum, qui *Apollonii* facta miraculis Apoſtolorum oppoſuerunt, ſed admodum generalibus verbis, primus fuiſſe videtur *Porphyrius* (*Malchus*) *Tyrius*, Philoſophus & Sophiſta; qui, inter alia, quindecim Libros contra *Chriſtianos* ſcripſit. Floruiſſe autem dicitur ſub *Aureliano*, adeoque Saeculo II ultra medium elapſo. In dictis libris, *Hieronymus*, in Pſ. LXXXI. 8. p. m. teſtatur, eum in haec verba ſcripſiſſe:

(*a*) Vid. *Kortholt* in *Pagano Obtrectatore.* Lib. III. Cap. 4. §. 2. pag. m. 477. & ſeq.

Homines ruſticani, & pauperes (de Apoſtolis loquitur) *quoniam nihil habebant, Magicis Artibus operati ſunt quaedam ſigna. Non eſt autem grande facere ſigna: Nam fecere ſigna in AEgypto Magi contra Moſen; fecit & APOLLONIUS, fecit & APULEJUS.*

Apud *Lactantium* Lib. V. Cap. 3. legimus de quodam *Bythyniae* Philoſopho, fidei noſtrae Antagoniſta: *Cum facta CRISTI mirabilia deſtrueret, nec tamen negaret, voluit oſtendere, APOLLONIUM vel paria, vel majora etiam feciſſe. Mirum, quod APULEJUM praetermiſit, cujus ſolent & mira, & multa memorari.*

Marcellus in Epiſtolâ ad *Auguſtinum* (inter Epiſtolas *Auguſtinianas*. Epiſt. IV.) de *Paganis* ſcribit: *Nihil aliud Dominum, quam alii homines facere potuerunt, feciſſe mentiuntur. APOLLONIUM ſuum nobis, & APULEJUM, aliosque, Magicae Artis homines, in medium proferunt, quorum majora contendunt extitiſſe miracula.*

Ad haec reſpondet *Auguſtinus*, Epiſtolâ V. *Quis vel riſu dignum non putet, quod APOLLONIUM, & APULEJUM, caeterosque Magicarum Artium peritiſſimos conferre CHRISTO, vel etiam praeferre conantur.*

Et quam levis haec *Auguſtino* viſa fuerit objectio, diſcere eſt ex ejusdem Epiſtolâ XLIX. ad DEO-GRATIAS: *Si hoc* (inquit) *quod de* JONA *ſcriptum eſt,* APULEJUS MAUDARENSIS, *vel* APOLLONIUS TYANAEUS *feciſſe diceretur, quorum multa mira NULLO FIDELI AUCTORE* Ethnici *jactant, quamvis & Daemones non nulla faciant, Angelis ſimilia, non veritate,*

Digitized by Google

tate, ſed ſpecie; non ſapientiâ, ſed plane fallaciâ; tamen, ſi de iſtis, ut dixi, quos Magos, vel Philoſophos laudabiliter nominant, tale aliquid narraretur, non jam in buccis creparet riſus, ſed typhus.

Similiter *Lactantius* Lib. V. Cap. 3. *CHRISTUS* (inquit) *non ſuo teſtimonio (cui enim dicenti de ſe credi poteſt?) ſed Prophetarum teſtimonio, qui omnia, quae fecit, & paſſus eſt, multò ante cecinerunt, fidem Divinitatis accepit.* Paulo ante dixerat *Lactantius: Fecit mirabilia CHRISTUS. Magum dixiſſemus, ut & vos Pagani nuncupatis, & Judaei tunc putaverunt, ſi non Prophetae &c. &c.*

De eodem autem hoc *Apollonio Tyanaeo* inter recentiores conſuli imprimis merentur Illuſtris HUETIUS *Demonſtrat. Evangelicae* Propoſit. IX. col. 147. Clariſs. KORTHOLTUS in *Ethnico Obtrectatore* Lib. III. Cap. 4. §. 2. pag. m. 477. Celeberrimus MOSHEMIUS in *Obſervationibus Sacris.* pag. m. 260.

§. XXI. Lubet nunc de quibusdam conſiderare, quae ad noſtrum inſtitutum pertinent.

Sub *Domitiano* floruiſſe, *Trajano* IV. & *Frontino* IV. COSS. teſtis eſt *Caſſiodorus* in *Chronico*, in *Hiſtoriae Romanae Scriptoribus.* T. I. p. m. 690. col. 2. *Ulpium* autem *Tyrannum* Conſulem ἐπώνυμον fuiſſe Anno Aerae Vulg. 100. docet *Almelovenius*, in *Faſtis Conſularibus*, p. m. 82.

De eximiâ illâ celebritate, iſto quidem tempore, dubitandi, rationes mihi hae ſunt:

1. Quod, quantum mihi innotuit, nec *Joſephus*, nec *Tacitus*, nec *Suetonius*, nec *Plinius*, neque *Patres*, qui dicuntur *Apoſtolici*, neque *Irenaeus*, neque *Tertul-*

Digitized by Google

lianus, neque *Cyprianus*, neque *Cyrillus Hierosolymitanus*, neque *Clemens Alexandrinus*, neque *Origenes*, ullam hujus hominis faciant mentionem.

Unicus mihi hactenus ex antiquissimis Patribus objici posse videtur, *Justinus*, videlicet, *Martyr*, apud quem aliquid notatu dignum memoratur, & quod meae sententiae adversetur reperiatur. Apud illum enim *Martyrem*, in Quaest. ad Orthodoxos p. m. 316. edit. *Commelin*. dubium, ex comparatione miraculorum *Christi* & *Apollonii*, movetur, & ad illud respondetur.

Sed vel ipse *Bellarminus* (alias quidem in rem suam hoc libro tanquam genuino *Justini* foetu usus) Lib. I. de *Beatitudine Sanctorum* Cap. 4. dicit: *Istae Quaestiones non videntur Justini, sed alicujus recentioris.* Quod idem agnoscit *Possevinus* de *Scriptor. Ecclesiast.* *Sixtus Senensis* *Biblioth. Sanctae* Lib. 4. *Abrah. Scultetus* in *Patrum Medulla* Lib. I. Cap. XI. id demonstrat; Imo doctiss. *Oudinus* his addit, quod ex ipsâ Quaest. 126. pateat, quod ad Saeculum quartum vergens detrudi debeat hic auctor. Quod jam notaverat *Andreas Rivetus Critici S.* Lib. II. Cap. 5. Vid. *Oudin.* de *Script. Ecclesiast.* T. I. p. m. 200. & 201.

Inter illos igitur, de quibus nos loquimur, Scriptores Ecclesiasticos trium priorum Saeculorum, numerari non debet *Pseudo-Justinus*, Quaestionum ad Orthodoxos Scriptor.

§. XXII. Notatu certe digniſſimum est, quod, neque a *Celso Apollonius* hic nominétenus *Origeni* sit objectus; neque *Cyrillus Alexandrinus*, contra *Julianum*, *Christianorum* infensissimum hostem, scribens, & in transitu *Apollonii* mentionem faciens, ullatenus ostenſ-

Digitized by Googl

ſtendat, hujus Viri fictitia miracula, a *Juliano* cum miraculis *Chriſti* fuiſſe comparata. Mentio enim, quam *Cyrillus Alexandrinus* p. m. 88. facit *Apollonii*, haec eſt:

Fabulis annumeraverat *Julianus* narrationem *Moſis*, de *Serpente* ad *Evam* locuto. Illum refutaturus *Cyrillus* argumento ad hominem, uti dicitur, utitur. Oſtendens Scriptores *Ethnicos* minus credibilia tradidiſſe de ſermone rerum etiam inanimatarum, e quibus, ex ipſâ illorum hypotheſi, poſſit demonſtrari, naturae Daemonum ineſſe, ut efficere interdum voces queant; atque hac occaſione dicit: „ At *Philoſtratus*, qui de-
„ lectis verborum ſcitamentis *Apollonii* vitam exorna-
„ re conatur, & ad miraculum uſque ſupremum ef-
„ fert, ipſum quidem ad ſummos fines agri deportat,
„ & in ipſa dicit fluminis catadupa ſe dediſſe. Con-
„ greſſum autem cum iis, qui ibi ſunt, *Gymnoſophi-*
„ *ſtis*, peritiſſimis ipſis quoque praeſtigiarum: Tum
„ addit: Omnium Praeſulem (is erat *Theſpeſion*) *A-*
„ *pollonio* dixiſſe: Enimvero quoniam ſapientiae im-
„ potes non ſumus, Tu, inquit, arbor, (Ulmus au-
„ tem erat tertia ab illà, ſub quâ differebant) ſaluta
„ mihi Sapientem *Apollonium*. Et compellavit qui-
„ dem eum arbor, ſicuti juſſa eſt; Vox autem articu-
„ lata erat & foeminea.

§. XXIII. *Origenes* autem contra *Celſum* p. m. 53. med. (*a*) generatim equidem narrat, quod *Celſus* miracula a D. *Jeſu* facta comparet cum praeſtigiatorum operibus, qui mirabiliora pollicentur, & cum circula-

(*a*) Quem *Antonini* & *Commodi* temporibus floruiſſe oſtendit *Spencerus* in notis ad Orig. p. m. 3.

Digitized by Google

torum factis, in medio foro praestitis; qui ab *Ægyptiis* ea didicerunt, paucis obolis illas artes venditantes, & ex hominibus „ Daemonia profligantes, mor-
„ bos exsufflantes, animas heroum evocantes, coena-
„ rumque sumptuosarum, & eduliorum opiparorum ina-
„ nem speciem exhibentes, animantiumque spectra,
„ quae moveri videantur, cum revera non moventur:
„ interrogans, *Ergo haec quia illi faciunt, credendum*
„ *est nobis illos esse Dei filios? An potius dicendum est*
„ *has esse artes hominum nequam & infelicium?*

Nullam singulatim hic reperio *Apollonii* mentionem. Fuerit inter praestigiatores, circulatoresve, per me licet: Tanti tamen non visus est, ut ejus expressa fieret mentio.

Neque praetereundum censeo, quod *Origenes*, in suâ refutatione, in hunc modum procedat, ut *Celso* reponat haec duo:

1. Quod illa, quae de *Jesu* leguntur, Magicis operationibus essent similia, si *Celsus* ostendisset, nihil in eis fuisse praeter speciem.

2. Quod nullus praestigiator, per ea, quae facit, ad morum correctionem spectatores invitet.

Quae, saltem, quoad posteriorem partem, responsio, si *Apollonius Tyanensis*, & talis quidem, qualis postea creditus est, Vir austerae vitae, sobrietatisque & continentiae, tum verbis, tum vitae exemplo, doctor, celebritate tantâ isto jam tempore gavisus esset, non procederet.

§. XXIV. Quantum igitur, post diligentem inquisitionem, rescire potui, nullus, qui supersit, duorumprimorum AErae *Christi* Saeculorum Scriptor illius

Digitized by Google

illius meminit, vel ullam rationem habuit. Unicum hoc diſſimulandum non eſt, quod *Porphyrius*, (qui ſub *Aureliano* vixit, adeoque Saeculo ſecundo, ſed ultra dimidium elapſo) dixerit: *Facere ſigna grande non eſt; Fecere etiam Magi contra Moſen; Fecit & Apollonius, Fecit & Apulejus.* Vid. *Hieron.* in Pſ. LXXXI. 8. T. VII. p. m. 103. edit. *Mar. Vict. Reatini.*

Sed generale hoc eſt, neque ſingularem Eccleſiae tentationem arguit. Exaggeratio factorum *Appollonii*, confictione multorum ſingularium, quae ei tribuuntur, ſequentibus demum temporibus orta eſt.

§. XXV. Ex his concludo, quod nullum fundamentum habeamus cogitandi Eccleſiae *Epheſinae* tale periculum a technis *Apollonii* imminuiſſe, ut Apoſtolus illi Eccleſiae adverſus eas in hac Epiſtolâ, munimen fidei ſubminiſtrare voluerit. *Auguſtinus* Epiſtolâ V. citante laudato *Moshemio* p. m. 347. ita ſcribit: „ Quis autem „ vel riſu dignum non putet, quod *Apulejum*, vel *A-* „ *pollonium*, caeterosque Magicarum Artium peritiſſimos, „ conferre CHRISTO, vel etiam praeferre conantr.

Euſebius Lib. contra *Hieroclem.* pag. m. 516. in hunc modum ratiocinatur: Τί δῆτα ἡμῖν ἐπὶ τούτοις τ Ἀπολλώνιον εἰσάγεις, ὦ ζυγγραφεῦ; εἰ μὲν δὴ θεῖον καὶ φιλοσόφυ κρείττονα, τὴν τε φύσιν, ἁπλῶς εἰπεῖν, ὑπὲρ ἄνθρωπον. Τήμει μοι δὲ ὅλης τ ἱστορίας τὴν ὑπόθεσιν: καὶ τέργον εἰσέλι νῦν ἐπιδείκνυθι τῆς θεότητος. Ἠγνόεκ ἀτοπώταλον, τεκτόνων μθ καὶ οἰκοδόμων, καὶ μετὰ τὴν τ δημιυργῶν τελευτὴν ἐπιμήκιστον τέργον διαρκεῖν, ἀθάνατον πυ κηδὸς τὴν συστησαμένων τὴν μνήμην σηλιτεῦον. Θεῖαν ἦ ἄρα φύσιν ἀνθρώποις ἐπλάμψασας, σκολιόν πυ καὶ μινυθάσιον ἀποτελεῖν, ἀχὶ ἦ ἐς ἀιῶνα τὴν Ἀρετὴν ἐπιδείκνυσ. Μὴ ἐς ἕνα τινα Δάμιν, εἰ καὶ ἄλλυς βραχεῖς ὠφελούσαν τ ἀνθρώπων &c. Quae *Ze-*

no-

nobius Accilius Florinus ita interpretatus eſt: „ Quid „ tantopere nobis *Apollonium* producis, Scriptor egre- „ gie? Si quidem hunc Divinum cenſeri fas eſt, Phi- „ loſophoque majorem, &, ut ſemel dicatur, excel- „ lentis cujusdam ſupra hominem facultatis, inſpicia- „ tur ſane totius, quae de illo ſcribitur, hiſtoriae ar- „ gumentum: Tum, quod ex illo ſupereſt, opus Divi- „ nitatis, age, depromito. An non quaeſo abſur- „ dum maxime eſt, Architectorum quidem opera & „ fabrorum, vel iis ipſis vitâ perfunctis, in longin- „ quum ſane tempus extare, unde illorum nomen ae- „ ternitati mandetur: Divinam vero naturam inter ho- „ mines ſplendeſcentem, ita anguſti temporis interval- „ lo obſcuram evaſiſſe, neque in ſaeculum virtutis ſuae „ monumenta teſtari: Non *Damidis* quidem, aliorum- „ que brevi dilabentium hominum teſtimonia mendi- „ cantem &c.

§. XXVI. Quaecumque autem de Divinis honoribus ei exhibitis traduntur, abundè refutavit Celeb. *Moshemius*, quin etiam *Philoſtratum* cum ipſo ſuo *Apollonio* committit, *Obſervat. S. S.* p. m. 267. & ſeqq. ubi ſimul oſtendit falſum eſſe, quod multi crediderunt, *Apollonio Epheſi*, quod peſtem fugaverit, Templum dicatum fuiſſe p. 297. & ſeq.

Operae precium erit, hoc ſummatim oſtendere: Nihil enim eſt, quod majori ſpecie mihi objici poſſe video, quam quod ab eruditiſſimis hominibus creditum ſit, quod huic *Apollonio* EPHESI imago quaedam, ceu DEO, erecta, Templum conditum, honoresque Divini exhibiti ſint; idque eo nomine, quod Urbem iſtam a PESTE liberaverit.

Hoc

Digitized by Google

Hoc ſi EPHESI contigerit, ſi tanto jam dudum ante mortem ſuam *Epheſios* obſtrinxerit, vel ſaltem obſtrinxiſſe viſus fuerit, beneficio, cenſendus certè eſſet jam hoc tempore inſignem celebritatem nactus, atque hoc pacto Eccleſiam *Epheſinam* per ipſum graviſſimae tentationi expoſitam fuiſſe.

Sed videamus, quibus teſtibus haec omnia nitantur.

An aliquis nugaciſſimo *Philoſtrato* antiquior producitur? Hujus narratiunculam de colloquio *Apollonii* cum *Tribuno*, eum *Romae* in cuſtodiâ detinente, vanitatis arguit Celeb. *Moshemius*, in *Diſſertat. S. S.*

Praecipue vero hic provocari ſolet ad *Hieroclis* verba, quae apud *Lactantium* ita ſe habent: „ *Simu-*
„ *lacrum ejus ſub Herculis Alexicaci nomine conſtitu-*
„ *tum ab* EPHESIIS *ſuo adhuc tempore honoratum.* Sed gratus agnoſco, Celeberrimum *Moshemium* has nebulas feliciſſimè diſſipaſſe: *Obſervatt. S. S.* p. m. 300. Oſtendit, nimirum, ſenſum narrationis eſſe, quod *Epheſii*, volentes ob peſtem pulſam, *Herculi* ſingularem honorem exhibere, *Apollonii* vultum in exemplum propoſuerint, ad quod *Herculis* ſimulacrum fingeret Artifex.

Philoſtratus ipſe ſcribere auſus non eſt, ab *Epheſiis Apollonio*, ſed *Herculi Liberatori*, hoc, quicquid eſt, monumenti ſuſcitatum fuiſſe. Imo ipſe *Apollonius* apud *Philoſtratum*, Lib. VIII. Cap. VII. p.m. 340. in Oratione ad *Domitianum*, apertè teſtatur, quod hujus morbi ſedati, & e medio ſublati documentum ſit τὸ ἱερὸν (eapropter a ſe, *Apollonio* puta, dedicatum) *Herculis Averruncι*, Ἡρακλέους Ἀποτροπαίου.

Digitized by Google

Et quidem, quoniam eum Adjutorem popoſcerat &c. Ipſiſſima verba ſunt: Τὸ ἱερὸν, ὃ ἐν Ἐφέσῳ ὑπὲρ τούτου (ſcil. νόσου) ΙΔΡΥΣΑΜΗΝ &c. Putidiſſimae anili fabellae me taedet diutius immorari.

§. XXVII. Apologetica haec ad *Domitianum* Oratio, ab *Auctore Conſpectus Chronologici*, p. m. XLIII. refertur ad Annum AErae *Chriſtianae* 92. Liberatio *Epheſiorum* a peſte, (ſi *Philoſtrato*, Lib. VII. Cap. XXI. p. m. 301. mediâ, fides eſſet habenda) jum dudum ante *Domitiani* tempora, adeoque ante mortem *Johannis* Apoſtoli, facta eſſet. Quis jam credat, primos rei *Chriſtianae* Scriptores, atque ſpeciatim *Irenaeum*, hujus Impoſtoris, ſi illo jam tempore tam celebris fuiſſet, nullam facturos fuiſſe mentionem?

§. XXVIII. Magna igitur facinora, quae *Epheſi* patraſſe dicitur, ſolâ *Philoſtrati*, fabuloſi profectò, ſi quis alius, Saeculi tertii Scriptoris, fide nituntur; cujus nugamentis Occaſionem & Scopum ſcriptionis hujus Epiſtolae ut ſuperſtruam, a me impetrare non poſſum. *Dio Caſſius* Lib. LXXVII. p. m. 878. (notante quoque Celeb. *Moshemio* p. m. 325.) de eo narrans, quod Imperator *Antoninus Caracalla Magis* & *Praeſtigiatoribus* delectatus, *Apollonium* honoraverit, addit: ὅτις καὶ Γόης καὶ Μάγος ἀκριβὴς ἐγένετο. *Magicas* autem Artes, jam dudum abominati erant *Epheſii*, & Libros combuſſerant. Act. XIX. 19.

§. XXIX. Sed ipſum argumentum quoque hujus Epiſtolae non videtur ſatis accuratè reſpondere Scopo, ſi is fuiſſet *Epheſiis* munimen fidei adverſus *Apollonii* technas ſubminiſtrare. Tentatio, ab *Apollonii* technis me-

Digitized by Google

metuenda, duplex potiſſimum, ex hypotheſi ita ſentientium, concipienda foret. Altera ab ejus ſingulari abſtinentiâ a certo ciborum & veſtimentorum genere, & ab omni re Venereâ. Altera a ſingulari quadam, externâ ſaltem & apparente ſimilitudine, inter ejus praeſtigias & Domini noſtri *Jeſu Chriſti* vera & Divina miracula.

Si his ſpeciatim obviam ire voluiſſet in hac Epiſtolâ noſter Apoſtolus: An non ratiocinatus eſſet de libertate utendi creaturis ad cibum, modo id fiat cum gratiarum actione & ſobrietate? & annon diſputaſſet (quod alibi fecit) de licito uſu matrimonii? Annon monuiſſet, non debere credentes δογματίζεσθαι, ὡς ζῶντες ἐν κόσμῳ, μὴ ἅψῃ, μὴ γεύσῃ, μηδὲ θίγῃς &c.? qualia in Epiſtolâ ad *Coloſſenſes* legimus, Cap. II. 20. 21. 22.

An non fontes ſaltem indicaſſet, e quibus diſcrimen, inter praeſtigias *Magorum* & vera *Chriſti* miracula, hauriri; notas, quibus haec ab illis diſcerni poſſent? Nihil autem horum in hac Epiſtolâ reperitur.

Quod ſi dicas confirmari tamen *Epheſios* in fide, atque ad certamen incitari; idque oppoſitum eſſe ſtudio *Apollonii*, eos a fide avertere conantis. Reſpondeo, verum hoc eſſe: Sed id non ſufficere ad ſtatuendum, quod ſingulatim *Paulus* ad *Apollonium* in hac Epiſtolâ reſpexerit; cum de quavis Epiſtolâ *Pauli* dici poſſit, quod tendat ad credentes in fide confirmandos, atque ſic oppoſita ſit cuivis, veritati Evangelicae ſe opponenti: Et excitatio ad certamen non magis adverſus *Apollonium* (ſi is unquam in aliquam *Epheſios* induxit tentationem) quam quosvis alios Adverſarios, Eccleſiam *Epheſinam* inſtruit.

Digitized by Google

§. XXX. Hactenus igitur, ſalvo meliori judicio, Scopum Apoſtoli, Occaſioni optimè reſpondentem, ita concipiendum eſſe, uti eum ſupra §. VII. pag. 109. declaravi, omnibus penſitatis, etiam nunc cenſeo: cui apprimè convenire ipſum Argumentum, omnesque ejus partes, ipſa docebit Analyſis.

Apol-

Digitized by Google

DISSERTATIO ISAGOGICA QUARTA.

De METHODO, quâ ad Scopum (proximè praecedentis DISSERTATIONIS Capite ſecundo, Membro ſecundo, Articulo primo, §. VII. *indicatum) aſſequendum utitur: Et de totius Epiſtolae OECONOMIA.*

In duo Capita partimur hanc Diſſertationem Quartam. Agimusque,

CAPITE PRIMO,

De Methodo, quâ Apoſtolus in hac Epiſtolâ utitur.

§. I. Elegantiſſima & ἐμφαλικωτάτη eſt Methodus, quâ, ut Scopum ſuum, tum generalem, tum imprimis ſpecialem illum, aſſequatur, Apoſtolus noſter utitur. Nimirum veritates, quas eorum animis altè infixas cupit, magnam partem, non per modum ſimplicis διδαχῆς, ſed per modum εὐλογίας, gratiarum actionis, & precationis, proponit; quod ad teſtandam ſuam ſinceritatem, ſimulque commendandum Argumenti momentum ſummoperè facit.

Digitized by Google

§. II. Eximio, neque tamen praeter meritum, encomio hujus Epiſtolae argumentum ex *Bodio* laudat Cl. *Witzius*, Sect. XII. de Vinculis *Pauli*, p. m. 192:

„ Ita verò univerſam Religionis *Chriſtianae* Summam Divina haec Epiſtola exponit, ut exuberantem „ quandam, non ſermonis tantum Evangelici παῤῥησίαν, ſed & Spiritus Sancti vim, & ſenſum, & charitatis *Chriſtianae* flammam quandam ex electo illo „ pectore emicantem, & lucis Divinae fulgorem quendam admirabilem, inde elucentem, & fontem aquae „ vivae inde ſcaturientem, aut ebullientem potius, „ animadvertere liceat: Idque tantâ copiâ, ut ſuperabundans illa cordis plenitudo, ipſa animi ſenſa, intimosque conceptus, conceptus autem verba prolata, verba denique priora quaequae ſubſequentia, „ premant, urgeant, obruant.

§. III. *Eraſmus* autem ita de hac Epiſtolâ pronunciat: „ Idem in hac Epiſtolâ *Pauli* fervor, eadem „ profunditas, idem omnino Spiritus, ac pectus: Verum non alibi ſermo *hyperbatis*, *anapodotis*, aliisque incommoditatibus moleſtior, ſive id interpretis „ fuit, quo fuit uſus in hac, ſive ſenſuum ſublimitatem ſermonis facultas non eſt aſſecuta. Certè ſtylus tantum diſſonat a caeteris *Pauli* Epiſtolis, ut „ alterius videri poſſet, niſi pectus atque indoles *Paulinae* mentis hanc prorſus illi vindicaret.

§. IV. Ita Artis Criticae ſui temporis Princeps. Quae tamen cum grano ſalis ſunt accipienda.

Bene habet, quod hanc Epiſtolam *Paulo* vindicet, Spiritumque, ac pectus *Pauli* in eâ agnoſcat.

Incommoditates, quas ei tribuit, hactenus agnoſcimus.

mus, quod requirant ſingularem in lectore attentionem; Neutiquam verò tales, quae juſtam reprehendendi cauſſam praebere poſſint. *Hyperbata*, ubi reperiuntur, indicant plura hic conjunctim conſideranda eſſe: *Anapodota*, conciſum dicendi genus, ſingularis emphaſis, & πάθος documenta eſſe ſolent, apud optimos quoque Scriptores. Ita ſenſu ſano dici poteſt, quod ſenſuum ſublimitatem ſermonis facultas non ſit aſſecuta. *Stylum* Interpreti, non ipſi Apoſtolo, vel potius Spiritui Sancto, calamo *Pauli* utenti, tribuere, ſine ullo alio argumento, minus ſani commatis eſt. Neque tantam ſtyli differentiam indicatam, nedum demonſtratam video: Et ſi vel demonſtraretur, non tamen alium quam *Pauli* calamum adhibuiſſe Spiritum Sanctum ex illa diſſonantia colligendum foret; Sed potius quod Sapientiſſimo Spiritui, convenienter ſuo Scopo, viſum fuerit, ſtylum Apoſtoli ita dirigeret, ut ſublimius, & magis conciſè, nervosè, emphaticè & patheticè loqueretur. Specialiora ex ipſâ Analyſi diſcenda. Hic quoque auribus noſtris inſonet illud: Ὁ ἔχων ὦς ἀκουσάτω τι τῶ Πνεῦμα λέγει ταῖς Ἐκκλησίαις.

§. V. Ad clariorem fili ſermonis intelligentiam requiritur, ut accuratè, in tribus praeſertim prioribus Capitibus, attendamus, an in primâ, an in ſecundâ Perſonâ loquatur; Poſterius ubi reperitur, cenſendum eſt, illum credentes *Epheſios*, quatenus ex *Gentibus* erant, ſaltem eos potiſſimum, alloqui. Ubi prius, diſpiciendum, an de Se, laborumque Sociis, an de credentibus ſpeciatim *Judaeis*, an de credentibus univerſim, loqui inſtituat? Haec autem, tum ex Argumento, tum ex filo Sermonis, dijudicari debent.

CA-

DISSERTATIONIS ISAGOGICAE QUARTAE

CAPITE SECUNDO,

Exhibetur Oeconomia totius Epiſtolae ad EPHESIOS ſcriptae.

Conſtat haec, uti fere omnes, tribus partibus.

I. Inſcriptione. Cap. II. 1. 2. Vid. TAB. I. ſpecialem.

II. Argumento ipſo. Cap. I. - - VI. 23. Quod videtur bipartitum.

A. Didacticum. Quo omnibus, ſpeciatim autem credentibus ex *Gentibus* oſtendit, quo pacto, grata & ſubmiſſa mente agnoſcenda ſit excellentia gratiae N. T. minimeque ob afflictiones, quas pati debeat gentium Apoſtolus, ſegneſcendum vel fatiſcendum. Cap. I. 3. - - IV. 1.

Dirigitur autem haec διδαχὴ,

א. Ad omnes univerſim ſpectatos. Credentibus ex *Judaeis* & ex *Gentibus*, eisdem beneficiis mactatis. Cap. I. 3 - - II. 11.

Hos docet, quo pacto humili & ſubmiſſo animo agnoſcere debeant excellentiam beneficiorum, quibus, indigniſſimi licet, a liberrima DEI gratia, in Chriſto Jeſu, nunc erant donat. Cap. I. 3 - - II. 11.

Id

Digitized by Google

II. A. ℵ.

Id autem eis insinuat:

a. Eucharisticâ recensione beneficiorum, liberrimo favore in ipsos collatorum. Cap. I. 3 - - 15.

(α) Summatim factâ. Cap. I. 3. Vid. TAB. II. specialem.

(β) Speciatim deductâ. Cap. I. 4. - 15.

1. Indicatione fontis, & imperscrutabilis scaturiginis, unde omnia profluant; Liberrimi, nimirum, simulque sapientissimi, & decentissimi consilii DEI. Cap. I. 4. 5. 6. p. pr. Vid. TAB. III. specialem.

2. Indicatione exsecutionis hujus consilii, ex parte factae, ex parte porro exspectandae. Cap. I. 6. p. post. - 15. Exsecutionem autem consilii laudati

AA. Acervatim exprimit. Cap. I. ℣. 6. p. post. Vid. TAB. IV. specialem.

BB. Membratum exponit. Cap. I. 7 - - 15. Et quidem,

ℵℵ. Conjunctim: Ratione *Judaeorum* pariter & *Gentium*. Cap. I. 7 - - 11. Vid. TAB. V. specialem.

בב. Distributè: Tum Ratione credentium ex *Judaeis*; Tum ratione credentium ex *Gentibus*. Ita tamen, ut utrosque denuò consocict, per communionem ejusdem Spiritus.

II.A.א.*a*.(β)2.BB.בב.

Cap. I. 11 - 15. De utrorumque hic agit

aa. Haereditate. Cap. I. 11. 12. 13. Vid. Tab. VI. ſpecialem.

bb. Plenitudinis ejusdem certificatione. Cap. I. 14. Vid. Tab. VII. ſpecialem.

b. Amplificatione, vel exaggeratione, factâ per oppoſitionem, hinc eximiae praecellentiae ipſorum beneficiorum; illinc indignitatis & impotentiae illorum, quibus illa exhibita ſunt. Cap. I. 15 -- II. 11. Conſtat autem haec amplificatio,

(α) Partim declaratione Apoſtoli, de ſuis pro illis precibus. Quâ innuit tanta haec eſſe, ut ad ea debito modo vel percipienda, opus habeant ſingulari Spiritûs illuminatione, quam proinde illis apprecetur. Cap. I. 15 -- 19. p. poſt. Vid. Tab. VIII. ſpecialem.

(β) Partim inſtitutione. Cap. I. 19. p. poſter. -- II. 11. Quâ exponitur:

1. Quanta ſit potentia Patris in credentibus. Cap. I. 19. p. poſt. -- II. 5. p. p. poſter. Vid. Tab. IX. ſpecialem.

2. Qualis illa ſit ſpes vocationis & quanta gloria haereditatis. Cap. II. 5. p. poſter. -- 11. Vid. Tab. X. ſpecialem.

2. Spe-

Digitized by Google

II. A &.

3. Speciatim ad illos, qui ex *Gentibus* erant. Cap. II. 11 - IV. 1.

His oſtendit, quod ipſis haec duo in primis incumbant officia:

a. Perpetua & ſeria conſideratio duorum oppoſitorum; Nimirum:

(α) Priſtini, in quo fuerant, indigniſſimi, miſerrimique ſtatus. Cap. II. 11. 12. Vid. TAB. XI. ſpecialem.

(β) Praeſentis, in quem nunc tranſlati erant, ſtatus feliciſſimi, & glorioſiſſimi, in communione cum Eccleſiâ *Judaicâ*, per eundem *Jeſum*, utrisque impetrati. Cap. II. 13 - - III. 1. Vid. TAB. XII. ſpecialem.

b. Conſtans alacritas, non obſtantibus afflictionibus, quas videbant *Paulum*, *Gentium* Apoſtolum, pati debere. Cap. III. 1 - - IV. 1.

Hoc officium illis inſinuat

(α) Commendatione, tum ſui miniſterii, tum ſuae, ut & omnium credentium, fiduciae in *Chriſto* fundatae: quâ oſtendit credentibus *Epheſiis*, praecipuè ex *Gentibus*, non eſſe ſegneſcendum, vel fatiſcendum, ob Apoſtoli *Gentium* afflictiones. Cap. III. 1 - 14.

Ubi perpendenda veniet

1. Ipſa illa duplex commendatio. Cap. III. 1 - 13.

AA. Sui miniſterii. Cap. III. 1 - 12. Vid. TAB. XIII. ſpecialem.

BB. Fiduciae ſuae, & omnium credentium.

II. A. ב. (α) 1. BB.

tium. Cap. III. 12. Vid. Tab. XIV. ſpecialem.

2. Concluſio hinc elicita. Cap. III. 13. Vid. Tab. XV. ſpecialem.

(β) Declaratione votorum, quae pro illis, ſubmiſſo quidem animo, ſimul tamen fiduciâ pleno, faciebat. Cap. III. 14 - IV. 1. Ubi

1. Declarat, quaenam illis, ſubmiſſo animo, a DEO apprecetur. Cap. III. 14-20. Vid. Tab. XVI. ſpecialem.

2. Fiduciam ſuam, eleganter & emphaticè δοξολογίᾳ exprimit, Cap. III. 20. 21. Vid. Tab. XVII. ſpecialem.

B. Paracleticum. Cap. IV. 1.- VI. 23. Ubi Apoſtolus monet:

א. Generatim, ut ſe, convenienter vocationi ſuae, quâ vocati erant, gererent. Cap. IV. 1. Vid. Tab. XVIII. ſpecialem.

ב. Speciatim, ut illis officiis praeſtandis operam dent, quae ad hoc requiruntur. Cap. IV. 2-VI. 23. Ubi officia inculcat vocationi eorum convenientia:

ℵ. In converſatione. Cap. IV. 2 - VI. 10. Hic

(α) Utrosque inſtigat ad caritatis & unitatis ſtudium. Cap. IV. 2 - 17. Id quod

1. Proponitur. Cap. IV. 2. 3. Vid. Tab. XIX. ſpecialem.

2. Urgetur. Cap. IV. 4 - 17. Rationibus deſumptis

Digitized by Google

II. B. ב. *a*. (α) 2.

AA. Ab unitate illorum, quae praecipuè in Eccleſiâ conſideranda veniunt. Cap. IV. 4. 5. 6. Vid. TAB. XX. ſpecialem.

BB. A Divinâ donorum variorum & munerum diverſorum per *Chriſtum* diſpenſatione & diſtributione, tendente ad totius Eccleſiae, quae unum corpus conſtituit, conſummationem. Cap. IV. 7 - 17. Ubi Apoſtolus docet:

ℵℵ. Diverſimodè dona & munera diſtributa eſſe & diſtribui; ſed ab eodem Domino, & ad finem ſalutarem. Cap. IV. 7 - 16.

aa. Hanc Domini diſpenſationem ipſam declarat. Cap. IV. 7 - 12.

(αα) Ratione donorum; oſtendens, illa variâ menſurâ; ab eodem Domino, pro jure ſuo, diſtribui. Cap. IV. 7 - 10.

Id quod

§. Proponit. Cap. IV. 7. Vid. TAB. XXI. ſpecialem.

§§. Confirmat, ratiocinatione ex Pſalmo LXVIII. 19. deſumptâ. Cap. IV. 8. 9. 10. Vid. TAB. XXII. ſpecialem.

(ββ) Ratione munerum. Cap. IV. 11. Vid. TAB. XXIII. ſpecialem.

bb. Ejusdem finem ſalutarem indicat.

(αα) Totum & ultimum; quem Eccleſia univerſa, & unusquisque ſibi ex-

Digitized by Googl

II. B. ב. *a* (α) 2. BB. אא. *bb*. (αα)

petere poteſt, & debet. Cap. IV. 12. 13. Vid. Tab. XXIV. ſpecialem.

(ββ) Subordinatum Cap. IV. 14. 15. Vid. Tab. XXV. ſpecialem.

בב. Per id ipſum, Eccleſiam totam, mirificè in unum corpus compactam, incrementum accipere. Cap. IV. 16. Vid. Tab. XXVI. ſpecialem.

(β) Credentes ex *Gentibus*, ſpeciatim (non excluſis tamen & reliquis) ad depoſitionem vitiorum, in *Ethniciſmo* dominantium, & ad exercitium virtutum oppoſitarum excitat. Cap. IV. 17 - VI. 10.

Hic cernere eſt dehortationes & adhortationes

1. Ad omnes promiſcuè ſpectantes. Cap. IV. 17 - V. 21. Quibus Apoſtolus

AA. *Epheſios* ſuos avocat a vitiis *Gentiliſmi*, acervatim memoratis. Cap. IV. 17 - 25. Vid. Tab. XXVII. ſpecialem.

BB. Abſtinentiam eisdem inculcat a ſpecialibus quibusdam vitiis. Cap. IV. 25 - V. 21. Poſtulans

אא. Ne Seipſos illis vitiis dedant. Sed virtutibus contrariis operam dent. Cap. IV. 25 - V. 11.

Hujus pericopae monita verſantur

αα. Circa vitia, quibus alter alterum laedit. Cap. IV. 25 - V. 3. Horum

(αα) Spe-

Digitized by Google

II. B. ב. *a*. (β) 1. BB. אא. *aa*.

(*aa*) Specialiſſima quaedam notantur.

§. Falſiloquium. A quo Apoſtolus eos dehortatur, & ad oppoſitam virtutem adhortatur; Ratione ſuaſoriâ additâ. Cap. IV. 25. Vid. TAB. XXVIII. ſpecialem.

§§. Laeſiones duplicis generis. Cap. IV. 26 - 31.

/ Dolorem inferentes. Quales ſunt

– Iracundiae affectus. Cap. IV. 26. 27. Vid. TAB. XXIX. ſpecialem.

= Defraudatio. A quâ ita dehortatur, ut ſimul ad oppoſitae virtutis ſtudium admoneat. Cap. IV. 28. Vid. TAB. XXX. ſpecialem.

// Etiam non invitos corrumpentes. Cap. IV. 29. 30. Ubi notetur.

– Officium duplex. Cap. IV. 29. Vid. TAB. XXXI. ſpecialem.

† Abſtinentiae ab hoc laeſionis genere.

†† Sermonis contrarium effe-

II.B ב.a.(β)1.BB.NN.aa.(αα)§§.//.– ††

effectum producentis.

= Ratio ſuaſoria, a Communione Spiritus S. deſumptâ. Cap. IV. 30. Vid. Tab. XXXII. ſpecialem.

(ββ) Plura conjunctim recenſentur, a quibus ſibi cavere, & contrario ſtudio operam dare deberent. Cap. IV. 31 - V. 3. Hic notentur

§. Vitia, a quibus ſibi cavere deberent. Quae reperimus prohibita. Cap. VI. 31. Vid. Tab. XXXIII. ſpecialem.

§§. Virtutes contrarias inculcatas. Cap. IV. 32 - V. 3. Ubi

/ Speciales laudabiles affectus commendat. Cap. IV. 32. Vid. Tab. XXXIV. ſpecialem.

// Generatim poſtulat Imitationem DEI & Caritatis *Chriſti*. Cap. V. 1. 2. Vid. Tab. XXXV. ſpecialem.

bb. Cir-

Digitized by Google

II.B.ב.*a*.(β)1.BB.אא.*aa*.

bb. Circa vitia, quibus aliquis ſeipſum inquinat, aliisque ſcandalum praebet. Cap. V. 3 - 11. Vid. TAB. XXXVI. ſpecialem.

בב. Ut & alios ab iſtiusmodi vitiis abſtrahant. Cap. V. 11 - 21. Quod

aa. Generatim exigit. Cap. V. 11 - 15. Vid. TAB. XXXVII. ſpecialem.

bb. Addens requiſita ad hoc neceſſaria. Cap. V. 15 - 21. Quo pertinet

(αα) Sapientia & prudentia in converſatione. Cap. V. 15 - 18. Vid. TAB. XXXVIII. ſpecialem.

(ββ) Averſio a vano gaudio; Et ſtudium veri & ſolidi, in ſeipſis & aliis promovendi. Cap. V. 18 - 21. Vid. TAB XXXIX ſpecialem.

2. Ad varios; pro diverſitate ſexus & ſtatus, ſive dignitatis. Cap. V. 21 - VI. 10. Ubi

AA. Generatim exigit debitam ὑποταγὴν, ordinisque a DEO inſtituti obſervantiam. Cap. V. 21. Vid. TAB. XL. ſpecialem.

II.B.ב.*a*.(β)2.AA.

BB. Speciatim, hoc generale officium applicat

אא. Illis, inter quos aequalitas quaedam, ſed tamen quaedam etiam dignitatis imparitas locum habet. Quales ſunt conjuges. Quorum proinde officia inculcat & urget. Cap. V. 22 - Vl. 1.

aa. Singulis ſeorſim. Cap. V. 22 - 33. Nimirum

(αα) Mulieribus. Cap. V. 22-25. Vid. TAB. XLI. ſpecialem.

(ββ) Viris. Cap. V. 25 - 33. Vid. TAB. XLII. ſpecialem.

bb. Utrisque ſummatim. Cap. V. 33. Vid. TAB. XLIII. ſpecialem.

בב. Illis, inter quos inſignis eſt diſparitas. Cap. Vl. 1 - 10.

Ad hanc claſſem pertinent

aa. Sanguinis vinculo arctiſſimè conjuncti: Liberi, & parentes. His igitur officia praeſcribit Cap. Vl. 1-5. Vid. TAB. XLIV. ſpecialem.

bb. Vinculo tantum oeconomico obſtricti. Quales ſunt ſervi, eorumque Domini. Quorum ſingulis ſua officia Apoſtolus inculcat. Cap. Vl. 5 - 10. Vid. TAB. XLV. ſpecialem.

b. In certamine, debito modo, pro cauſſa *Chri-*

Digitized by Google

II. B. ב. *b*.

Chriſti, ſuſcipiendo & decertando. Cap. VI. 10-23. Ubi

(α) Generatim eos excitat, ut virtuoſi evadant. Cap. VI. 10. Vid. TAB. XLVI. ſpecialem.

(β) Speciatim, ut armaturam Spiritualem induant, & certamen fortiter & ſtrenuè decertent, Cap. VI. 11 - 23. Ad quod eos

1. Acervatim, adductâ graviſſimâ ratione, monet. Cap. VI. 11. 12. Vid. TAB. XLVII. ſpecialem.

2. Membratim,

AA. Ipſa arma Spiritualia commendando. Cap. VI. 13 - 18. Vid. TAB. XLVIII. ſpecialem.

BB. Modum, quo certamen ſubire debeant, praeſcribendo. Cap. VI. 18 - 23.

אא. Precibus vigilantibus & perpetuis, pro omnibus Sanctis. Cap. VI. 18. Vid. TAB. XLIX. ſpecialem.

בב. Precibus quoque ſpeciatim pro Apoſtolo fundendis. Cap. VI. 19 - 23. Quas

aa. Poſtulat. Cap. VI. 19. Vid. TAB. L. ſpecialem.

bb. Poſtulatum urget. Cap. VI. 20. 21. 22.

Digitized by Google

II.B.ב.*b*.(β)2. BB.בב. *bb*.

(αα) Ex conſideratione ſui ſtatus. Cap. VI. 20. Vid. TAB. LI. ſpecialem.

(ββ) Demonſtratione ſui erga *Epheſios* affectus, cujus documentum & effectus erat miſſio *Tychici*. Cap. VI. 21. 22. Vid. TAB. LII. ſpecialem.

III. Clauſula. Cap. VI. 23. 24. Vid. TAB. LIII. ſpecialem.

TA-

Digitized by Google

TABULA I. SPECIALIS,

CONTINENS

ANALYSIN INSCRIPTIONIS

EPISTOLAE AD EPHESIOS.

CAP. I. 1. 2.

Habet haec Inſcriptio (Signata in Tabulâ Generali I.)

A. Declarationem perſonarum, a quâ, & ad quas, haec Epiſtola ſcripta ſit. Cap. I. 1.

א. Scriptor ſe ipſum

a. Indicat ſuo nomine. Παῦλος.

b. Deſcribit a munere ſibi Divinitus concredito.

(α) *Munus ipſum indicat, dicens, quod ſit* Ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ.

1. *Cui ſerviat, vel cujus, hoc munus gerens, miniſter ſit, exprimit nominibus* Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Denominans ſuum Dominum

AA. Nomine, quod in carne inter homines verſans geſſit, divino juſſu, atque proin ſignificatione non carente, *Jehovam Salutem* denotante. Ἰησοῦ.

BB. Nomine, quo munera, Sacerdotale, Propheticum, & Regium, quae, DEO volente & declarante, atque oleo Spiritus Sancti alacrem & aptum reddente, adminiſtravit, ſignificantur. Χριστοῦ.

Digitized by Google

A. N. *b.* (α) 1.

Tab. I. Spec.

2. *Quale ſub hoc Domino munus gerat. Erat nimirum* Ἀπόστολος *ejus.*

(β) *Cujus Auctoritate, cujusque auxilio, illud exſequatur.* διὰ θελήματος Θεοῦ.

1. *Tribuit DEO* θέλημα.

AA. Loquitur de DEO, Patre; at non excluſo Filio, & Spiritu.

BB. In eo agnoſcit θέλημα, quo tam de omnium rerum eventu, quam de creaturarum rationalium officio, conſtituit.

2. *Hujus juſſu, hujusque auxilio fungebatur Paulus Apoſtolatu.*

2. Illos, ad quos has litteras dabat, deſcribit

a. A loco, ſive Urbe, in quâ habitabant. Τοῖς οὖσιν ἐν Ἐφέσῳ.

b. A qualitate, quâ a reliquis ejus Urbis incolis diſcernebantur. Hanc qualitatem

(α) Generatim exprimit, quando dicit ſe ſcribere τοῖς ἁγίοις.

(β) Speciatim exprimit, addens καὶ πιστοῖς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

Ubi perpendenda venit

1. *Ipſa haec deſcriptio.*

In quâ conſiderandum eſt,

AA. De Objecto, quod hic duobus, quae modo videbamus, nominibus, ſed inverſo ordine poſitis, indicatur.

NN. Χριστῷ.

DD. Ἰησοῦ.

BB. De relatione horum, ad quos ſcribebat Apoſtolus, *Epheſiorum* ad hoc objectum,

Digitized by Google

B.ב.*b*.(β) 1.BB.

jectum; quam exprimit verbis, arctiſſimam cum Ipſo communionem ſignificantibus. πίστις ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Tab. I. Spec.

2. *Ejus cum generaliori illâ cohaerentia, per particulam* χ *expreſſa,*

B. Salutationem. Cap. I: 2. In cujus conſideratione videndum:

א. Quid illis apprecetur. Hic

a. Bona ipſa duobus vocabulis exprimit.

(α) Primum, quod eſt χάρις, *gratia*, ſimul innuit libertatem Largitoris, benè cupientis, & q uid em immeritis.

(β) Alterum, quod eſt εἰρήνη, ſtatum tranquillum & florentem indicat. Qui

1. Exprimitur, voce εἰρήνη.

2. Connectitur cum *gratiâ*, per particulam χ.

b. Quod iſta credentibus *Epheſiis* apprecetur, ſignificat, eos alloquendo pronomine ὑμῖν.

ב. A quibus. Ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς ἡμῶν, καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ.

a. Perſonae, ad quas *Paulus* ſuas preces emittit,

(α) Ipſae conſiderandae ſunt:

Nimirum

1. *Prima Deitatis Perſona*; PATRE. *Qui indicatur*

AA. *Nomine, ſummam perfectionem ei tribuente.* Θεοῦ.

BB. *De-*

Digitized by Google

B.ב. *a.* (α) 1. AA.

Tab. I. Spec.

BB. *Denominatione, ſpecialem quandam relationem inter Ipſum & credentes exprimente.* Πατρὸς ἡμῶν.

Ubi perpendendum eſt

אא. Quibus perſonis jus competat, ut ſub hac relatione DEUM ſpectare liceat; quas Apoſtolus exprimit pronomine ἡμῶν.

בב. Qnaenam illa ſit relatio, quae inter DEUM & ipſos ſpectanda eſt; quae exprimitur nomine Πατρὸς ἡμῶν.

2. *Altera Deitatis Perſona.*

Quae indicatur

AA. Nomine, ſummam ejus Auctoritatem ſignificante. Κυρίου.

BB. Nominibus propriis.

אא. Quod in communi inter homines converſatione geſſit. Ἰησοῦ.

בב. Quod munera ejus, convenienter promiſſioni Prophetarum, exprimit. Χριστοῦ.

(β) Illarum conjunctio, per particulam καὶ.

b. Petitio bonorum, modo indicatorum, ab his, tanquam fonte, exſpectandorum, exprimitur per particulam ἀπὸ.

Sunt

Digitized by Google

Sunt, qui volunt hanc praepoſitionem ἀπὸ, *reſpicere ſolummodo ad nomen* θεοῦ. *Quo intelligi debeat prima S. S.* Tab. I. *Trinitatis Perſona, quae dicatur Pater noſter, &* Spec. *Pater Domini Jeſu Chriſti.* (*)

(*) Ex hac hypotheſi ita ſe haberet Analyſis:

ב. A quo. Notetur

a. Perſona, quae hic ſpectatur

(α) Ut ENS SUMMUM, nomine ΘΕΟΥ indicatum.

(β) In relatione

1. Ad credentes. Πατρὸς ἡμῶν.

2. Ad caput credentium,

AA. Significatum tribus Nominibus.

א. Nomine Κυρίου.

בב. Nominibus propriis,

aa. Ἰησοῦ.

bb. Χριστοῦ.

BB. Conſiderandum ut conjunctum (ut caput cum membris) & quadantenus eandem ad DEUM relationem habens, quod ille ſit utrorumque Pater. (conf. Joh. XX. 17.) Quod indicatur particula καὶ.

b. Petitio laudatorum beneficiorum ab illâ; ſignificata per praepoſitionem ΑΠΟ.

Poſſet & in hunc modum inſtitui Analyſis:

ב. A quo. Ubi perdendere oportet

a. Objectum, ad quod adoratio dirigitur. Quod

(α) Ὀνειδῶς contemplandum ſiſtitur, nomine Θεοῦ. Patris ſcilicet, & Filii. conf. Joh. XVII. 3.

(β) Γνωστικῶς. Ita ut DEUS contemplandus ſit

1. Ratione primae *S. S. Triados* perſonae, quae dicitur *Pater noſter*, id eſt, *credentium*.

AA. Illi indicantur pronomine ἡμῶν.

BB. Relatè ad hos DEUS conſideratur, ut Pater eorum. Πατὴρ ἡμῶν.

2. Ratione ſecundae *S. S. Trinitatis* Perſonae. Hunc

AA. Ut DEUM venerandum ſiſtit,

א. Summam ei tribuens Auctoritatem, quae exprimitur nomine Κυρίου.

בב. Eumque ſolitis nominibus inſigniens

aa. Ἰησοῦ

ב. *a.* (β) 2. AA. בב.

Tab. I. Spec.

aa. Ἰησοῦ. quo DEUS Eum, ut *Jehovam Salutem*, voçari juſſit.

bb. Χριστοῦ.

BB. Atque hoc cum eo, quod DEUS ſit Pater Ejus, & Pater quoque credentium, indivulſo nexu conjungit per particulam καὶ.

b. Quod ab eo bona, quae Eccleſiae adprecatur, petat, & exſpectet. ἀπὸ τοῦ Θεοῦ.

Longè ſimplicior & concinnior tamen videtur Analyſis noſtra, quae pag. 151. *&* 152. *exhibet. Non enim uſitatum eſt, neque convenit, neque ullibi reperimus quod DEUS dicatur Pater Noſtrûm & Domini noſtri Jeſu Chriſti. Sed, inverſo ordine, Pater Domini Jeſu Chriſti & noſtrûm.*

Abſolutâ ſic Analyſi INSCRIPTIONIS, ſequentes Tabulae Speciales exhibebunt illas hujus Epiſtolae partes minores, quas in partitione ARGUMENTI totius Epiſtolae, in Tabula Generali exhibiti, in illa quidem ſubdiſtinguere, ob rationes quasdam, nolui: Sed potius Lectores, qui eas ulterius ſubdiſtinctas, ſibi repraeſentari cuperent, ad ſpecialiores has tabulas relegare.

TA-

Digitized by Google

TABULA II. SPECIALIS,

CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLAE

AD EPHESIOS.

CAP. I: 3.

Continet haec pericopa (in Tabulâ Generali signata II. A. N. *a.* (α)) summatim factam gratiarum actionem, pro beneficiis, in *Christo Jesu*, nunc exhibitis. Cap. I: 3.

In quâ Apostolus

I. Ut laude dignissimum celebrat DEUM & Patrem Domini nostri *Jesu Christi.* versus 3. parte priori. Attendere igitur oportet ad

AA. Objectum hujus δοξολογίας, quod dicitur, ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Quibus verbis Apostolus primam *S. S. Triados* Personam describit a duplici relatione, quae est inter Illam & Servatorem, Auctorem, proximam unicamque omnium beneficiorum caussam meritoriam. Quam ob caussam contemplari hic oportet

NN. Ipsum Servatorem, sive Mediatorem, hic descriptum triplici denominatione.

aa. Prior eum describit a jure, quod habet

Digitized by Google

1.AA.ΝΝ.*aa.*

Tab. II. Spec.

in credentes. Sic venit nomine τῦ Κυρίυ ἡμῶν.

(*aa*) *Objectum hujus juris indicatur pronomine* ἡμῶν.

(ββ) *Quo jure in hos polleat, exprimitur nomine* τῦ Κυρίυ (κατ' ἐξοχὴν) *quod articulus exprimit.*

bb. Duae posteriores sunt nomina, quibus plenius haec persona indicatur. Ἰησῦ χριστῦ *Nomine nimirum*

(*aa*) *Proprio, quod inter homines gessit, non sine veritate significationis.* Ἰησῦ.

(ββ) *Encomiastico, munera ejus exprimente.* Χριστῦ.

ββ. Relationem duplicem DEI Patris ad hunc Mediatorem; a quâ vocatur ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ Ipsius.

aa. Utraque relatio considerandа venit.

(*aa*) *Prior OEconomica, sive foederalis, a quâ dicitur ejus DEUS.* ὁ Θεὸς τῦ Κυρίυ &c.

(ββ) *Altera Naturalis, a quâ dicitur ejus PATER.* Πατὴρ.

bb. Cohaerentia utriusque, expressa per particulam καὶ. Posterior scilicet prioris fundamentum est.

BB. Praedicatum de hoc objecto, sive δοξολογία ipsa. εὐλογητὸς.

γγ. Rationem reddit, ob quam meritò celebretur; desum-

Digitized by Google

2.

ſumptam a beneficio in credentes in *Chriſto* collato, inſigni & excellentiſſimo. Cap. I. 3. parte poſteriori. Quo fine ab Apoſtolo DEUS deſcribitur, ut ὁ εὐλογήσας &c. Ubi attendere oportet ad Tab. II. Spec.

AA. Rem ipſam. Ad quam rectè percipiendam, perpendendum eſt

ΝΝ. Objectum, cui benefecerit DEUS & Pater Domini Noſtri *Jeſu Chriſti*. Quod exprimitur pronomine ἡμᾶς.

ΞΞ Id quod huic objecto praeſtiterit idem DEUS & Pater Domini Noſtri *Jeſu Chriſti*. Hoc

aa. In genere, ſive acervatim exprimitur ab Apoſtolo, quando DEUS & Pater Domini Noſtri *Jeſu Chriſti* dicitur ὁ εὐλογήσας.

bb. Speciatim, ſive enucleatius exponitur:

(αα) Copioſiori hujus beneficii ipſius deſcriptione, & amplificatione.

§. *Deſcriptio autem fit ita, ut oſtendatur*,

I. Qualis, ratione ſuae naturae, ſit haec benedictio, quâ DEUS nos benedixit. ἐν εὐλογίᾳ πνευματικῇ.

Ubi perpendere juvat

— Quid ſit εὐλογία πνευματικὴ. Adeoque inveſtiganda

† Significatio vocis, εὐλογία.

2. AA. בב. *bb.* (*aa*) §. *l.* ⊢ †.

†† Specialis characterizatio, expressa per vocem, Πνευματικῇ.

⊢ Quid igitur DEUS dicatur fecisse, quando dicitur ἐυλογήσας ΕΝ ἐυλογίᾳ πνευματικῇ.

ll Quo pacto omnes res terrenas antecellat. ἐν τοῖς ἐπυρανίοις. *Hic perpende*

⊢ Quid sint τὰ ἐπυράνια.

⊢ Quid significetur, quando dicitur, quod εὐλογία πνευματικὴ sit εὐλογία ΕΝ τοῖς ἐπυρανίοις.

§§. *Amplificatio exprimitur adjectivo* πάσῃ.

(*ββ*) Indicatione causſæ intervenientis. ἐν Χριστῷ.

§. Persona indicatur nomine, Χριστῷ.

§§. Relatio hujùs beneficii ad hanc personam exprimitur præpositione, ἐν.

BB. Quod hoc ponatur, tanquam ratio, ob quam DEUS & Pater Domini Nostri *Jesu Christi* dicatur εὐλογητὸς. Hæc enim relatio hujus beneficii exprimitur per participialem locutionem. ὁ ἐυλογήσας &c.

TA-

Digitized by Google

TABULA III. SPECIALIS,

CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLÆ

AD EPHESIOS.

CAP. I: 4. 5. 6. p. pr.

Continet hæc pericopa Indicationem fontis & scaturiginis, unde omnia Divina beneficia, credentibus concessa, ob quæ DEUS & Pater Domini Nostri *Jesu Christi* celebrari debet, emanant. Liberrimi, nimirum, DEI, simulque sapientissimi, & decentissimi consilii.

Signata est hæc pericopa in Tabulâ Generali. II. A. ℵ. *a.* (β) 1.

Hic igitur perpendendum est,

AA. Quo pacto Apostolus hoc DEI propositum, sive consilium, describat. Nimirum

ℵℵ. Duplici ratione, quoad effectum in objecto, illud contemplandum proponit.

aa. Ut æternam in *Christó* electionem ad sanctitatem Cap. I: 4. Hic iterum notetur:

(αα) Adjunctum τό ΠΟ'ΤΕ, sive QUANDO, hujus dispositionis Divinæ voluntatis. Quod exprimitur phrasi πρὸ καταβολῆς κόσμου. Ubi

§. Præ-

AA.ΝΝ.*aa*.(αα)

§. Præſupponitur inſigne aliquod & primum DEI opus, quod exprimitur phraſi καταβολῆς κόσμου. Perpendi hic meretur.

I. *Effectum, omnia (excepto ſolo DEO) complectens. Quod hic, ut alibi quoque, venit nomine* κόσμου.

II. *Operatio DEI ad primam hujus effecti productionem. Quæ exprimitur nomine* καταβολῆς.

§§. Indicatur Divinæ, de quâ hic agitur, voluntatis diſpoſitionis prioritas, quæ opus DEI modo memoratum anteverterit. Dicit enim Apoſtolus πρὸ καταβολῆς κόσμου.

(ββ) Divinæ voluntatis diſpoſitio jam tunc facta. Cujus indicat

§. Objectum, circa quod voluntas DEI & Patris Domini Noſtri *Jeſu Chriſti* verſata fuerit. Quod eodem modo, ut commate præcedenti, exprimit pronomine ἡμᾶς.

§§. Quid de hoc objecto diſpoſuerit. Quod

I. Summatim exprimit Apoſtolus, dicens ἐξελέξατο.

II. Enucleatius exponit. Indicans

— *Communionem capitis, cum quo electi ſunt, ut corpus ejus conſtituant, & per quem boni*

Digitized by Google

AA. ℵℵ. aa. (ββ) §§. //. ⊢.

ni deſtinati participes fiant. ἐν αὐτῷ.

†. Caput ipſum exprimitur pronomine relativo αὐτῷ.

††. Communio electorum cum hoc capite, per praepoſitionem ἐν.

⊢ *Finem, ad quem pervenire eos voluerit Divinae illa voluntatis diſpoſitio.*

†. Status, ad quem perventuri eſſent,

AAA. Acervatim exprimitur. ἵνα ἡμᾶς ἁγίους.

BBB. Ulterius deſcribitur, ita ut indicetur,

ℵℵℵ. Ad quem gradum, ipſo DEO judice, haec ſanctitas perventura ſit.

aaa. Gradus iſte exprimitur, quando additur καὶ ἀμώμους.

bbb. Judicium DEI & Patris Domini Noſtri *Jeſu Chriſti* approbans, innuitur verbis κατὰ πρόσωπον αὐτοῦ.

בבב. In quo conſiſtat illa veri nominis ſanctitas. ἐν ἀγάπῃ.

Digitized by Google

AA.ℵℵ.aa.(αα)§§.//. ⊢†.

††. Indicatur hunc ſtatum eſſe finem electionis eorum. εἶναι ἡμᾶς ἁγίους.

bb. Ut prædeſtinationem ad jus filiorum. Perpendatur hic.

(αα) Res ipſa. Teſtatur ſcilicet Apoſtolus, quod DEUS & Pater Domini Noſtri *Jeſu Chriſti* eosdem electos fuerit prædeſtinans ad adoptionem &c. Notetur hic iterum

§. Objectum, idem quod ſuprà, pronomine ἡμᾶς expreſſum.

§§. Quid de hoc objecto diſpoſuerit Divina voluntas. Ad quod rectè intelligendum perpendatur.

/. Status, ad quem decenti modo pervenire eos voluerit. Videamus hic

⊢ Qualis ille ſtatus ſit in ſe ſpectatus. Vocat illum Apoſtolus υἱοθεσίαν.

⊢⊢ Decentem, quo ad eum perventuri eſſent, eoque gauderent, modum. Quem explicat, indicando

†. Cauſſam, quæ intervenire deberet, ut electi hunc ſtatum conſequerentur.

AAA. Perſona Mediatoris ſoli-

Digitized by Google

litis nominibus indicatur. Ἰησοῦ Χριστοῦ.

BBB. Ejus interventus, qui efficeret, ut electi ad istum statum pervenirent, indicatur per particulam διὰ.

††. Consequens hujus interventus; quod ipsum quoque DEUS & Pater Domini Nostri *Jesu Christi* voluerit, & constituerit, ut justum & æquum; nimirum, ut hæc, electis per *Jesum Christum* impetranda, υἱοθεσία sit ad Ipsum. εἰς αὐτὸν.

//. Dispositio voluntatis Divinæ, quâ voluit, ut electi ad hunc statum pervenirent. Quam exprimit, dicens, quod DEUS & Pater Domini Nostri *Jesu Christi* fuerit προορίσας εἰς υἱοθεσίαν. Ubi conderandum est,

— Quid sit προορισμὸς, quem DEO Patri tribuit Apostolus.

= Quod finis hujus προορισμοῦ sit υἱοθεσία electorum. Quod indicat particula εἰς.

(ββ) Ejusdem cum modo propositâ con-

Digitized by Google

AA.אא.*bb*.(ββ)

junctio. Ita ut idem consilium, eadem Divinæ voluntatis dispositio, eosdem ad Sanctitatem, & ad jus filiorum DEI elegerit, & destinaverit. Quod indicatur participiali locutione προορίσας.

בב. Caussas, omnium primam & ultimam, aeterni hujus consilii indicat. Et quidem

aa. Caussam primam, his verbis: κατὰ τὴν εὐδοκίαν τῦ θελήματος ἀυτῦ. Consideranda hic venit

(*aa*) Indoles voluntatis Divinae.

Tribuit enim Apostolus

§. *Deo voluntatem. Mentionem faciens* τῦ θελήματος ἀυτῦ. *Tribuitore*

§§. *Huic voluntati beneplacitum. Quod vocat* τὴν εὐδοκίαν τῦ θελήματος.

(ββ) Eaque ut unica causa, & quasi norma electionis & praedestinationis modo memoratae. Quod indicatur praepositione κατὰ.

bb. Caussam finalem. Cap. I: 6. parte priori. εἰς ἔπαινον δόξης τ χάριτος ἀυτῦ. Nota hic

(*aa*) Rem ipsam, quam exprimit verbis ἔπαινον δόξης τ χάριτος ἀυτῦ.

§. *Tribuit DEO* glorioſam *gratiam.* δόξαν τ χάριτος ἀυτῦ.

1. *Agnoscit in DEO, speciatimque in hoc ejus electionis & præ-*

Digitized by Google

praedeſtinationis decreto, χάριν. *dicens* ἡ χάριτος αὐτοῦ.

II. Et quidem talem, in quâ ſpectari poſſit ſuperpondium perfectionis, quam vocat δόξαν ἡ χάριτος.

§§. Hanc, ejusque ſuperpondium perfectionis, indicat ut pulcerrimam & ſummopere amabilem celebrari debere. Quod dicit verbis: ἔπαινος ἡ δόξης.

(*BB*) Hanc gloriae gratiae Divinae celebrationem ab Apoſtolo ſpectari, ut finem ultimum electionis & praedeſtinationis modo laudatae, Quod exprimit per particulam εἰς.

BB. Hoc conſilium ſive propoſitum DEI conſiderandum proponit, ut aeternam praeformationem, vel praedelineationem operis, quod nunc exſecutus eſt, quando credentes in *Chriſto* benedixit omni benedictione ſpirituali in coeleſtibus. Atque adeo hoc conſilium DEI & Patris Domini Noſtri *Jeſu Chriſti* eſſe primoprimam ſcaturiginem omnium beneficiorum, quae vel jam acceperant, vel ulterius exſpectanda haberent. Hoc ſignificatur per particulam καθὼς.

Hinc tanto fortius adſtringitur nexus inter illa

Digitized by Google

BB.

beneficia & obligationem credentium ad DEUM & Patrem Domini Noſtri *Jeſu Chriſti* celebrandum. Εὐλογητός. . . . . ὁ εὐλογήσας. . . . . καθὼς. Omnis igitur illa benedictio ſoli DEI liberrimae & gratioſae voluntati accepta referenda eſt.

TA.

Digitized by Google

Tabula IV. Specialis,

continens

ANALYSIN EPISTOLÆ

ad Ephesios.

Cap. I: 6. p. poſter.

Continet haec pericopa Teſtificationem de Exſecutione modo laudati conſilii Divini, acervatim expreſſam.

Signatur in Tabulâ Generali II. A. ℵ. α. (β) 2. AA.

Apoſtolus hic, (ut progrediatur ad diductionem ulteriorem eucharisticae recenſionis beneficiorum, in *Chriſto*, a DEO Ipſius & Patre, collatorum, & ulterius conferendorum, in electos) acervatim indicat, DEUM & Patrem Domini Noſtri *Jeſu Chriſti*, eâdem illâ gratiâ, quâ propoſitum, ſive conſilium ſuum (quod electionem & praedeſtinationem dixerat Apoſtolus) apud Se ipſum conſtituit, exſecutioni quoque dare cœperit, ulteriusque daturus ſit. Hoc ita exprimit Cap I: 6. p. poſter. ἐν ᾗ ἐχαρίτωσεν ἡμᾶς ἐν τῷ ἠγαπημένῳ. Ubi videamus.

ℵℵ. Quid DEUS electis credentibus praeſtiterit, praeſtare ſcilicet cœperit, ulteriusque praeſtiturus ſit.

aa. Ob-

Digitized by Google

NN.

aa. Objectum, *cui*, iterum exprimitur per pronomen ἡμᾶς.

bb. Quid huic objecto DEUS & Pater Domini Noſtri *Jeſu Chriſti* praeſtiterit. Ubi nota

(αα) Rem ipſam, vocabulo, omnia comprehendente beatifica, expreſſam. ἐχαρίτωσεν.

(ββ) Cauſſam intervenientem (quam ad hunc effectum, ſecundum decretum Divinum, intervenire debere, jam oſtenderat) monſtrat verbis: ἐν τῷ ἠγαπημένῳ. Conſiderari hic meretur

§. *Servator, Jeſus Chriſtus, ſingulari & honorificentiſſimo titulo inſignitus.* τῷ ἠγαπημένῳ.

Ubi notandum.

I. Non tantum dici ἠγαπημένον.

II. Sed indicari quoque, hoc nomen ei ſummâ emphaſi competere. Quo ſpectat articulus τῷ,

§§. *Ejus interventus, ut cauſſae; ſive communio credentium cum eo, tamquam cauſſa, ex quâ haec* χαρίτωσις *in eos promanaverit, & promanet. Quod Apoſtolus exprimit praepoſitione* ἐν. ΕΝ ἠγαπημένῳ.

בב. Quod DEUS & Pater Domini Noſtri *Jeſu Chriſti* hoc fecerit faciatque, eâdem illâ gratiâ, quâ eos ante fundationem mundi elegerat. ἐν ᾗ.

TA-

Digitized by Google

TABULA V. SPECIALIS,

CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLAE

AD EPHESIOS.

CAP. I: 7-11.

Signata eſt haec pericopa in Tabulâ Generali II. A. N. *a.* (β) 2. BB. NN. Continetque declarationem, de *Judaeis* & *Gentibus* credentibus conjunctim factam, quâ χαρίτωσιν ἐν τῷ ἠγαπημένῳ, ſive exſecutionem conſilii gratiæ, acervatim expreſſam, membratim exponit. Hic igitur Apoſtolus laudat

aa. Beneficium, quod reliquorum initium eſt, & quaſi fundamentum, ſine quo reliquorum participes fieri non potuiſſent, quod in *Chriſto* nunc acceperint. Cap. I. 7. Hanc laudationem hic videmus duobus enunciatis expreſſam. Quorum

(αα) Primum ipſam cauſſam meritoriam unà comprehendit. ἐν ᾧ ἔχομεν τὴν ἀπολύτρωσιν διὰ τοῦ αἵματος αὐτοῦ. Hic perpendere oportet

§. Beneficium ipſum. Quod

/. Deſcribitur, ut liberatio interventu

Digitized by Google

aa (αα) §. /.

precii. Quod exprimit, dicens, τὴν ἀπολύτρωσιν.

//. Descriptio illustratur, indicato illo precio. διὰ τῦ αἵματος αὐτῦ.

Ubi vide

— *Precium ipsum. Quod est* τὸ αἷμα αὐτῦ. (*scilicet* τῦ ἠγαπημένυ)

= *Relationem ejus ad liberationem modò memoratam. Quae significatur particulâ* διὰ.

§§. Participationem ejus, quam credentibus, sibique simul tribuit, in eodem dilecto DEI Filio.

/. Ipsam participationem exprimit verbo ἔχομεν. *habemus.* Effectum percipimus.

//. Auctorem sive caussam hujus participationis (sive illum, per quem, vel in cujus communione, istius beneficii participes facti sint) indicat per vocu-las ἐν ᾧ. Quibus tum ipsum Auctorem significat, tum cohaerentiam cum praecedentibus indicat.

(ββ) Alterum enunciatum ipsum effectum clarius exprimit. τὴν ἄφεσιν τῶν παραπτωμάτων. Hic notetur

§. Ipsum beneficium, phrasi, per appositionem priori junctâ, expressum. Ad quod intelligendum perpendere oportet

/. Mala quibus obnoxii erant. Quae exprimumtur nomine, τῶν παραπτωμάτων.

//. Li-

Digitized by Google

aa. (BB) §. I.

II. Liberationem ab eis. Quam dicit τὴν ἄφεσιν [αὐτῶν].

§§. Participatio ejus,

I. Indicata ſubaudito, ſive ἀπὸ τῦ κοινῦ repetito verbo, ἔχομεν.

II. Comparatione amplificata. κατὰ τ πλῦτον τῆς χάριτος αὐτῦ.

Ubi notetur

— *Quid in DEO agnoſcat.*

Quod

†. Non tantum, uti ſuprà, iterum appellat gratiam; ut, excluſo omni proprio credentium merito, meruin DEI favorem celebret, mentionem faciens τῆς χάριτος αὐτῦ.

††. Sed & exaggerat, ei tribuens πλῦτον. Dicit enim τὸν Πλῦτον τῆς χάριτος.

— *Quo pacto inde derivet, imò etiam amplificet beneficium modò laudatum, quod ſignificat per particulam* κατὰ, *dicens* κατὰ τὸν πλῦτον &c.

bb. Beneficium, ex eâdem gratiâ, cum priori conjunctum. Cap. I: 8. 9. 10.

(aa) Generalius expreſſum. Cap. I: 8. Ubi

§. Acervatim dicitur, gratiam, modò laudatam, abundantes in illis effectûs habuiſſe. ἧς ἐπερίσσευσεν εἰς ἡμᾶς. Ubi iterum conſiderandum eſt

I. De objecto, quod indicat Apoſtolus, quando dicit εἰς ἡμᾶς.

II. De beneficio, DEI gratiâ, illi praeſtito. ἧς ἐπερίσσευσεν.

bb. (aa) §.

§§. Distinctè exprimitur, quinam illi sint effectûs. Qui

/. Perpendendi sunt in se spectati. ἐν πᾶσῃ σοφίᾳ καὶ φρονήσει.

⊢ *Indicantur, videlicet, duabus inter se connexis vocibus.* σοφίᾳ καὶ φρονήσει

†. Σοφίᾳ, *sapientiâ*, ad cognitionem veri & summi finis, mediorumque eò ducentium.

†† Καὶ φρονήσει. Ubi considerare oportet

AAA. Ipsum prudentiae donum, expressum nomine φρονήσει.

BBB. Ejusdem cum sapientiâ conjunctionem, per particulam καὶ.

⊣ *Amplificantur particulâ* πᾶσῃ.

//. Spectandi, ut profluentes ex abundantiâ gratiae, quae χάρις exprimitur particulâ ἐν.

(BB) Enucleatius explicatum. Cap. I: 9. 10. Hic perpendendum erit

§. Quid Apostolus dicat DEUM credentibus feciſſe. Ad quod rectè intelligendum considerandum erit

/. Quid penes DEUM fuerit constitutum, eique soli notum. Quod

⊢ Generatim describitur, ut liberum, & pro mero beneplacito constitutum, propositum, nulli creaturae ex se cognitum, captumque omnium creatura-

Digitized by Google

bb. (ββ) §. I. —

turarum ſuperans. Μυστήριον &c. Cap. I: 9.

†. Propoſitum ipſum, prout in DEO eſt, exprimit, & deſcribit, verbis τὴν εὐδοκίαν τοῦ θελήματος αὐτοῦ.

AAA. *Exprimit, nomine* τοῦ θελήματος αὐτοῦ.

BBB. *Deſcribit a perfectiſſimâ libertate; ita ut oſtendat hoc* θελήμα

אאא. *Liberè a DEO, neque invito, neque coacto, ſed pro mero beneplacito, eſſe conſtitutum.* καὶ τὴν εὐδοκίαν αὐτοῦ

בבב. *Et planè independenter. Quandoquidem haec ipſa* εὐδοκία *non habet cauſſam externam, ſed ſpectanda eſt, ut* ἦν προέθετο ἐν αὐτῷ.

††. Idemque conſiderat relatè ad notitiam hominum; quamobrem dicit τὸ ΜΥΣΤΗΡΙΟΝ τοῦ θελήματος &c.

II Speciatim indicatur, quid iſto propoſito conſtitutum ſit. Cap. I: 10. Hic videamus

†. Quid, & per quem, laudato

Digitized by Google

bb.(ββ)§.1.☰†.

propoſito facere decreverit DEUS.
AAA. Quid facere decreverit DEUS, ita declarat Apoſtolus, ut nobis perpendendum ſiſtat
ℵℵℵ. Objectum.
Quod
aaa. Acervatim proponit, per nomen τὰ πάντα. *
bbb. Diſtributé comprehendit ſub duplici claſſe,
(ααα) Cœleſtium. Τάτε ἐν τοῖς ὐρανοῖς.
(βββ) Terreſtrium, illis jungendorum. καὶ τὰ ἐπὶ τόν γῆς.
בבב. Quid

---

* Niſi velis verba, τὰ πάντα ἐν Χριστῷ conjunctim eſſe legenda. Quod ſi placeat, videndum eſt
(ααα) De quibus loquatur; quae conſideranda velit, ut τὰ ἐν Χριστῷ.
(βββ) De eorum univerſalitate, expreſſâ per voculam πάντα. (a)

(a) Hoc ego planius arbitror. Durius enim mihi, & magis coactum videtur, Angelos & omnes creaturas, cœleſtes & terreſtres, unà comprehendere, eò quod omnes electis inſervire debeant. Hoc non facit illam ἀνακεφαλαίωσιν; neque ſic ad Novam OEconomiam Novi Teſtamenti ſpecitim apertinet.
Neque obſtat Articulus Neutrius Generis. Vide, inter alia, Joh. VI. 39. ſubintelligi poteſt μέλη αὐτῦ.

Digitized by Google

bb (β3) ſſ. l. ☰ †. AAA. אאא.

בבב. Quid illi objecto faceret DEUS. Quod exprimitur per verbum ἀνακεφαλαιώσασθαι.

BBB. Per quem hoc facere conſtituerit. ἐν Χριστῷ. *

††. Ad cujus temporis diſpenſationem hoc pertineat εἰς οἰκονομίαν τοῦ πληρώματος τῶν καιρῶν. Ubi videndum eſt

AAA. Quid intelligat Apoſtolus per οἰκονομίαν τοῦ πληρώματος τῶν καιρῶν.

אאא. Temporis ſingularis notatio exprimitur phraſi τοῦ πληρώματος τῶν καιρῶν. *In quâ phraſi*

aaa. Supponitur decurriſſe, atque decurrere καιροὺς. Singularia, & per ordinem a DEO ſapieneer conſtituta ſunt, ad haec & illa opero DEI, opportuna tempora.

bbb. In-

---

* Quod ſi vero verba τὰ πάντα ἐν Χριστῷ arctius conjungas, ita ut ſimul ſumpta ſint deſcriptio ſubjecti enunciati; tunc verba ἐν Χριστῷ ad hunc locum non niſi per ἀνάλυψιν referri poterunt: Quod ſi minus placeat, prima verba ſequentis commatis, ἐν αὐτῷ huc transponi poterunt. Senſus, quoad rem ipſam, eodem cadet.

bb.(ββ)§.1.ΞΤΤ.AAA.אאא.aaa.

bbb. Indicatur tempus, ad quod Apoſtolus reſpicit, eſſe illorum temporum complementum. Quod indicat nomine τῦ πληρώματος τῶν καιρῶν.

בבב. Huic tempori tribuitur ſua, quae ei convenit, diſpenſatio. Quam vocat οἰκονομίαν.

BBB. Quod cum hac diſpenſatione conjunctam voluerit DEUS illam ἀνακεφαλαίωσιν, quam per *Chriſtum* praeſtare decreverat. Quod indicat particula εἰς.

//. Quod hanc voluntatis ſuae conſtitutionem, utcunque captum humanum ſuperantem, eisque citra Divinam revelationem ignotam, credentibus notam fecerit. γνωρίσας ἡμῖν.

§§. Quod per hanc notificationem abundaverit DEUS ſuâ gratiâ in eos, in omni ſapientiâ & prudentiâ. Quod innuit participialis locutio. *a.*

TA-

a. Accuratiſſime commemoratio hujus partis τῆς χαριτώσεως, quae eſt notificatio myſterii iſtius, nimirum, DEUS talem ἀνακεφαλαίωσιν conſtituerit, quadrat ſcopo Apoſtoli, volentis hac Epiſtola illam unitatem omnium membrorum Chriſti, in ipſo ut capite inculcare.

Digitized by Google

Tabula VI. Specialis,

continens

ANALYSIN EPISTOLÆ

AD EPHESIOS.

Cap. I: 11-14.

Continet hæc pericopa ulteriorem declarationem, quo pacto DEUS consilium suum, (quo electos ex *Judaeis* & *Gentibus* destinavit ad adoptionem) exsecutus sit, atque favorem suum gratuitum erga ipsos exserat; distributè, ratione credentium ex *Judaeis*, & ratione credentium ex *Gentibus*, propositam; utrisque tamen iterum per eumdem Spiritum consociatis. Cap. I: 11. 12. 13. Ubi

aa. Singulatim, utrorumque admissionem ad haereditatem in *Christo* laudat. Et quidem

(αα) Electorum ex *Judaeis*. Cap. I: 11. 12. Ubi notemus,

§. Quam felicitatem eis tribuat,

/. In se spectatam.

— Indicatam, verbo ἐκληρώθημεν.

= Prioribus junctam, per particulam καὶ.

//. Explanatam ulterius, per indicationem

— Fontis & originis, unde ista illorum felicitas manaverit; ne eam ullo pacto

aa.(αα)§./.⊢

sibi ipsis acceptam ferrent. Ad fontem indicandum videamus

† Quid testetur Apostolus, de se & consortibus suis constitutum fuisse. Ubi

AAA. Generatim dicit, se & consortes suos ad id antè destinatos fuisse. προορισθέντες.

BBB. Addit libertatem simul, & efficaciam hujus prædestinationis;

ℵℵℵ. DEUM describens ab efficaci suae, in omnibus, volùntatis sapientissimae exsecutione. Quam exprimit Deum hac periphrasi describendo. τῦ ἐνεργοῦντος τὰ πάντα κατὰ τὴν βουλὴν τοῦ θελήματος αὐτοῦ.

Haec periphrastica descriptio

aaa. Perpendenda est; ita ut notemus,

(ααα) *Ei tribui* βουλὴν τοῦ θελήματος αὐτοῦ.

Adeoque

* Non tantum proprium beneplacitum. Quod dicit θέλημα αὐτοῦ.

** Sed simul, quod sit sapientissimum. Quam ob causam illud dicit τὴν βουλὴν τοῦ θελήματος.

(ββ) *Affirmari, quod efficaciter & independenter omnia, secundum hoc voluntatis suæ con-*

Digitized by Goog

consilium, operetur. ἐνεργοῦντος τὰ πάντα κατὰ τὴν βουλὴν &c.
Notetur
* Efficax omnium, quæ DEO tribuitur, operatio, quæ exprimitur AAAA. Verbo, modum operandi exprimente. ἐνεργοῦντος.
BBBB. Universitate objectorum quoque expressâ. τὰ πάντα.
** Convenientia ejus cum laudato consilio. Quam indicat particula κατὰ.

bbb. Consideranda, ut aliquid, quod DEO privum sit; unde (quamvis nullo expresso nomine substantivo) hac descriptione satis innotescit, quis indigitetur.

בבב. DEO, ita descripto, tribuens propositum, quod considerandum sit, ut origo praedestinationis memoratae. κατὰ πρόθεσιν.

††. Quod hunc προορισμὸν Apostolus spectet, ut primam scaturiginem, ex quâ haec eorum admissio ad haereditatem

Digitized by Google

aa.(aa)§.//.– ††.

manaverit. Quod indicat participialis locutio προορισθέντες.

ב Finis, ad quem praedeſtinati ſint; ſive ad quem, haereditate, ſecundum hanc praedeſtinationem, potiti ſint. Cap. I: 12. Ubi perpendere juvabit

† Quo pacto hic finis ſpectari poſſit, & debeat, ut finis praedeſtinationis. Atque eapropter conſiderare oportet

AAA. Ipſum hoc conſequens. In cujus conſideratione videamus

גגג. Perſonas, de quibus loquatur Apoſtolus. Quas indicat

aaa. Tum per pronomen primae perſonae, pluralis numeri ἡμᾶς.

bbb. Tum per deſcriptionem harum perſonarum, priſtino ſtatu. τοὺς προηλπικότας ἐν τῷ Χριστῷ.

In hac deſcriptione contemplandum venit

(aaa) *Objectum, circa quod antè verſatae fuerint. Quod exprimitur per verba* ἐν τῷ Χριστῷ.

(BBB) *Quo pacto circa hoc objectum verſatae ſint olim. Quod exprimit, eas dicens* τοὺς προηλπικότας ἐν τῷ Χριστῷ.

בבב. Quid his exſpectandum ſit, vel ab illis requiratur. Τὸ εἶναι εἰς ἔπαι-

Digitized by

ἔπαινον τ δόξης αὐτοῦ. Ubi

aaa. Tribuitur DEO (antè descripto, ut qui omnia operetur &c.) δόξα, *gloria.*

bbb. Exigitur, vel expectandum dicitur, ut illi, qui antè speraverant, illam *gloriam* laeti & grati celebrent, ejusque amabilitatem demonstrent. Quod est εἶναι εἰς ἔπαινον τ δόξης αὐτοῦ.

BBB. Nexum, quem habet cum laudatâ prædestinatione. Qui indicatur per particulam εἰς. (Si scilicet ita construamus, προορισθέντες. . . . εἰς τὸ εἶναι &c.)

††. Nexum, quem habet cum admissione ad haereditatem (qui pariter per particulam εἰς exprimi potest) ἐκληρώθημεν . . . . . εἰς τὸ εἶναι.

§§. Cujus communioni hanc felicitatem acceptam referre debeant. Ejusdem scilicet illius Dilecti, in quo electi erant, in quo redemptionem acceperant, in quo DEUS illa, quae in cœlis, & quae in terris sunt, in unam summam colligere voluit. Quod indicant particulae ἐν αὐτῷ, ἐν ᾧ καὶ ἐκληρώθημεν. (a)

/. No-

(a) Ἐν αὐτῷ, ἐν ᾧ. quod si voculas ἐν αὐτῷ ad versum praecedentem referas (quod pag. 175. innuimus concinnè fieri posse) hoc loco tantum po-

Digitized by Google

aa.(aa) §§.

/. Notari attentè vult Apoſtolus Illum, in cujus communione beneficia laudata acceperant, verbis E'ν αὐτῷ.

//. Eidemque etiam hoc (nimirum quod in haereditatem adſciti ſint) acceptum referendum eſſe docet; dicens ἐν ᾧ καὶ ἐκληρώθημεν.

(ββ) Evangelio auſcultantium ex *Gentibus*. Cap. I: 13. De his oſtendit

§. Quid eis contigerit. Quod

/. Generatim, verbo ſubaudito, innuit, quo paria eos cum *Judaeis* facere indicat. καὶ ὑμεῖς, ſubaudio ἐκληρώθητε. Hic

⊢ Perpendatur ſubjectum, proxime praecedenti junctum· καὶ ὑμεῖς

† *Subjectum ipſum exprimitur pronomine* ὑμεῖς.

††. *Conſociatio fit per particulam* καὶ.

⊨ Repetatur ex praecedentibus felicitas, quae his quoque obtigit. ἐκληρώθητε εἰς τὸ εἶναι εἰς ἔπαινον τῆς δόξης αὐτοῦ.

//. Additis ſimul cauſſis:

⊢ Principali, meritoriâ. E'ν ᾧ.

⊨ Inſtrumentali; obedientiâ ſcilicet fidei eſt. In cujus deſcriptione

† Objecti deſcriptio duplex perpendenda eſt. Vocatur nimirum

AAA.

---

poni debent voculae ii §. atque ſubdiviſio ſignata characteribus / & //. omittenda.

Digitized by Google

AAA. Ab ἀξιοπιστία, verbum veritatis. Quamobrem dicit ☩ λόγον ☩ ἀληθείας. (a)

BBB. Ab amabilitate. A quâ

אאא. Generatim dicitur τὸ Εὐαγγέλιον ☩ Σωτηρίας.

aaa. Exprimitur amabilitas, vel per ipsum nomen Εὐαγγέλιον.

bbb. Exaggeratur, quando additur ☩ Σωτηρίας.

בבב. Additurque speciatim relatio ad *Gentes*, adjectâ particulâ ὑμῶν.

††. Actuositas *Ephesiorum* circa hoc objectum, ut medium admissionis illorum ad haereditatem, exprimitur verbo ἀκούσαντες. Ubi perpendendum est

AAA. Quo pacto se gesserint erga hoc *Evangelium*.

BBB. Quo modo hoc sit medium admissionis ad haereditatem. Id enim indicatur participiali hac locutione.

§§. Quale insignis hujus privilegii certum documentum acceperint. ἐν ᾧ καὶ πιστεύσαντες ἐσφρα-

γι-

(a) Evangelium vocatur ὁ λόγος τῆς ἀληθείας, non tantum oppositè ad doctrinas erroneas, veritati contrarias; verum etiam contradistinctè ad veram quidem doctrinam, sed Propheticam, & Typicam; ita ut ὁ λόγος τῆς ἀληθείας significet *Evangelium*, quod ostendit promissiones & typos impletos esse in *Christo*. Hoc *Evangelium* est Εὐαγγέλιον τῆς σωτηρίας *Gentium*, per quod vocatæ sunt; non per legem *Mosis*, μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ.

aa.(BB)§§.

γίσθητε τῷ Πνεύματι τῆς ἐπαγγελίας τῷ ἁγίῳ. Notemus hic

/. Beneficium, credentibus ex *Gentibus* conceſſum, tum in ſe, tum etiam ratione cauſſarum deſcriptum.

— In ſe ſpectatum beneficium ipſum exprimitur verbis, ἐσφραγίσθητε τῷ Πνεύματι τῆς ἐπαγγελίας τῷ ἁγίῳ.

† Privilegii admiſſionis ad haereditatem documentum, Methaphoricâ phraſi obſignationis, indicatur, verbo ἐσφραγίσθητε.

†† Explicatur, indicando, quid ſit illud, quod in hac Metaphoricâ phraſi cum ſigillo comparatur. Nimirum *Spiritus Sanctus*, convenienter promiſſioni Divinae, datus & operans. τῷ Πνεύματι τῆς ἐπαγγελίας τῷ ἁγίῳ. Quibus verbis

AAA. Deſcribitur

אאא. Nomine ſolito. τῷ Πνεύματι.

בבב. Duplici Epitheto.

aaa. Ratione habitâ promiſſionum antea factarum. τῆς ἐπαγγελίας.

bbb. Ratione habitâ illius attributi, quod operationibus ſuis imprimis demonſtrat. τῷ ἁγίῳ.

BBB. Conſideratur tamquam ſigillum

aa.(ββ)§§ I.– ††.BBB.

lum credentibus impreſſum. Quo ſignificatur, tale quid illis praeſtare *Spiritum Sanctum*, quod ſigillum ſolet obſignatis, vel ſigillo notatis. V. c. Indicare cujus ſit, confirmare, ſacrum facere, inviolabile reddere &c.

II Ratione cauſſarum;

†. Principalis, & meritoriae. Ἐν ᾧ.

††. Inſtrumentalis. πιστεύσαντες.

II. Ejus conjunctionem cum antè memoratis. per particulam καὶ.

bb. Per eundem Spiritum credentes ex *Judaeis* & Gentibus conſociat, ut ejuſdem felicitatis participes. vers 14.

De cujus analyſi vide tabulam ſequentem.



Digitized by Google

TABULA VII. SPECIALIS,

CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLÆ

AD EPHESIOS.

CAP. I: 14.

IN hac pericopa videmus, qua Apoſtolus per eundem *Spiritum* utroſque conſocians, depraedicet certitudinem ſpei, de conſtantiâ & conſummatione ſalutis ad gloriam DEI, per hunc *Spiritum* ipſis firmatae. Cap. I: 14.

Signata eſt haec pericopa in tabula generali II. A. ℵ. *a.* (β) 2. ℵℵ. *bb*.

In ea Apoſtolus

(αα) Generatim, hunc Spiritum ſpectandum exhibet, ut qui credentes quosvis certos faciat de ſuâ in haereditate portione.

§. Subjectum indicatur per articulum poſtpoſitivum ὅς. *Spiritus promiſſionis Sanctus.*

§§. Praedicatum eum conſiderandum proponit, ut qui certitudinem haereditatis credentium praeſtet. ἐστιν ἀρραβὼν τῆς κληρονομίας ἡμῶν. Ubi videamus

I. Objecta, quibus hanc certitudinem praeſtet.

Digitized by Google

(aa)§§./.

ſtet. Quae pronomine perſonae primae pluralis numeri ἡμῶν indicantur. (a)

//. Quod his certitudinem haereditatis praeſtet, ita docet, ut *Spiritum* dicat eſſe ἀρραβῶνα &c.

⊢ Tribuit igitur credentibus *haereditatem*, quam eorum dicit κληρονομίαν.

⊨ Hujus pignus eſſe *Spiritum* laudatum affirmat, dicendo ἐστιν ἀρραβὼν τῆς κληρονομίας.

(ββ) Speciatim declarat conſtantiam & conſummationem, finemque ultimum hujus tum haereditatis, tum certitudinis ejusdem. Indicando

§. Conſtantiam & conſummationem haereditatis his verbis: ἀπολύτρωσιν τῆς περιποιήσεως. Perpendatur

/. Res ipſa, quam his verbis, ἀπολύτρωσιν τῆς περιποιήσεως, exprimit. Hanc ut rectè concipiamus, conſiderandum eſt

⊢ De acquiſitione, quâ *Chriſtus* Dominus ſibi haereditatem, illique ſalutem, acquiſivit. Quam indicat nomine τῆς περιποιήσεως.

⊨ De conſequenti hujus acquiſitionis, quod eſt plena, virtute precii perſoluti,

---

(a) Per pronomen primae perſonae hic conjunctim intelligimus credentes tam ex *Judaeis*, quam ex *Gentibus*. Nulla enim hic cernitur copula, nulla contradiſtinctio, ſuprà verſu 11. & 13. per pronomina primae & ſecundae perſonae indicata.

Digitized by Google

(ββ) §. /. II

ti, liberatio, ab omni illo, quod peccatum induxerat, malo. Quam vocat ἀπολύτρωσιν. Ubi perpendenda

†. Ipsa plenissima liberatio, quae nomine ἀπολυτρώσεως venit.

††. Ejusdem cum περιποιήσει conjunctio, quam regimen vocis indicat. ἀπολύτρωσιν τῆς περιποιήσεως. (a)

//. Quod illa hic spectanda exhibeatur ut finis, vel ut terminus, ad quem arrhabon credentibus datus sit, vel ut consummatio haereditatis. Quo spectat particula εἰς.

§§. Ultimum finem, ad quem etiam ultima haec & summa culmina τῆς χαριτώσεως destinata sint, & tendere debeant. εἰς ἔπαινον τῆς δόξης αὐτοῦ.

/. Supponit *Christo* Domino competere ἔπαινον τῆς δόξης αὐτοῦ.

⊢ *Pronomen relativum* αὐτοῦ *respicit ad illum* ἐν ᾧ ἐκληρώθημεν, & ἐν ᾧ ἐσφραγίσθημεν. *Vel, si malis, ad ipsum* πνεῦμα, ὅς ἐστιν ἀρραβών. *Sed prius videtur præferendum, quia non dicitur* αὐτοῦ *sed* αὐτοῦ.

⊢⊢ *Huic per illud pronomen indicatae Personae adscribit* ἔπαινον τῆς δόξης. (b)

† Tribuitur, inquam, ipsi δόξα, *gloria*

†† Huic *gloriae* competit ἔπαινος, *laus*.

//. Hunc esse finem ultimum indicat particulâ εἰς.

TA-

(a) Non nulli hic statuunt hypallagen; ita ut ἀπολύτρωσις τῆς περιποιήσεως idem valeat, quod περιποίησις τῆς ἀπολυτρώσεως, sed non opus est.

(b) Sic aequiparatur Patri, cum idem honos illi & huic ab Apostolo tribuatr. Conter vers. 6. & vers. 14. & Joh. V. 23.

Digitized by Google

Tabula VIII. Specialis,

continens

ANALYSIN EPISTOLAE

ad Ephesios.

Cap. I: 15-19. p. poſt.

Continet haec pericopa Partem Amplificationis, quâ Eucharisticam Beneficiorum recensionem exaggerat: Fit autem haec exaggeratio, in hac quidem pericopâ (adcoque haec pars amplificationis constat)

Declaratione suarum pro illis precum, cum gratiarum actione conjunctarum: quâ innuit, tanta haec esse beneficia, ut ad ea, debito modo cognoscenda, opus habeant singulari Spiritûs illumatione, quam eapropter illis apprecetur.

Signata fuit haec pericopa in Tabulâ Generali

II. A. N. b. (α)

Haec autem Declaratio ab Apostolo fit

1. Generatim; indicatâ harum precum, cum indesinenti gratiarum actione conjunctarum, occasione, & stimulo. Cap. I. 15. 16. Ubi notemus

AA. Transitionem. Quam facit,

א. Respiciendo ad Catalogum Beneficiorum recensitorum. διὰ τοῦτο.

בב. Indicando εὐλογίαν, quam DEO competere

1.AA.בב.

docuerat, (cum diceret ἐυλογητὸς ὁ Θεός) non tantum uniuscujuſque pro ſeipſo, atque *Epheſiorum* ſic quoque officium eſſe pro ſe invicem: ſed ſe quoque ſeipſum obſtrictum ad id agnoſcere, & ſatagere, ut, ob illa beneficia, *Epheſiis* pariter ac *Judaeis* credentibus, a DEO conceſſa, DEUM benedicat. Καγὼ. (*a*)

BB. Rem ipſam uberius expoſitam. Hic occurrit

אא. Indicatio occaſionis, & ſtimuli, Apoſtolum ad hoc officium impellentis. ἀκούσας &c. Hic videmus

aa. Virtutes, a quibus *Epheſios* ſuos laudat.

(*aa*) Fidem, quæ in ipſis erat, in Dominum *Jeſum*.

§. *Objectum exprimitur*

I. Nomine, auctoritatem ejus exprimente, τῷ Κυρίῳ.

II. Nomine proprio, Ἰησοῦ, ſignificationem graviſſimam habente.

§§. *Quo modo erga hoc objectum animati ſint, ſignificat Apoſtolus, quando eis tribuit fidem in ipſo.*

Perpendatur igitur

I. Quid ſit πίστις ἐν [αὐτῷ]; conſiderando

= Πίστιν

= Πίστιν ἐν Κυρίῳ Ἰησοῦ. (*b*)

II. Quod

(*a*) Atque vel hoc pacto caritatis ſuae ſpecimen erga *Gentes* exhibet, ut eo quoque credentes ex *Gentibus* ad caritatem erga *Judaeos* ſtimulet.

(*b*) Forte vox πίστις conſtructa cum præpoſitione ἐν fiduciam laetam in ipſo denotat; fallor, an non ubivis in S. S. N. T.

Digitized by Google

1. BB. NN. *aa* (ββ) §§. *l.*

II. Quod eam tribuat *Epheſiis.* τὴν καθ' ὑμᾶς.

(ββ) Caritatem, erga omnes ſanctos, ut fidei documentum, cum illâ conjunctum.

§. Rem ipſam dicit τὴν ἀγάπην τὴν εἰς πάντας τοὺς ἁγίους.

Hic rurſus nota

I. Objectum hujus virtutis, deſcriptum, & in ſuâ amplitudine exhibitum.

— Deſcriptione indicatum. τοὺς ἁγίους

= Excluſo diſcrimine gentium & ſtatuum, exhibitum. πάντας.

II. Quomodo erga hoc objectum animati ſint Epheſii; quod Apoſtolus ſignificat, eis tribuens τὴν ἀγάπην εἰς αὐτούς.

Ubi conſiderare oportet

— De ἀγάπῃ.

= De ἀγάπῃ εἰς τοὺς ἁγίους, eoſque πάντας.

§§. Eamque, ut fructum, & documentum fidei, cum illâ conjungit, per particulam καὶ.

bb. Notitiam harum virtutum, quam Apoſtolus nunc, longè licet abſens, acceperat, ſpectandam, ut quae occaſionem, & ſtimulum daret precibus ſuis indeſinenter continuandis, cum gratiarum actione conjunctis.

(αα) Notitiam, quam longè licet abſens acceperat, ad ſe relatu aliorum perveniſſe, ſignificat verbo ἀκούσας.

(ββ) Eam ſibi ad preces, cum gratiarum actio-

Digitized by Google

1.BB.אא.*bb*.(ββ)

actione, ſine intermiſſione fundendas, occaſionem, & ſtimulum fuiſſe, indicat participiali locutione ἀκούσας.

בב. Teſtificatio ſuarum pro *Epheſiis* precum, cum gratiarum actione conjunctarum. Cap. I. 17. 18 19. parte priori. De his loquitur

aa. Acervatim. Et quidem

(αα) De continuatâ gratiarum actione pro *Epheſiis*.

§. In eâ ſe fuiſſe teſtatur verbo εὐχαριστῶν ὑπὲρ ὑμῶν.

Ubi notetur

I. Objectum. ὑπὲρ ὑμῶν.

II Actus. εὐχαριστῶν.

§§. In eâdem ſe perſeverare aſſerit verbis ϑ πάυομαι.

(ββ) De precibus quoque pro *Epheſiis*, cum eâ conjunctis. Ubi docet

§. Quod hoc primarium *Chriſtiani* officium, quod reliqua ſecum ducit, preces, non negligat. Mentionem enim facit τ προσευχων [αὐ]τ

§§. Quod precibus ſuis includat *Epheſios*, μνείαν, inquit, ὑμῶν ποιούμενος ἐπὶ τῶν προσευχῶν μ.

Ubi notari poteſt

I. Quid faciat Apoſtolus.

II. Quod hoc cum praecedenti officio conjungat; quod indicat participiali locutione.

bb. Enu-

Digitized by Google

1. BB. בב. *aa.*

bb. Enucleatius docens, quales hae pro ipſis ſint preces. Cap. I: 17. 18. 19. parte priori. Hic perpendendum eſt

(αα) Ipſum precum argumentum. In quo attendendum eſt ad

§. Objectum, ad quod preces ſuas dirigebat, quod eſt DEUS O. M. Quem duplici hic phraſi deſcribit (*a*)

I. Uti ſuprà (verſu 3.) ὁ Θεὸς τῦ Κυρίυ ἡμῶν Ἰησῦ Χριστῦ.

II. Novo epitheto. ὁ πατὴρ τῆς δόξης. Hic perpendere juvat

⊢ Nomen, huic perſonae proprium. ὁ πατὴρ. (*)

⊨ Encomiaſticum epitheton, illi additum. τῆς δόξης.

§§. Votum, quod *Epheſiis* vovebat. Ubi notetur

I. Objectum, cui vovebat; quod indicat pronomine ὑμῖν.

II. Bonum, quod vovebat, δῶη πνεῦμα σοφίας &c.

De quo videndum eſt

⊢ *Quid, & quale ſit; quod docet, mentionem faciens*

†. *Cauſſae efficientis, ſive Auctoris*

(*a*) Prior deſcriptio deſumpta eſt a relatione, quam habet ad *Chriſtum.*

(*) Altera ab excellentiâ, huic, tamquam *Patri*, competente,

Digitized by Google

1.BB.בב.*bb*.(αα)§§.//—†.

ris praestantissimarum animi credentium qualitatum. πνεῦμα σοφίας, καὶ ἀποκαλύψεως.

Hunc Auctorem spectandum exhibet, descriptione, in quâ spectari potest gradatio; vocat enim eum

AAA. *Spiritum sapientiae.* πνεῦμα σοφίας. Videatur hic

אאא. Quid sit *sapientia.*

בבב. Quid *Spiritus sapientiae.* (*a*)

BBB. *Spiritum* quoque *revelationis.* καὶ ἀποκαλύψεως. Notetur hic

אאא. Ipsa ulterior hujus ejusdem Spiritûs descriptio. Ad quam intelligendam considerandum est

aaa. Quid sit ἀποκάλυψις.

bbb. Quid sit πνεῦμα ἀποκαλύψεως. (*b*)

בבב. Hujus cum priori descriptione conjunctio; per particulam καὶ. (*c*)

††. *Effectus, ab hac caussâ Ephesiis exspectandi. Qui foret insignis perspicacia, & diligens consi-de-*

(*a*) Qui veritates, earumque nexum, & finem docet.

(*b*) Qui non tantum veritates jam notas, earumque nexum, & usum docet, sed etiam illa, quae adhuc dum occulta sunt, quae tamen scire juvat, retegere potest, & vult.

(*c*) Particula καὶ hic tum gradationi inservit, tum indicationi, quod illa σοφία non nisi per revelationem cognoscatur; est enim σοφία ἐν μυστηρίῳ

Digitized by Google

1. BB. בב. *bb.* (αα.) §§. //. ††.

ſideratio veritatum Divinarum. Hunc igitur effectum

AAA. *Eleganti Metaphorâ deſcribit, dicens* πεφωτισμένους ὀφθαλμοὺς τῆς διανοίας ὑμῶν. Ubi perpendendum eſt,

אאא. Quid ſint ὀφθαλμοὶ τῆς διανοίας αὐτῶν. Quibus verbis

ααα. *Epheſiis* tribuit facultatem quandam, quam exprimit nomine διανοίας αὐτῶν.

bbb. Hanc comparat cum oculis corporis. quando dicit ὀφθαλμοὺς τῆς διανοίας.

בבב. Quam qualitatem intelligat, dicens πεφωτισμένους τοὺς ὀφθαλμοὺς.

BBB. *Ad objectum praeſtantiſſimum refert.* ἐν ἐπιγνώσει αὐτοῦ. Hic perpende

אאא. Quid ſit ἐπίγνωσις αὐτοῦ. Ubi conſiderandum eſt

ααα. De objecto, quod indicatur pronomine demonſtrativo, αὐτοῦ.

bbb. De mentis circa hoc objectum diſpoſitione, quae hic dicitur ἐπίγνωσις. (a)

בבב. Quam indicet relationem illu-

(a) Ἐπίγνωσις plus dicit, quam γνῶσις; ſignificat enim agnitionem praeſtantiae.

Digitized by Google

1.BB.בב.*bb.*(*aa.*)§§.//.⊢ ††. BBB.בבב.

illuminatorum oculorum ad hanc ἐπίγνωσιν; quam exprimit particula ἐν.

II *Quod hujus largitionem Epheſiis ſuo voto apprecetur a Patre, antè deſcripto, ut DEO Domini noſtri Jeſu Chriſti, & Patre gloriae; utpote ſe ipſum hac ipſâ donatione talem demonſtraturo;* δώῃ. (*a*)

(*BB*) Quod hoc, ſincerâ in ſuis precibus intentione, eis exoptet. Quod ſignificat particula ἵνα.

2. Cum ſingulari relatione ad ſcopum Epiſtolae, ſpeciatim magis expreſſum. εἰς τὸ εἰδέναι ὑμᾶς &c. Hic videamus, quod

AA. Notitiam illis apprecetur. Hanc ut intelligamus, perpendenda ſunt

ℵℵ. Eximia prorſus favoris Divini documenta, quae credentibus exhibet DEUS Domini noſtri *Jeſu Chriſti*, & Pater Gloriae. Ubi Apoſtolus

aa. Recenſet praeſtantiſſima dona, quibus Sancti a Deo mactantur. Quae ſpectanda exhibet,

(*aa*) Ratione habitâ futurae felicitatis, cum prae-

(*a*) Semper notandum eſt in precibus & votis bonum, quod optatur, habere ſpecialem relationem ad deſcriptionem ejus, a quo petitur.

Digitized by Google

2. AA. NN. *aa.* (αα.)

praeſenti, vel praecedenti, conjunctae, loquens de *ſpe Vocationis* ipſius.

§. Praeſupponitur beneficium τ κλήσεως αὐτοῦ.

I. Pronomen αὐτοῦ *reſpicit ad* DEUM, *antè laudatum, & ita conſiderandum, uti ibi deſcriptus eſt.*

II. Beneficium κλήσεως; *quod non referendum videtur ad invitationem Evangelii, ſeorſim ſumptam; ſed omnino intelligendum de vocatione efficaci, quae,* κατ' ἐξοχὴν, ἡ κλῆσις τοῦ Θεοῦ *vocari meretur.*

§§. Huic connectitur, & tanquam fundamentò ſuperſtruitur, ἡ ἐλπὶς τ κλήσεως. (a)

(ββ.) Ratione habitâ incomparabilis excellentiae eorum, prout ea ſanctis ſuis impertit. Loquens de *DIVITIIS gloriae haereditatis ſuae in ſanctis.*

§. Objectum, cui haec haereditas obtingit, vel in quo has divitias gloriae haereditatis ſuae demonſtrat, indicat verbis ἐν τοῖς ἁγίοις.

(a) Sive intelligas bonum futurum ſperatum, quod vocatio ſperare jubet; ſive exſpectationem certam boni futuri, quae in vocatione fundadur. Quorum alterum alterum includit. Poſterius tamen longè magis emphaticum eſt; includit cognitionem, tum objecti, tum varii modi actuoſitatis hujus objecti; tum in ſtatu tranquillitatis & exſultationis, tum in ſtatu tentationis.

Digitized by Google

2. ΑΛ. ΝΝ. *aa.* (ββ.) §§.

§§. Quid illis fiat (id eſt, qualis haereditas eis obtingat, vel quid in illis demonſtret DEUS) exprimit, dicens ὁ πλοῦτος τ̃ δόξης τ̃ κληρονομίας αὐτοῦ. Ubi perpendendum erit

I. Quid his verbis ſignificetur.

— Quaenam ſit ἡ κληρονομία αὐτοῦ. vel *haereditas*, quam Pater Filio dedit, vel *haereditas*, quam diſpoſuit Electis.

= Quid de hac κληρονομίᾳ DEI affirmet; nimirum, illam eſſe eximiè glorioſam.

Quod ſignificat, quando

†. *Ei tribuit gloriam. Mentionem enim facit* τῆς δόξης τῆς κληρονομίας.

††. *Hanc gloriam exaggerat, ei tribuens* πλοῦτον.

II. Quo modo, per praepoſitionem ἐν, haec verba jungantur objecto, quod nomine τοῖς ἁγίοις expreſſerat.

bb. Commemorat infinitè potentem operandi modum, quo DEUS in credentibus operatur, ut illos tantorum bonorum participes faciat: Quem efficaciſſimum operandi modum exprimit verbis τὸ ὑπερβάλλον μέγεθος τῆς δυνάμεως αὐτοῦ εἰς ἡμᾶς τοὺς πιστεύοντας.

Hic rurſus attendere oportet ad

(*aa*) Objectum. Quod

§. De-

Digitized by Google

2. AA. NN. bb. (αα)

§. Deſcribit ab habitu fidei, ſive a ſalutari qualitate, illud dicens, τοὺς πιστεύοντας.

§§. Ita proponit, ut ſe ipſum & alios inincludat ſui ſimiles, ſive ex *Judaeis*, ſive ex *Gentibus*, ſive (quod mihi potius videtur) quoſcunque; utens pronomine ἡμᾶς. (a)

(ββ) Quid in illo objecto demonſtret DEUS; nimirum τὸ ὑπερβάλλον μέγεθος τῆς δυνάμεως αὐτοῦ. Perpendi hic debet,

§. Quid haec verba ſignificent. In quibus conſiderandum venit

I. Subjectum; quod indicatur pronomine αὐτοῦ. quo ad DEUM reſpicitur.

II. Id quod huic ſubjecto tribuitur. Nimirum ὑπερβάλλον μέγεθος τῆς δυνάμεως. *Quod*

1 *Exprimitur generatim, nomine* τῆς δυνάμεως.

II *Amplificatur.*

Quando ſpeciatim hujus δυνάμεως

†. Agnoſcitur μέγεθος. idque

††. Praedicatur tanquam ὑπερβάλλον.

§§. Quomodo ad objectum, circa quod verſantur, referantur. Quod ut doceat, adhibet praepoſitionem εἰς. εἰς ἡμᾶς τοὺς πιστεύοντας. (b)

בב. Ho-

(a) Quos enim hic pronomine ἡμᾶς exprimit, Cap. II. 1. & ſeqq. diſpeſcit.

(b) Εἰς ἡμᾶς, ſive ad fidem adducendos, ſive in fide confirmandos, & promovendos; quod poſterius hic potius videtur ob ſequentia.

Digitized by Google

2. AA. אא.

בב. Horum favoris Divini documentorum, eorundemque excellentiae notitia.

aa. Insignem prorsus illis competere excellentiam, innuit repetitis particulis τίς. *&* τί.

(αα) *Bis repetitur* τίς. τίς ἡ ἔλπις. τίς πλοῦτος.

(ββ) *Additur* τί. τί τὸ μέγεθος.

bb Hujus notitiam, ut adipiscerentur Ephesii, optat Apostolus. εἰδέναι ὑμᾶς *&c.*

BB. Quod eam consideret, ut specialem, ad scopum suum proximè facientem, quendam fructum illuminationis oculorum effectûs Spiritûs, quem *Ephesiis* a DEO Domini nostri *Jesu Christi*, Patre Gloriae, apprecabatur. εἰς τὸ εἰδέναι.

TABU-

Digitized by Google

ADEPH.C.I.19.p.poſt.-II.5.p.poſt.II.A.N.b.(β)201

TABULA IX. SPECIALIS,

CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLAE

AD EPHESIOS.

CAP. I: 19. p. poſt. - II. 5. p. poſt.

Complectitur haec pericopa Alteram Partem Amplificationis, ſive exaggerationis factae Euchariſticae recenſionis beneficiorum, liberrimo favore Divino in *Epheſios* collatorum. Quâ amplificatione urget,

Tum eximiam acceptorum beneficiorum excellentiam.

Tum indignitatem, & impotentiam illorum, in quos illa collata ſunt.

Hujus amplificationis primam partem vidimus conſtare declaratione precum Apoſtoli, cum gratiarum actione indeſinenti conjunctarum; alteram vero partem, inſtitutione, brevi licet, ſed nervoſâ, de illis, quorum notitiam *Epheſiis* apprecatus fuerat.

Haec inſtitutio continetur hac Pericopâ. Cap. I. 19. p. poſt. uſque ad Cap. II. 5. p. poſt.

Signata eſt haec pericopa hujus Epiſtolae in Tabulâ Generali II. A. N. *b.*(β.)

In hac nervoſâ de illis, quorum notititam *Epheſiis* apprecatus fuerat, inſtitutione, hunc ordinem ſervat:

1. Qualis illa potentiae Divinae operatio in credentibus ſit, declarat, comparatione inſtitutâ, inter hujus potentiae efficaciam, exſertam.
Tum in excitatione *Chriſti* ex mortuis (cui in parentheſi addit enarrationem ſecutae ulterioris ejuſdem glorificationis.)
Tum in excitatione *Epheſiorum*, olim, in *Gentiliſmo*, mortuorum in lapſibus & peccatis; quin & ipſorum *Judaeorum*. Cap. I. 19. parte 2. uſque ad Cap. II. 5. p. 2. Habemus in hac declaratione
AA. Comparationem, inſtitutam.
Inter operationem potentiae DIVINAE, quam demonſtrat in credentibus,
Et ejuſdem operationem, quam demonſtravit,
Tum in ipſius *Chriſti* excitatione, ex mortuis & ulteriori glorificatione:
Tum in *Epheſiorum*, olim in Gentiliſmo, *in lapſibus & peccatis mortuorum* excitatione. Cap. I. 19. p. poſt. uſque ad Cap. II. 2.
In quâ comparatione perpendere oportet:
ΔΔ. Quod teſtetur Apoſtolus Divinam potentiam ſe ſingulari ratione exſeruiſſe, tum in *Chriſti* è mortuis ſuſcitatione, (quam multifaria Gloria inſecuta eſt) tum in *Epheſiorum*, olim *Gentilium*, ſpiritualiter mortuorum, ſpirituali vivificatione.
αα. Quod ad *Chriſtum* attinet,
(αα) Teſtatur Apoſtolus Divinam omnipotentiam ſe ſingulari ratione exſeruiſſe, in excitatione *Chriſti* ex mortuis. Cap. II. 19. p. poſt. & 20. Ubi
§. Generatim, iterum /. In

Digitized b

1.AA.אא.aa.(αα)§.I.

I. In Deo Patre illam, Enti ſupremo competentem, perfectionem agnoſcit, quam modo vocaverat τὸ ὑπερβάλλον μέγεθος τῆς δυνάμεως αὐτοῦ: Nunc vero exprimit nomine τοῦ κράτους τῆς ἰσχύος αὐτοῦ. Mentionem igitur facit

I Τῆς ἰσχύος αὐτοῦ (a)

II Eique tribuit κράτος. Quando loquitur περὶ τοῦ κράτους αὐτῆς. (b)

II. Eamque ſingulari ratione ſe exſeruiſſe docet, quando illi tribuit ἐνέργειαν.

§§. Speciatimque indicat, in quo hacc Divinae potentiae operatio ſe exſeruerit. ἣν ἐνήργησεν ἐν τῷ Χριστῷ, ἐγείρας αὐτὸν ἐκ νεκρῶν.

I. Objectum, in quo ſe exſeruerit, exprimit, dicens ἣν ἐνήργησεν ἐν τῷ Χριστῷ. *Notetur hic*

I *Objectum ipſum, quod exprimitur verbis,* τῷ Χριστῷ.

II *Efficax exſuperantis potentiae Divinae operatio, in hoc objecto, quae indicatur praepoſitione* ἐν.

II. Effectus ejus ſingularis; quem haec Divinae potentiae operatio

(a) Ἰσχὺς videtur ſignificare illam perfectionem, quatenus eſt in DEO, in ſe ſpectato, ut facit, quicquid vult.

(b) Κράτος notare videtur eamdem, quatenus habet, ut ita dicam, praevalentiam prae omnibus; ita ut nihil ſit, quod ſe ei ſubtrahere vel opponere poſſit, vel in quod non agat, prout lubet.

1.AA.NN.*aa*.(αα)§§.//.

produxerit, & per quem ſe manifeſtam fecerit: ἐγείρας αὐτὸν ἐκ νεκρῶν.

⊢ *Factum narratur, nimirum, quod* DEUS *Pater Chriſtum ex mortuis ſuſcitaverit.*

Ubi

†. Supponitur, ipſum inter mortuos fuiſſe.

††. Affirmatur, DEUM Patrem eum ex horum numero exemiſſe, ſivè, eum ex mortuis excitaſſe.

⊣ *Idque conſideratur, ut opus, in quo ſingulari ratione conſpicua facta fuerit operatio roboris virium Divinarum. Quod ſignificatur per participialem* ῥῆσιν. ἐγείρας *&c.*

(ββ) In parentheſi enarrat multifariam gloriam, quâ Pater *Chriſtum*, poſtquam eum ex mortuis ſuſcitaſſet, porrò condecoraverit. Cap. I. 20. uſque ad Cap. II. 1. Hanc

§. Summatim proponit. Cap. I. 20. p. 2. Ubi perpendatur

/. Res ipſa; in cujus conſideratione contemplanda venit

⊢ Gloria, quâ DEUS Pater *Chriſtum* condecoravit, ipſa; in eo conſiſtens, quod illum ſuum in Regno conſortem declа-

Digitized by Google

1.AA.ℵℵ.aa.(ββ)§.1. claraverit. ἐκάθισεν αὐτὸν ἐν δεξιᾷ αὐτοῦ.

II Locus, in quem eum evexit, ut ſic teſtatum faceret, *Chriſtum* Suum in Regno conſortem eſſe. ἐν τοῖς ἐπουρανίοις.

II. Nexus ejus cum ſuſcitatione ex mortuis, indicatus per particulam καὶ.

§§. Amplificat, declarans, quae huc pertineant. Cap. I. 21. 22. 23. Quod facit

I. Comparatione glorioſſimae hujus, quam *Chriſtus* habet, poteſtatis, cum quavis aliâ poteſtate, vel auctoritate, vel celebritate. Cap. I. 21.

I Extollens eam ſupra omne imperium, omnem poteſtatem, potentiam, & dominationem. Cap. I. 21. p. pr.

†. Objectum comparationis AAA. Deſcribitur quatuor vocabulis. ἀρχῆς, καὶ ἐξουσίας, καὶ δυνάμεως, καὶ κυριότητος. (a)

(a) Forſan ἀρχὴ reſpicit ad ſummum imperium, ἐξουσία jus qualecunque imperandi, δύναμις potentiam, ſive vires ad tuendum, & exſequendum ſuum jus; κυριότης

1. AA. אא. *aa*. (ב,ג) §§. /. ⊢ /. †. AAA.

BBB. In omni latitudine ſpectandum proponitur, per voculam πάσης.

††. Comparatio ita inſtituitur, ut oſtendatur, *Chriſti* glorioſiſſimam poteſtatem hoc omne antecellere. ὑπεράνω.

II Extollens eam ſupra omnem auctoritatem, & gloriam. Cap. I. 21. parte 2. Hic iterum notare oportet

†. Objectum, quod Apoſtolus conſiderandum proponit,

AAA. Illud deſcribens; dicens: ὀνόματος ὀνομαζομένου, οὐ μόνον ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι.

Quibus verbis

אא. *Duo tempora diſtingui poſſe indicat, loquens aaa. De hoc ſaeculo.* αἰῶνι τούτῳ.

bbb. Et de futuro ſaeculo. καὶ τῷ μέλλοντι. (*a*)

בבב. *In*

κυριότης verò qualecunque dominium, quod etiam ſubordinatum, & ſuperius, inferiuſque eſſe poteſt.

Saltem *Grotii* ſententia, ad ſingulares ordines Magiſtratuum, vel *Perſarum*, vel aliorum populorum, ſingulis vocibus reſpici, ſolidâ probatione deſtituitur.

(*a*) Conſiderentur hic Diſſertationes Clariſſimorum Virorum WITZII, & RHENFERDII. Alter ſcilicet contendit phraſin עולם הזה & הבא:

Digitized by Google

1.AA.אא.aa (ββ)§§.1.☰ †.AAA.אאא.

בבב. *In utroque nomina nominari, vel nominatum iri, ſivè ad auctoritatem, quâ quis agit, ſivè ad celebritatem ſignificandam: mentionem faciens ὀνόματος ὀνομαζομένης.*

BBB. Atque in omni ſuâ latitudine ſpectandum proponens.

Quod facit

אאא. *Indicando, quod non ad unius tantum, verum etiam ad alterius temporis NOMEN reſpiciat. Quo ſpectant verba* ὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ.

בבב. *Omne*

הבא. Prius, ſcilicet עולם הזה, ſignificare tempus Veteris, Poſterius vero עולם הבא, tempus Novi Teſtamenti. Alter vero עולם הזה notare tempus ante reſurrectionem mortuorum; לעום הבא tempus poſt illam. Uterque habet ſuos Auctores. Fortè utraque ſignificatio orta ex hypotheſi pluriuin *Judaeorum*, opinatorum reſurrectionem mortuorum proximè cum adventu Meſſiae conjunctam fore. Hinc illam jam contigiſſe quidem dicebant, docente *Paulo*. 1Cor. XV. & alibi. Hinc adventum Domini propè eſſe (2 Theſſ. II.) perſuadere volebant.

Quicquid ſit, *ὁ αἰὼν ὁ μέλλων* hic nobis eſt tempus *Novi Teſtamenti*.

Sub tempore *Veteris Teſtamenti* quaedam nomina nominabantur, id eſt, auctoritates agnoſcebantur jure; aliae etiam ex uſurpatio..e: ſub *Novo Teſtamento* idem futurum eſſe praevidit *Apoſtolus:* Sed his omnibus infinitè majori auctoritate pollet CHRISTUS. Imo quaedam illorum nominum gloriae CHRISTI ſunt adverſaria, ſed ipſe illa abolebit.

1. AA. אא. *aa.* (ββ) §§. *l.* ⊐ †. BBB. אאא.

בבב. *Omne, qualecunque, & quorumvis nominum discrimen, excludendo. Quod indicat particula* παντὸς.

††. Excellentiam *Christi* prae illo, non minus, quam prae omni imperio &c. quod indicatur per particulam καὶ.

//. Expositione duarum praecipuarum dignitatum, quae collocatione illâ ad Dextram DEI comprehenduntur. Cap I. 22. 23. Comprehendit nimirum haec collocatio *Christi* ad Dextram DEI

⊐ Dationem potestatis, ad sibi subigendum omnia.
Hanc

†. Exprimit, Cap. I. 22. p. pr. his verbis: καὶ πάντα ὑπέταξεν ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ. Notetur hic **AAA.** Persona, ad quam respicitur; quae iterum indicatur pronomine αὐτῷ.

BBB. Quid de illâ dicat Apostolus;

אאא. Quod omnia habeat suis pedibus subjecta.
Ubi perpendere juvat.

aaa. Ob-

Digitized by Google

1.AA.אא.aa.ββ.§§.//.⊢ †.BBB.אאא.

aaa. Objectum, nihil faciens reliquum, DEO excepto. πάντα.

bbb. Supremum dominium; quod exprimitur phraſi, ὑπὸ τὰς πόδας.

בבב. Quod Pater hoc ipſi dederit. ὑπέταξεν.

††. Indicat eam pertinere ad collocationem *Chriſti* ad dextram Patris; per particulam καὶ. (quae hic exegetica videtur.)

II Dationem ſingularis & ſupremi regiminis in Eccleſiam. Quae

†. Summatim exprimitur, Cap. I. 22. parte priori. Ubi notetur

AAA. Objectum, circa quod hoc regimen verſatur. τῇ ἐκκλησίᾳ.

BBB. Ipſa regiminis ſingularis, ſimulque ſupremi, datio. Hic perpendere oportet

אאא. Ipſum regimen, quod *Chriſtus* indica-

tur habere; cujus significatur

aaa. Indoles quando eum considerat ut κεφαλὴν. (*a*)

bbb. Supremitas, quando addit ὑπὲρ πάντα.

בבב. Dationem ejus a Patre, cum datione potestatis in omnia conjunctam. καὶ ἔδωκε. *Notetur itaque,*

aaa. Ipsa datio.

bbb. Ejusdem cum praecedenti nexus.

††. Illustratur; Ulteriori Ecclesiae, quae hujus regiminis objectum est, descriptione. Cap. I. 23. Perpendatur hic

AAA. Sensus dicti. In quo considerandum est

ℵℵℵ. Subjectum, quod pronomine relativo exprimitur, ἥτις.

בבב. Prae-

(*a*) Regimen CHRISTI variis similibus exprimitur: dicitur *Rex*, *Dominus*, *Pastor*, &c. Sed singularem emphasin habet, quando dicitur κεφαλὴ: Hoc enim praeter ipsum regimen connotat arctissimam CHRISTI & *Ecclesiae* conjunctionem, & blandam, & amoris plenam gubernationem,

Digitized by Google

בבב. Praedicatum, quo Apoſtolus de Eccleſiâ teſtatur,

aaa. Quam arctam cum *Chriſto* communionem habeat. Quod exprimitur Metaphorâ, ſuperiori reſpondente. ἐστὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ.

bbb. Quantum inde bonum in illam redundet. τὸ πλήρωμα τοῦ τὰ πάντα ἐν πᾶσι πληρυμένου.

Ubi expendendum eſt:

(aaa) *Quam Perſonam, vel quale ſubjectum indicet, quidque ſignificet Apoſtolus, quando mentionem facit* τοῦ πάντα ἐν πᾶσι πληρυμένου. (*a*)

(*a*) Hanc analyſin iſtorum verborum ita adornavimus, ut de ſenſu nihil adhuc definiverimus; ſed viam indicemus, quâ inveſtigandus ſit ſenſus.

Πάντα vel ſignificat omnes qualitates, & facultates quarumque rerum; qualescunque res, in quibus illae facultates vel qualitates reperiuntur, exprimuntur verbis ἐν πᾶσι. Vel πάντα ſignificabit omnes facultates, vel omnes qualitates, omnesque theſauros (Proverb. VIII. 21.) credentium. Quod probabilius; quia proximè ſequitur poſt commemorationem communionis arctiſſimae *Chriſti*, & *Eccleſiae*, inſtar *capitis*, & *membrorum*.

Haec omnia, omnes theſauros, omnia pia vota, in omnibus credentibus, quos pro ſuis membris habet, implet *Chriſtus*; omnibus eorum piis deſi-

1.AA.אא.*aa*.(ββ)§§.ll.☰ ††.AAA.בבב.*bbb*.(*aaa*)

Inveſtigari igitur debet * Hujus deſcriptionis ſenſus. Ad quem eruendum, oportet ut videamus, AAAA. Quid ſit πληροῦσθαι πᾶσα ἐν πᾶσι. Ubi. אאאא. Objectum notari poteſt, *aaaa*. Acervatim ſpectatum; quando dicitur πᾶσι. *bbbb*. Membratim, quando additur ἐν πᾶσι. בבבב. Actio circa hoc objectum, quae exprimitur voce πληροῦσθαι. BBBB.

---

deſideriis ſatisfaciet; omnes theſauros, facultates, & habitûs, ad pleniſſimam conſummationem uſque, ſenſim & gradatim perducit, plenèque aliquando conſummabit. Pſ. XXXVII. 3.4.5. CXLV. 18. 19. (Sic verbum πληρωμένου, informâ mediâ poſitum, ſenſu activo ſumimus: minime excluſâ emphaſi, indicante, quod id per ſe ipſum faciat.)

Hujus πληρωμένου ipſa Eccleſia eſt πλήρωμα, id, quod ipſum quaſi complet, id eſt, perfectum facit, vel potius demonſtrat, Mediatorem; ut qui abſque Eccleſiâ non magis foret perfectus Mediator, quam caput ſine corpore: Quod hoc pacto, quâ CAPUT, ſuam perfectionem non haberet.

Digitized by Google

1.AA.אא.*aa*.(ββ)§§.//.= ††AAA.ככב.*bbb*.(ααα)*AA"AA.

BBBB. Cui hoc competat; ſive de quo hoc praedicaripoſſit.

** Quis igitur hic intelligatur deſcriptione τῦ πληρυμένυ πάντα ἐν πᾶσι. Chriſtus.

(βββ.) *Quam relationem Eccleſia ad hunc* πληρύμενον τὰ πάντα ἐν πᾶσιν *habeat. Hanc indicat Apoſtolus, eam dicens* τὸ πλήρωμα [αὐτῦ.](a)

BBB. Quo pacto faciat hoc dictum, ad illuſtrationem indolis ſingularis illius regiminis in Eccleſiam, quod Pater *Chriſto* dedit.

bb. Quod ad credentes *Epheſios* ex *Gentibus* attinet,

(*aa*) Teſtatur Apoſtolus, quod DEUS Pater eos, cum eſſent ſpiritualiter mortui, ſuſcitaverit. Cap. II. 1. Ubi §. Objectum indicatur, & deſcribitur. Dd 3 /. In-

(a) Hanc parentheſin ab Apoſtolo non inſertam eſſe tamquam digreſſionem, a ſcopo excurrentem, firmiter tenemus. Exiſtimamus igitur illam inſertam eſſe, ad indicandum fundamentum, quo nitatur ſpes vocationis credentium, & ex quo derivandae ſint divitiae gloriae haereditatis Divinae in Sanctis.

1. AA. ℵℵ. *bb*. (αα) §. /.

/. Indicatur, pronomine ſecundae perſonae. ὑμᾶς. (*a*)

//. Deſcribitur, a priſtino ſtatu. νεκροὺς ὄντας τοῖς παραπτώμασι, καὶ ταῖς ἁμαρτίαις.

Quibus verbis

⊢ *Malum ipſum duplici phraſi exprimitur,*

† Τοῖς παραπτώμασι.

†† Καί ταῖς ἁμαρτίαις.

⊐ *Impotentia ad emergendum ex hoc malo. Quo reſpectu eos dicit* νεκροὺς ὄντας.

§§. Quid huic objecto factum ſit, ſubauditur, ſupplendum repetitione ἀπὸ τοῦ κοινοῦ (ex ℣. 20.) verbi ἐγείρας. Indicatur igitur liberatio eorum, ex illâ, quâ detinebantur, morte.

(ββ) Idque conjungit cum ſuſcitatione *Chriſti* ex mortuis: tanquam cum illâ connexum; & praecipuè tanquam id, in quo pariter, & non minus, quam in ſuſcitatione *Chriſti*, DEUS operationem roboris virium Divinarum oſtenderit. Quo pertinet particula καὶ.

בב. Quod indicet exſuperantem Divinam potentiam, etiam nunc eâdem ratione ſe exſerere in credentibus, (in eorum, videlicet, conſer-

(*b*) Quod pronomen paſſim, ſi non ſemper, denotat credentes *Epheſios*, quatenus erant ex *Gentibus*; quotics quaſi contradiſtinguitur pronomini ἡμεῖς quod hic fit. c. II. 3.

Digitized by Google

1. AA. בב.

ſervatione, quin & ulteriori promotione, & conſummatione) uti ſe exſeruit in illâ vivificatione *Chriſti* ex morte corporali, & vivificatione *Epheſiorum Gentilium*, ex morte ſpirituali. Haec convenientia operationis Divinae, hinc in credentibus, illinc in excitatione *Chriſti*, & *Epheſiorum* ex *Gentibus*, exprimitur, Cap. I. 19. per particulam KATA. κατὰ τὴν ἐνέργειαν &c.

BB. Quorundam in hac comparatione dictorum illuſtrationem. Cap. II. 2. uſque ad 5. partem poſter. In hac illuſtratione Apoſtolus duo agit:

ΒΒ. Exponit, & per effectûs demonſtrat illam *Epheſiorum*, dum adhuc in *Gentiliſmo* eſſent, mortem ſpiritualem: ut tanto evidentius pateret, quantopere in eorum ſuſcitatione ſe manifeſtaverit robur virium Divinarum. Cap. II. 2. Ubi.

αα Summatim docet, eos olim in peccatis ambulaſſe. Hic

(αα) Indicat ſe loqui de priſtino eorum ſtatu, per particulam πότε.

(ββ) Teſtatur quod ab uno peccato, ad alterum, perpetuò progreſſi fuerint, ad metam ultimi exitii properantes. ἐν αἷς περιεπατήσατε.

§. *Ad peccata modo memorata digitum intendit, articulo* αἷς. *reſpiciente ad nomen* ἁμαρτίαις.

§§. *Ad perjeverantiam, & progreſſum in omni vitâ, quando dicit* ἐν αἷς περιεπατήσατε.

bb. Enu-

1.BB.NN.*aa*.

bb. Enucleatius oſtendit, quam normam, quemque Ducem, in ipſo progreſſu, ſecuti fuerint.

(*aa*) Quam normam, indicat, verbis κατὰ τὸν ἀιῶνα τῦ κόσμυ τύτυ. Ubi perpendendum eſt,

§. Quid intelligat per τὸν ἀιῶνα τῦ κόσμυ τῦτυ.

Occurrit igitur expendendum,

I. Quid ſit ὗτος ὁ κόσμος. *Homines extra veram Eccleſiam iſto tempore viventes.*

II. Quod eis tribuat ἀιῶνα. *Id eſt, vivendi morem.*

§§. Quod credentibus ex *Gentibus Epheſiis*, in priſtino ſuo ſtatu ſpectatis, tribuat, quod iſtum morem in converſatione ſuâ ſecuti ſint. κατὰ τὸν ἀιῶνα.

(ββ) Quem Ducem ſecuti. Hic notetur

§. Hujus Ducis deſcriptio. Quem

I. Appellat τὸν ἀρχοντα τ῀ ἐξυσίας τῦ ἀέρος. Hic neceſſariò inquirendum eſt.

— Quaenam illa poteſtas ſit, de quâ hic ſermo eſt. Vocatur illa *poteſtas aëris Spiritûs operantis in filiis inobedientiae.*

Hîc

†. *Loquitur, de certo quodam aëre, qui eſt aër Spiritûs in filiis inobedientiae operantis.*

In quibus verbis reperimus

AAA. *Men-*

Digitized by Google

AAA. *Mentionem factam* AERIS; *ſive propriè, ſive emblematicè dicti.* (*a*)

BBB. *Deſcriptionem hujus* Aëris; ut *qui ſit* aër Spiritûs in filiis inobedientiæ operantis. *Hic notetur*

אאא. *Cauſſa, quæ hunc*, aërem *moveat, vel ſpiret, generatim dicta*, *SPIRITUS.* (*b*)

בבב. *Specialius deſcripta*, *ut* operans in filiis inobedientiae.

(*a*) Inquiri omnino meretur, an hic intelligendus ſit AER proprie dictus? *Aër*, nimirùm, quem ore & naribus haurimus, ſine quo nullum in tellure noſtra animal vivere poteſt; qui vario modo corpora noſtra afficit; qui, quando inſalubris eſt, ſanitatem laedit, quin & aliquando vitam perimit &c. An verò AER Apoſtolo hoc loco ſit *Aër*, metaphorice dictus? Id eſt, tale aliquid, quod Vitae ſpirituali, ſimile quid praeſtat, quale Aër proprie dictus, vitae animali ſeu corporali. Sic emblematice vel metaphorice *Aër* dici poteſt, doctrina de DEO & de illis quae ad DEUM ejusque cultum pertinent. Quae, ſi non conveniat ὑγιαίνουσι λόγοις τοῖς τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, non abſimilis eſt AERI peſtifero. Talis *Aer* videtur indicari Apoc. IX. 2. & XVI. 17. Hoc ſignificatu Apoſtolus mihi videtur heic loci de AERE loqui. Certe ex hoc loco elicere doctrinam de poteſtate quadam, quae Diabolo vel ejus Angelis in mundum ſublunarem, & ſic *aëri* conceſſa ſit, atque inde deducere doctrinam de *Magia* & *Spectris* &c. omni ſolido fundamento deſtituitur; neque ſatis apte quadrat in ſcopum & filum hujus ſermonis Apoſtoli. *AER* igitur, mea quidem ſententia, hic eſt prava de DEO, & de illis quae ad ipſum ejuſque cultum pertinent, doctrina, quae in tenebris Ethniciſmi dominabatur. Hic eſt *aër Spiritûs operantis in filiis contumaciae.*

(*b*) Si quaeras, cum nomen τὸν Ἄρχοντα praccedat poſitum in *accuſativo caſu*, quare poſuerit Apoſtolus nomen τοῦ Πνεύματος in *genitivo caſu*? Reſpondeo, quoad conſtructionem Grammaticam, nomen Πνεύματος regi a nomine τοῦ ἀέρος.

1.BB.אא.*bb*.(ββ)§.*1*.— †.BBB.בבב.

In hiſce verbis attendendum eſt, ad

aaa. Objectum, circa quod verſatur hic *Spiritus*. ἐν υἱοῖς ἀπειθείας. Hic conſiderari meretur

(ααα) Denominatio, qua hoc objectum inſignitur. Quo pertinet, ut perpendatur

* Quid ſit ἀπειθεία. (*a*)

** Quid denotet phraſis υἱοὶ τῆς ἀπειθείας.

(βββ) Quod hi ſpectandi exhibeantur, ut objectum, circa quod ille *Spiritus* verſetur.

bbb. Quid iſti objecto *Spiritus* hic faciat. Quando dicitur ἐνεργῶν ἐν [αὐτοῖς]. Quod

(ααα) Indicatur.

(βββ) Ad tempus praeſens reſtringitur, per particulam νῦν.

†† *Huic*

(*a*) Ἀπείθεια ſignificat illam contumaciam, quâ quis non vult perſuaderi, vel convinci.

Digitized by Google

1.BB.אא.bb.(ββ)§.I.⊢ †

†† *Huic aëri tribuit* poteſtatem *quandam; loquitur enim* [περὶ] ΕΞΟΥΣΙΑΣ τῦ ἀέρος.

II Quod hujus poteſtatis conſideret principem quendam, qui illâ agat & operetur: commemorat enim τὸν Ἄρχοντα τῆς ἐξουσίας. (a)

II. Eundemque conſideret, ut priſtinae *Epheſiorum* viae Ducem, κατὰ αἰῶνα τῦ κόσμυ τύτυ.

§§. Quod *Epheſii* olim hujus ductum ſecuti fuerint, vitamque ad illius nutum inſtituerint. ΠΕΡΙΕΠΑΤΗΣΑΤΕ ΚΑΤΑ᾽ ΤΟΝ Ἄρχοντα τῆς ἐξουσίας &c.

בב. Removet ſiniſtram, & a mente ſuâ alienam opinionem, (quaſi loquendo in ſecundâ perſonâ vſ. 1. & dicendo *ET VOS mortuos &c.*) ſignificare vellet, ſe ipſum & reliquos, qui erant ex *Judaeis*, ex ſe ipſis meliores, minus indignos, minuſque ineptos ad omne bonum fuiſ-

(a) Hoc totum autem comma eò aurigatur, ut oſtendatur, & per effectûs demonſtretur, *Epheſios*, qui ex *Gentiliſmo* ad *Chriſtianiſmum* verum tranſierant, olim mortuos fuiſſe in lapſibus & peccatis; atque adeò non niſi in *Chriſto*, & eâdem omnipotentiae divinae, omnia exſuperantis, operatione, quâ is vitae naturali reſtitutus eſt, ſuſcitatos eſſe ex illâ morte ſpirituali.

Digitized by Google

1.BB.בב.

se : contrarium docet Apostolus Cap. II. 3. 4. 5. p. pr. (*a*)

Hanc igitur pravam suspicionem a se amoliturus, *aa*. Fatetur, se & reliquos credentes ex *Judaeis* pariter eidem corruptioni & miseriae obnoxios fuisse, Cap. II. 3. Eoque fine

(*aa*) Declarat se, reliquosque credentes, antea quoque in filiis contumaciae (antequam gratiae illius verticordiae participes facti essent) numerandos fuisse. Ubi

§. Non tantum indefinitè affirmat, dicens Ἐν οἷς καὶ ἡμεῖς πότε.

Hic nota

I. Subjecta, cum emphasi expressa, καὶ ἡμεῖς. *Ubi*

— *Subjecta exprimuntur per pronomen* ἡμεῖς.

— *Emphasis latet in copulâ* καὶ.

II. Praedicatum: Quo

— *Subjecta haec consociat cum illis, quos antea appellaverat* υἱοὺς τῆς ἀπειθείας. *Quando dicit* ἐν οἷς.

— *Restringens tamen hoc praedicatum, ad statum praeteritum, per adverbium* πότε.

§§ Sed

(*a*) Locutus erat in secundâ personâ, quoniam res, de quâ loquebatur, ratione *Gentilium* magis erat in aprico collocata; Et quoniam *Ephesiis*, quatenus erant credentes ex *Gentibus*, hanc veritatem imprimis ob oculos positam volebat; ita postulante suo scopo, antè a nobis indicato, & ex versu 11. facilè colligendo.

Digitized by Google

1.BB.בב.aa.(aa)§.

§§. Sed & exceptionem omnem removet, quando dicit πάντες.

(ββ) Idque exponit; explicans

§. Suam ipſius, ſociorumque parilem corruptionem. Quam

I. Proponit, teſtando ſe, ſuosque conſortes converſatos fuiſſe, in concupiſcentiis carnis ſuae. ἀνεστράφημεν ἐν ἐπιθυμίαις τῆς σαρκὸς ἡμῶν. *Ubi videmns eis tribui*

— *Concupiſcentias carnis ſuae.* *Ubi videndum*

† *Quid per ſuam carnem intelligat.* (a)

†† *Quid per ejus concupiſcentias.*

— *Converſationem in illis.* ἀνεστράφημεν ἐν.

II. Exaggerat, addendo quantopere illis dediti fuerint. *Ubi*

— *Concupiſcentias illas denuò deſcribit,*

(a) *Suam carnem*, id eſt, ſuam corruptionem, in corpore ejus maximè conſpicuam, cum quaerat mens illa, quae non ad perfectionem & veram felicitatem animi, ſed titillationem corporis faciunt, quaſi non eſſet homo quidpiam aliud quam corpus; Hinc etiam excitatam plerumque per motus corporis; ortam quoque ex procreatione corporis ex vitio laborantibus parentibus, & majoribus. conf. Rom. VII. 7. & ſeqq.

Digitized by Google

1.BB.בב.*aa*.(ββ)§.//.⊢ .

† *Mentionem faciens,*
AAA. *Tum generatim carnis.* τῆς σαρκὸς.
BBB. *Tum ſpeciatim etiam ratiocinationum cum carne conjunctarum, quibus corrupta hominum diſpoſitio, vel malum tegere, vel ſibi ipſi ſatisfacere, quibusque mediis cupita conſequi poſſit, animo volvere ſatagit.* καὶ τῶν διανοιῶν.

†† *Eisque volitiones tribuens* τὰ θελήματα.

⊢ *Quouſque illa converſatio proceſſerit. Quod exprimit verbo* ποιοῦντες

†. *Expendendum eſt, quam emphaſin habeat hoc* ποιεῖν. (*a*)

†† *Hoc pacto id, quod dixerat, exaggerari.*

§§. Suum ipſius, & conſortium, & parilem cum aliis hominibus, in quo ab ipſo ortu ſunt, reatum. vſ. 3. Ubi attendendum eſt

/. Ad

(*a*) Ad emphaſin verbi ποιῶ intelligendam, confer 1 Joh. III. 9. Hosque verſus ſi comparemus, ſatis patebit univerſalitas corruptionis, quae pervaſit totum genus humanum, tum *Judaeos*, tum *Gentes*, omnesque omnium hominum facultates.

Digitized by Google

1. BB. בב. aa (ββ) §§.

/. Ad rem ipſam. Quam

— Exprimit, in ſe ſpectatam. ἦμεν τέκνα φύσει ὀργῆς.

† Generatim dicens: ἦμεν τέκνα ὀργῆς.

Ubi

AAA. *Status hic ipſe exprimitur per phraſin* τέκνα ὀργῆς. (a)

BBB. *Illum fuiſſe, ſed praeteriiſſe indicatur, verbo* ἦμεν.

†† Addens ſpeciatim, quod in illo ſtatu fuerint ab ortu. φύσει. (b)

= Et comparatè cum reliquis, ὡς καὶ οἱ λοιποὶ.

//. Ad ejus cohaerentiam cum praecedentibus, per particulam καὶ.

bb. Agnoſcit, non niſi divitiis miſericordiae, & liberrimo amori DEI, ſe ſuosque conſortes acceptam referre debere ſtatûs ſui immutationem. Cap. II. 4. 5. p. pr. Quod ut oſtendat,

(aa) Par-

(a) Τέκνα ὀργῆς. quaſi ex ipſâ irâ DEI nati, & haeredes irae.

(b) Nota, quod vocabulum φύσει non jungatur verbo ἀνεγράφημεν, quod fieri debuiſſet, ſi φύσει quod *Grotius* vellet, ſignificaret *conſuetudine*.

Digitized by Google

I. BB. בב. *bb.*

(αα) Particulâ δὲ oppoſitionem, atque ſic tranſitum facit.

(ββ) Rem ipſam declarat, deſcribens

§. DEUM, cauſſam efficientem hujus mutationis ſtatûs ipſorum. Quem

/. Nomine ſuo ita exprimit, ut ſimul indicet, eum ab illis virtutibus ſpectandum eſſe, quas mox in ipſo laudabit. ὁ Θεὸς.

//. A virtutibus deſcribit, ei tribuens

⊢ Divitias miſericordiae. πλούσιος ὢν ἐν ἐλέει.

Hic perpendendum eſt

† *Quo pacto DEO* ἔλεος *adſcribatur. (a)*

††. *Qua ratione dicatur* πλούσιος ἐν ἐλέει.

⊢ Easque nullum aliud principium agnoſcentes, quam ipſam illam multam, quâ eos dilexit, charitatem.

† Tribuit hic DEO multam,

(a) Miſericordia in DEO perfectiſſimam ſignificat voluntatem benefaciendi miſeris. πλούσιος ἐν ἐλέει, qui hanc voluntatem omni ratione demonſtravit perfectiſſimam, ratione magnitudinis miſeriae, vel ratione excellentiſſimi ſtatus, in quem eos evehit, vel etiam infinitè variorum modorum, quibus eos e miſeriâ liberat; imo etiam per ſummam ſuam independentiam & libertatem, qua hanc miſericordiam ſuam exercet erga illos ſolos, erga quos VULT, reliquis ſibi relictis.

Digitized by Google

tam, quâ ipſos dilexerit, charitatem.

Hanc igitur

AAA. *Generatim indicat, in DEO agnoſcens.*

אאא. *Charitatem. Quando dicit* ἀγάπην αὐτοῦ.

בבב. *Eamque erga ſe & conſortes ſuos actuoſam.* ἡν ἠγάπησεν ἡμᾶς.

BBB. *Quin & exaggerat, dicens* τὴν πολλὴν. (a)

††. Non aliam originem multimodae illius miſericordiae quaerendam eſſe indicat, per particulam κατὰ.

§§. Ipſam, quam in illis effecerit, ſtatûs mutationem. Cap II. 5. p. pr. Ubi notetur

I. Status priſtinus *Pauli*, & ſociorum ejus, qui ex *Judaeis* erant, in illo tertio, non abſimilis ſtatui *Epheſiorum* ex *Gentibus* priſtino. Cap. II. 5. p. pr. Quem

(a) Conglomerat phraſes, ut indicet, quod ſibi ipſi vix poſſit ſatisfacere in exprimendâ omnimodâ independentiâ hujus miſericordiae, ut tanto fortius inculcet, ſe *Gentes* quidem arcere velle ab omni gloriatione, ſed neutiquam ita, quaſi *Judaeis* illam permittere vellet: His igitur non minus atque illis omnem gloriationis in ſe ipſis materiam ereptam eſſe docet.

1.BB.בב.*bb*.(ββ) §§. *I.*

— Deſcribit ferè iisdem verbis, quibus illum *Epheſiorum* expreſſerat. ὄντας ἡμᾶς νεκροὺς τοῖς παραπτώμασι. (*a*)

= Cum attentione perpendendum eſſe ſignificat, per particulam καὶ. (*b*)

II. Ejuſdem mutatio, efficaci illâ divinae potentiae operatione effecta. συνεζωοποίησε τῷ Χριστῷ.

— Beneficium exprimitur per verbum ζωοποιεῖν.

= Indicaturque, in cujus communione hoc beneficium acceperint. σὺν-τῷ Χριστῷ.

Ubi notandum eſſe videtur, quod

†. Chriſtum *vivere fecerit, faciatque Pater.* (*c*)

††. *Quod*

(*a*) Nullâ aliâ differentiâ, quam quod hic brevitatis cauſsâ omittatur: καὶ ταῖς ἁμαρτίαις.

(*b*) Particula illa καὶ vel conſiderari poteſt, ut inſerviens aequiparationi credentium ex *Judaeis*, & credentium ex *Gentibus*, inter quorum priſtinum, & naturalem corruptum ſtatum hactenus nulla differentia, quod *utrique mortui fuerint*, &c. vel poteſt inſervire amplificationi beneficii: ETIAM *cum eſſemus mortui*; quod forſitan praeferendum videbitur, quia non dicit καὶ ἡμᾶς ὄντας, ſed καὶ ὄντας ἡμᾶς.

(*c*) Non tantum fecit Pater, ut *Chriſtus* iterum vivere inciperet, ſed ut vivat, non moriturus amplius. Conf. Rom. VI. 9.

Digitized by Google

††. *Quod propter* Chriſtum, *ut cauſſam meritoriam, in communione* Chriſti, *qui ut caput electis conſtitutus eſt, vivere fecerit, faciatque* Paulum, *ejusque conſortes; credentes, puta, ex* Judaeis, *non minus, quam credentes ex* Gentibus. (*a*)

2. Qualis illa *ſpes vocationis*, &c. ſit, monſtrabit Tabula ſequens.

(*a*) Inquiri meretur, an prorſus ἐσόδυναμώσεις ſint phraſes συνάγωγες & συνζωοποίησε? Reſp. Poſterius videtur aliquid amplius notare. Illud potius ad initium novae vitae, hoc ad initium ſimul & progreſſum reſpicit.

At quare hoc potius vocabulum adhibet, loquens de credentibus ex *Judaeis*, illud vero loquens de credentibus ex *Gentibus*? Reſp. Ratio videtur, quod hoc idem quoque de *Gentibus* dicturus, (quod maximè directè ſcopus poſtulabat) amplius, ex incidenti de *Judaeis* loquens, ſimul voluerit, quâ pote brevitate, innuere.

Digitized by Google

TABULA X. SPECIALIS,

CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLAE

AD EPHESIOS.

CAP. II. 5. p. post-vſ. 11.

HAec Tabula ſignata eſt in Tabulâ Generali II. A. ℵ. *b.* (β) 2.

In hac, quam haec Tabula repraeſentat, pericopâ oſtenditur: Qualis illa ſpes vocationis, qualesque divitiae gloriae haereditatis DEI in ſanctis ſint. Id quod Apoſtolus, breviter quidem, ſed nervoſè illuſtrat. Cap. II. 5. p. poſt-vſ. 11. Ubi

AA. Breviſſimè ſummam rei, ut effectum ſolius Divinae gratiae, credentibus ex *Gentibus* ob oculos ponit. vſ. 5. p. poſt. χάριτί ἐστε σεσωσμένοι.

ℵℵ. Revertitur ad credentes ex *Gentibus*, ad quos vſ. 1. & 2. hujus Capitis ſermo directus fuerat. Quod indicat expreſſio in ſecundâ perſonâ.

בב. His, quid, & unde, praeſtitum ſit, ob oculos ponit.

aa. Beneficium, unico verbo, ſed magna complectente, exprimit. ἐστε σεσωσμένοι

bb. Fon-

Digitized by Google

AA. בב. *aa*

bb. Fontem, unde hoc bonum ad eos manaverit, indicat, addens, χάριτι.

BB. Breviſſimum hoc effatum elaborat. Cap. II. 6--11.

אא. Illuſtratione. Cap. II. 6. 7. Ubi videas,

aa. Quaenam comprehendantur ſub hac σωτηρίᾳ ἐκ χάριτος. Cap. II. 6. (*a*) Quae

(*aa*) Duplici phraſi declarat.

§. Ratione initii. Συνήγειρε [ὑμᾶς]. Ubi perpendere oportet

ſ. Ipſum illud, quod DEO tribuitur, ἐγείρειν.

ſſ. Quo ſpectet praepoſitio σὺν.

§§. Ratione progreſſûs, nunquam finiendi. καὶ συνεκάθισεν ἐν τοῖς ἐπουρανίοις ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

ſ. Bonum conſequens, in hoc ſaeculo incipiens, conſummationem in futuro ſaeculo conſecuturum, exprimitur verbis συνεκάθισεν ἐν τοῖς ἐπουρανίοις. *Ubi perpendendum eſt:*

— *Quid ſit* καθίσαι ἐν τοῖς ἐπουρανίοις. *Ubi examinandum erit,*

†. *Quid intelligat Apoſtolus loquens de* τοῖς ἐπουρανίοις.

(*a*) Nota. verſu 6. mihi ſupplendum videtur non ὑμᾶς, ſed ὑμᾶς; niſi ponamus quod utrumque ſit ſubaudiendum; quod ipſum fortè quoque indicatur praepoſitione σὺν in verbis. q. d. VOS ſicuti nos, credentes ex gentibus aeque ac Judaeos, eosque ambos in eodem Chriſto, Συνήγειρε καὶ Συνεκάθισεν. &c.

BB.NN.aa.(αα)§§.//—†.

††. *Quo ſenſu DEUS dicatur, illos, qui adhuc in terris verſantur*, καθίσαι ἐν τοῖς ἐπουρανίοις. (a)

= *Quo ſpectet praepoſitio* σὺν, *in verbo* συγκαθίσαι.

//. Et ejus nexus cum, in initio memoratâ, Spirituali ſuſcitatione; qui indicatur per particulam καὶ.

(ββ) Et verae & unicae cauſſae meritoriae accepta referenda eſſe docet; dicens, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

bb. Ad quem finem, & quo modo DEUS illis haec praeſtiterit. vſ. 7.

(αα) Quod ad finem attinet, Apoſtolus eum exprimit; dicens ἵνα ἐνδείξηται ἐν τοῖς αἰῶσι τοῖς ἐπερχομένοις τὸν ὑπερβάλλοντα πλοῦτον τῆς χάριτος αὐτοῦ.

§. Temporis, ad quod ſingularis haec pars operum DEI pertinet, rationem exprimit; dicens ἐν τοῖς αἰῶσι τοῖς ἐπερχομένοις. (b)

§§. Quid

(a) Tam certam ſpem, tam certum jus ad coeleſtia largiri, vitamque dare, illi coeleſtium, quoad initium, ſimilem, atque tam certò daturum eſſe conſummationem ipſam hujus vitae in ipſis coelis, ac ſi jam in eo eſſent translati.

(b) Videtur intelligere ſimul temporis *Novi Teſtamenti* ſaecula & tempus ſecuturum poſt reſurrectionem mortuorum; per quod prius illud con-

BB. ℵℵ. *bb.* (αα) §.

§§. Quid iſtis ſaeculis facere voluerit DEUS. Quod conſiderandum proponit, tanquam finem illius σωτηρίας, quâ erant ἐγερθέντες καὶ συγκαθιζόντες &c. Hic igitur notetur

I. Res ipſa, ſeu id, quod DEUS facere conſtituit, ſaeculis illis futuris. Ad quam intelligendam, perpende

⊢ Objectum, circa quod DEUS ſe actuoſum oſtendere iſto tempore voluit: quod dicit τὸν ὑπερβάλλοντα πλοῦτον τῆς χάριτος αὐτοῦ. *Ubi*

†. *Iterum mentionem facit gratiae Divinae.* τῆς χάριτος αὐτοῦ.

††. *Eamque in ſuâ excellentiâ ſpectandam proponit, ei*
AAA. *Tribuens* πλοῦτον.
BBB. *Eundemque* ὑπερβάλλοντα.

⊢ Quid conſummatum reddetur.

Hic conſiderari poteſt de illâ controverſiâ inter Viros Clariſſimos WITZIUM & RHENFERDIUM de ſignificatione phraſium עולם הזה & עולם הבא: nos utramque ſignificationem conjungimus; quia exponere conatur ſpem vocationis, & divitias gloriae haereditatis DEI in ſanctis; quae comprehendunt non tantum bona *Novi Teſtamenti*, ſed & futura in coelis demum percipienda, uti quoque haec utraque comprehenduntur ſub demonſtratione abundantiſſimarum divitiarum gratiae.

BB.ΝΝ.*bb*.(αα)§§. /. III Quid huic objecto facere, iſtis ſaeculis futuris, voluerit. Quod exprimit verbo ἐνδείξηται.

//. Relatio ejus, ad illam σωτηρίαν, quae conſiſtebat in ſuſcitatione, & collocatione *Epheſiorum* in coeleſtibus, cujus erat finis. Quae relatio exprimitur per particulam ἵνα.

(ββ) Quod ad modum attinet, illum ſignificat verbis adjectis: ἐν χρηστότητι ἐφ' ἡμᾶς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Quibus videtur declarare, quod illa demonſtratio ſuperabundantium Divitiarum gratiae erga *Gentes* conjuncta ſit cum benignitate Divinâ erga *Judaeos*, in *Chriſto Jeſu* exercitâ.

§. Tribuit igitur DEO benignitatem erga credentes ex *Judaeis* in *Chriſto Jeſu*; quam exprimit verbis χρηστότητι ἐφ' ἡμᾶς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

/. Quo pacto DEUS cum credentibus ex *Judaeis* ageret, exprimit, loquens de χρηστότητι ἐφ' ἡμᾶς.

Notetur

I *Objectum, quod pronomine* ἡμᾶς *exprimitur.*

II *Quo pacto circa hoc objectum agat DEUS; quod indicatur verbis,* χρηστότητι ἐφ' ἡμᾶς.

//. Unde haec felicitas illis contingat, ex-

Digitized by Google

exprimit, indicando ejus cauſſam meritoriam. ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

§§. Cum illâ conjunctam, eique quaſi innexam eſſe docet demonſtrationem illarum ſuperabundantium divitiarum gratiae Divinae, in *Gentibus* manifeſtatam; quod indicare videtur particula ἐν, Ἐν χρηστότητι ἐφ' ὑμᾶς. (a)

בב. Ejusque confirmatione. Cap. II. 8. 9. 10. Quam facit,

aa. Ratione *Gentium*, quibus ſalus contingit. Ubi notetur

(*aa*) Quid dicat Apoſtolus. vſ. 8. 9. Ubi

§. Summatim repetit verba, quae vidimus vſ. 5. p. poſt. χάριτί ἐστε σεσωσμένοι.

§§. Membratim, enucleatèque exponit. Indicans

/. Media, quibus ad omnem illam σωτηρίαν pervenire datur.

— Agnoſcens fidem eſſe inſtrumentum ſalutis, ſed ſimul indicans illam ipſam unà cum omnibus

(a) Ἐν pro σὺν, *cum*. Rom. XV. 29. Eph. VI. 2. Heb. IX. 25. Jud. 14. Jac. II. 1. Coloſſ. II. 7. IV. 2. Marci I. 23. V. 2. Lucae XIV. 31. Quod apprimè convenit ſcopo: qui eſt docere, quod credentes ex *Gentibus* participes facti ſint bonorum *Novi Teſtamenti*, non niſi ex liberâ gratiâ, non niſi in *Chriſto*, & non niſi in communione *Eccleſiae* ex *Judaeis* ortae.

BB.בב.*aa*.(*aa*)§§./.⊢.

ejus fructibus Gratiae acceptam ferri debere. Cap. II. 8. p. poſt. Ubi

†. Agnoſcit fidem eſſe inſtrumentum ſalutis. διὰ πίστεως. *Conſiderandum igitur eſt*

AAA. *De fide.* πίστεως.

BBB. *De ejus relatione ad ſalutem.* ΔΙΑ᾽ πίστεως ἐστε σεσωσμένοι.

††. Id omne tamen DEO acceptum ferendum eſſe monet. Quod exprimit

AAA. Negativè. καὶ τοῦτο οὐκ ἐξ ὑμῶν. *Perpendamus hic*

אאא. *Rem ipſam. In quâ conſiderandum venit*

aaa. Subjectum, quod exprimitur per pronomen τοῦτο. (*a*)

bbb. Praedicatum. οὐκ ἐξ ὑμῶν.

בבב. *Connexionem, ad rem ipſam urgendam, expreſſam per particulam* καὶ.

BBB. Po-

(*a*) Pronomen τοῦτο neque ad χάριτι, neque ad πίστιν, ſed ad totum hoc negotium referendum.

BB. בב. aa. (αα) §§. /. ⊢ ††. AAA.

BBB. Poſitivè. Θεῦ τὸ δῶρον.

II Excludens omne, ad impetrandam ſalutem, meritum operum. Cap. II. 9. p. pr. οὐκ ἐξ ἔργων.

//. Conſequens, & finem hujus modi ſervandi peccatores. ἵνα μή τις καυχήσηται. (a)

(ββ) Quod hoc afferat in confirmationem ejus, quod dixerat, de fine σωτηρίας, credentibus *Epheſiis* conceſſae: quem declaraverat eſſe demonſtrationem ſuperabundantium divitiarum gratiae Divinae. Quod indicatur per particulam γὰρ.

bb. Ratione utrorumque credentium, ex *Judaeis*, & *Gentibus*, ſimul ſumtorum. Cap. II. 10. Ubi iterum videamus

(αα) Quid dicat Apoſtolus,

§. Summatim. Αὐτοῦ ἐσμεν ποίημα.

§§. Enucleatius. Cum indicatione

/. Modi, quo a DEO *facti* ſint. Videlicet, *Creatione*, Omnipotentis voluntatis juſſu, quo ab initio omnia producta ſunt. κτισθέντες.

//. Cauſſarum:

⊢ Efficientis, vel meritoriae. ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

(a) Praedictum hoc fuerat. conf. 1 Cor. I. 29. 31. Rom. III. 27.

Digitized by Google

BB.בב.*bb*.(αα)§§.//.ⲓ

II Finalis.

Quam

†. *Indicat, dicens* ἐπ' ἔργοις ἀγαθοῖς.

Hic videndum eſt

AAA. Quid ſint ἔργα ἀγαθὰ.

BBB. Quo ſenſu credentes dicantur ἐπ' αὐτοῖς κτισθέντες.

††. *Illuſtrat; declarando uberius*

AAA. *Officium praeſtandum a credentibus.* Ἵνα ἐν αὐτοῖς περιπατήσωμεν.

BBB. *Quo pacto praeſtatio hujus officii conciliari debeat cum aſſerto Apoſtoli, quo dixerat, eos eſſe* ποίημα τοῦ Θεοῦ, κτισθέντες ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. *Hoc, ſcilicet, declarat, dicens,* οἷς προητοίμασεν ὁ Θεὸς. (*Supplendum videtur* ἡμᾶς)

Conſiderandum hic eſt

ℵℵℵ. Quid dicat Apoſtolus. Ubi attendendum eſt ad

aaa. Subjectum hujus enunciati. ὁ Θεὸς.

bbb. Praedicatum. προητοίμασεν (ἡμᾶς) τοῖς ἔργοις ἀγαθοῖς.

בבב. Quo pacto hoc inſerviat conciliationi iſtarum duarum veritatum, nimirum, quod ſint ποίημα τοῦ Θεοῦ, κτισθέντες &c. quodque ſimul officium ſit,

Digitized by Google

ſit, ad quod credentes obligati ſint, περιπατεῖν ἐν ἔργοις ἀγαθοῖς. (a)

(ββ) Quod hoc afferat in ulteriorem confirmationem illius veritatis, quod credentes ex *Gentibus Epheſii*, omne, totum quantum, τῆς σωτηρίας (initium, progreſſumque non minus, quam ultimam conſummationem) nulli prorſus alii cauſſae, quam Gratiae Divinae debeant, quae eos, in communione Electorum ex *Judaeis*, qui idem agnoſcere teneantur, tantâ ſalute dignata fuerit. (b)

(a) Senſus emphaticus eſt: Reddidit nos idoneos bonis operibus, atque effecit in nobis ſtudium incedendi in bonis operibus, efficiens in nobis τὸ velle, & τὸ perficere. Philipp. II. 13.

(b) Confer 2 Cor. IV. 6. Jeſ. XLIII. 8. XLII. 22. (in Verſione *Belgica* XLIII. 7. 21.)

Digitized by Google

TABULA XI. SPECIALIS,
CONTINENS
ANALYSIN EPISTOLÆ
AD EPHESIOS.

CAP. II: 11. 12.

Hac pericopâ docet Apoſtolus, quod credentibus ex *Gentibus* incumbat perpetua & ſeria priſtini, in quo fuerant, indigniſſimi, miſerrimique ſtatûs conſideratio. Cap. II. 11. 12.

Signata eſt haec pericopa in Tabulâ Generali II. A. ב. *a*. (*α*).

Notetur hic

1. Monitum Apoſtoli, in ſe ſpectatum. Atque in eo
   AA. Deſcriptio priſtini credentium ex *Gentibus* ſtatûs. In quâ deſcriptione illis ob oculos ponit iſtum ſtatum; idque in hunc modum, ut
   ℵℵ. Eos ita alloquatur, ut ſimul indicet, quam contemptim habiti fuerint a *Judaeis*, ante ſublatum inter *Judaeos* & *Gentes* diſcrimen. verſu 11. Quibus verbis
   aa. Eos compellat tali, quâ ſolebant antè indicari, denominatione. Hic autem

(*αα*) Ut

Digitized by Google

1. AA. NN. *aa.*

(αα) Ut oſtendat, quod ipſos alloqui velit, utitur pronomine ὑμεῖς.

(ββ) Ut clarius oſtendat, ad quos inter credentes *Epheſios* digitum intendat, adjicit denominationem, quâ, ante ſublatum diſcrimen populorum, indicari ſolebant.

§. Quod ad illud tempus, quo diſcrimen nondum erat ſublatum, reſpiciat, ſignificat particulâ ποτέ.

§§. Denominatione ſolitâ eos appellat. τὰ ἔθνη ἐν σαρκὶ.

I. Appellat eos τὰ ἔθνη.

II. Addito epitheto, hanc denominationem amplificat. ἐν σαρκὶ.

bb. Indicat, quàm contemptim habiti ſint, ab illis etiam, qui non, niſi externo ſigno, ab ipſis diſcernebantur. Ubi notemus

(αα) Nomen, quo appellari ſolebant. οἱ λεγόμενοι ἀκροβυστία.

(ββ) A quibus hoc nomine inſigniri ſolebant. Ubi videndum

§. Quos, & quomodo, deſignet. Nimirum eos

I. Generatim indicat, dicens ὑπὸ τῆς λεγομένης περιτομῆς.

II. Ulterius deſcribit. ἐν σαρκὶ χειροποιήτου.

§§. Quod ab his *Gentiles* nomen illud igno-

1.AA.אא.*bb*.(ββ)§§.

ignominiosum accipere solerent. Quod indicat particula ὑπὸ.

בב. Docet, quales verè fuerint. Cap. II. 12. Ubi

aa. Iterum docet, ad quem praecedentem statum respiciat. ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ.

bb. Illum statum describit, ut miserrimum ex omni parte,

(αα) Fundamentum indicans praecipuae partis hujus miseriae, quae erat carentia *Christi*. ἦτε χωρὶς Χριστοῦ.

(ββ) Eandem ex omni parte describens:

§. Ratione externi & politici statûs. ἀπηλλοτριωμένοι τῆς πολιτείας τοῦ Ἰσραὴλ.

Ubi considerandum

I. De civitate quadam, quae appellatur politia Israëlis.

Adeoque considerandum

— De *Israële*.

= Ejusque politiâ.

II. De relatione Gentium *ad illam, quod nimirum fuerint* Gentes *ab eâ exclusae*. ἀπηλλοτριωμένοι (ἦτε).

§§. Ratione consequentium ejus; quae spiritualia quoque comprehendebant mala. Ubi notetur

I. Primum consequens: quod, nimirum, ratione statûs spiritualis

Digitized by Google

1.AA.בב.bb.(ββ)§§1

tualis ſolamine ſpei fuerint deſtituti *Ethnici*.

⊢ Perpendatur hoc conſequens; quod bimembre eſt.

†. Quod ſejuncti fuerint a mediis Gratiae.

AAA. Haec appellantur nomine τῶν διαθηκῶν τῆς ἐπαγγελίας. (a)

(a) Διαθήκαι τῆς ἐπαγγελίας. Vertitur a nonnullis *teſtamenta promiſſionis*; a Beza, *pactiones promiſſionis*; vel, ab aliis, *foedera promiſſionis*.

Reſpicitur autem ad Διαθήκας DEI.

Διαθήκαι ſunt liberrimae voluntatis Divinae diſpoſitiones, earumve declarationes. Voluntas equidem DEI, in ipſo DEO, eſt unica & ſimpliciſſima: Quatenus autem diſponit de variis rebus, conſiderata relate ad res, de quibus diſpoſuit, nomine pluralis numeri exprimitur: Sic Διαθήκαι τῆς ἐπαγγελίας hic ſunt *diſpoſitiones* Voluntatis Divinae, declaratae, comprehendentes promiſſionem de bonis quibusdam a DEO largiendis. Hae diſpoſitiones earumque declaratienes dicuntur TESTAMENTA; tum ob ſummam & abſolutiſſimam Voluntatis Divinae, pleniſſimo jure, de ſuis bonis, quicquid ipſi placuerit, facientis, libertatem: tum ob illam, quae aliqua ratione, in hominum teſtamentis, morte teſtatorum confirmatis, obſervanda eſt, conſtantiam & immutabilitatem; quâ irrita fieri, eique nihil ſuperaddi poteſt.

Quod ſi quis nomen Διαθήκαι τῆς ἐπαγγελίας vertere malit, cum Venerando *Beza*, *Pactiones*, vel (nunc magis uſitata phrali) foedera promiſſionis; res eodem, hoc quidem loco, redibit. *Foedera* enim, a parte DEI conſiderata, ſunt declarationes, de diſpoſitione voluntatis Divinae, de quibusdam bonis, haereditatis inſtar conſequendis; & de modo illam haereditatem adeundi. Priori reſpectu habent rationem oblationem bonorum a DEO largiendorum; poſteriori reſpectu habent rationem ſtipulationis, qua indicatur quid ſit officium illius, qui iſtorum bonorum poſſeſſores fieri cupiunt, atque certo fient.

Reſpicit autem Apoſtolus, ad illam promiſſionem *Abrahamo* ejusque ſemini factam: qua Divinae voluntatis diſpoſitiones de variis bonis, partim corporalibus, partim Spiritualibus; notificatae ſunt.

(a) Haec

Digitized by Google

1.AA.בב.*bb*.(ββ)§§.//.⊢ †.

BBB. Relatio *Gentium* ad ea exprimitur voce ξένοι. (*a*)

††. Quod hoc pacto in ſtatu deſperato fuerint. ἐλπίδα μὴ ἔχοντες.

⊢ Conſideretur, ut ſequela ejus, quod dixerat. Quod indicatur particulâ καὶ.

//. Alterum conſequens, quod extremam miſeriam exprimit. καὶ ἄθεοι ἐν τῷ κόσμῳ.

Perpendatur iterum

⊢ *Ipſa haec ſtatus eorum deſcriptio.* Ἄθεοι ἐν τῷ κόσμῳ. Ubi conſiderare oportet

†. Quo ſenſu dicantur. Ἄθεοι. (*b*)

††. Quid emphaſios addat id, quod adjicitur, ἐν τῷ κόσμῳ.

⊢ *Ejusdem cum praecedentibus connexio, indicata per particulam* γὰρ.

BB. Officium credentium ex *Gentibus Epheſiorum* circa hunc ita deſcriptum ſtatum. μνημονεύετε.

2. Hujus moniti cum antè dictis conjunctionem. διὸ.

(*a*) Hae Divinae Voluntatis diſpoſitiones, olim, durante Veteri oeconomia, notificatae non ſunt illis, qui vivebant extra politiam Iſraelis. conf. Pl. CXLVII. comm. ult. Nihil juris in eas habentes, ΞΕΝΟΙ dicuntur.

(*b*) Vel relatione ad foedus cum DEO; ita ut verum DEUM non haberent DEUM ſuum. Vel relatione ad abſurdiſſimas de naturâ DEI opiniones, verique cultûs DEI neglectum, & omnis generis impietatem.

TA-

Digitized by Google

TABULA XII. SPECIALIS,

CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLAE AD EPHESIOS.

CAP. II: 13 -- III, 1.

In hac pericopâ Apoſtolus credentes *Epheſios* ex *Gentibus* jubet, ut perpetuò & ſeriò contiderent praeſentem, in quem nunc translati erant, felicisſimum & glorioſiſſimum ſtatum, in communione cum vera Eccleſiâ *Judaicâ*, eis conceſſum, per eumdem *Jeſum*, utrisque impetratum. Cap. II. 13--III. 1.

Signata eſt haec pericopa in Tabulâ Generali II. A. ב. *a.* (β)

In hac pericopâ

1. Summatim, *Epheſiis* credentibus ex *Gentibus* ſeriò & perpetuò perpendendus ſtatus praeſens, oppoſitè ad priorem, ob oculos ponitur, indicatâ ſimul hujus felicis mutationis cauſſâ. Cap. II. 13.

AA. Tranſitio fit per modum oppoſitionis, per particulam δὲ.

BB. Res ipſa exprimitur, ita ut

Digitized by Google

1.BB.

ℵℵ. Declaretur ſtatus eorum praeſens, & exoptatus, qui in locum prioris ſucceſſerit. Quo fine

aa. Priſtinus ſtatus eis denuò ob oculos ponitur: ὑμεῖς οἱ πότε ὄντες μακρὰν.

bb. Quis ſtatus hoc tempore in illius priſtini locum ſucceſſerit, indicatur: νυνὶ ἐγγὺς ἐγενήθητε.

בב. Cauſſa hujus felicis mutationis indicetur:

aa. Generatim, indicatione perſonae, quae eam impetraverit, & efficiat. ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

bb. Speciatim, indicatione medii, & modi, quo haec felicitas ſit impetrata. ἐν τῷ αἵματι τοῦ Χριστοῦ.

2. Copioſius elaboratur haec ſummatim facta propoſitio. Cap. II. 14--III. 1.

AA. Demonſtratione verae hujus beneficii cauſſae. Cap. II. 14-19. Ubi

ℵℵ. Ratione impetrationis, oſtendit eam *Chriſto* unicè acceptam referendam eſſe. Cap. II. 14-17. Hoc autem in hunc modum exſequitur:

aa. Indicat verba ſua ad confirmationem modo factae promiſſionis tendere. per particulam γάρ.

bb. Deſcribit Auctorem hujus pacis.

(*aa*) Indicando *Chriſtum* illum eſſe. Αὐτός ἐστιν ἡ εἰρήνη. Ubi

§. Ponit credentes ſine diſcrimine *pacem* habere.

Hic

Digitized by

2.AA.ℵℵ.bb.(aa)§.

Hic perpende

I. Quibus id contingat. Quod exprimit pronomine primae perſonae. ἡμῶν. (a)

II Quid eis contingat. ἡ εἰρήνη.

§§. Auctorem, ſive cauſſam ejus declarat. Αὐτός ἐστιν. (b)

(ββ) Idque uberius explicando, docendo, quid ad hoc requiſitum fuerit; & pertineat. Quod deſcribit,

§. Ratione ipſius conſociationis utriuſque generis populorum. Quo reſpectu conſiderandus eſt

I. Generatim, ut ὁ ποιήσας τὰ ἀμφότερα ἕν.

In quibus verbis notetur

⊢ *Objectum. Quod dicitur* τὰ ἀμφότερα.

⊨ *Quid huic objecto fecerit.* ποιήσας [αὐλὰ] ἕν.

II. Speciatim, removens obſtaculum; quod neceſſarium erat. Quae remotio obſtaculi

⊢ Acer-

(a) Hic credentes ex *Gentibus* & *Judaeis* intelligendos cenſemus.

(b) Conſiderari meretur, an pronomen αὐτὸς hic directè ad *Chriſtum* reſpiciat? an vero haec verba αὐτός ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν potius conſideranda ſint, ut praedicatum; verba autem ſequentia, in *participio* poſita, ut ſubjectum. q.d. Is, qui ambos unum fecit, ſolvens parietem intergerinum &c. &c. Is demum eſt pax noſtra. Atqui illa praeſtitit *Chriſtus* &c.

2.AA.אא.*bb*.(ββ) §.11.

⊢ Acervatim exprimitur, ut requisitum ad laudatam consociationem.

†. Exprimitur his verbis: τὸ μεσότοιχον τῦ Φραγμῦ λύσας. *Ubi notetur*

AAA. *Objectum.* τὸ μεσότοιχον τῦ Φραγμῦ.

BBB. *Quid huic objecto fecerit* λύσας.

††. Cum laudatâ consociatione populorum, ut requisitum, connectitur: per particulam γὰρ.

⊢ Explicatur illustratione. Cap. II. 15. p. pr. Quâ

†. Indicat, quid intelligat per τὸ μεσότοιχον τῦ Φραγμῦ. Quod exprimit

AAA. Generaliori descriptione. τὴν ἔχθραν.

BBB. Magis explicitè. τὸν νόμον τῶν ἐντολῶν ἐν δόγμασι. Ubi considerandum est

אאא. Quid distributè sint αἱ ἐντολαὶ ἐν δόγμασι.

בבב. Quod eas consideret simul junctas, earum systema appellans τὸν νόμον τῶν ἐντολῶν &c.

††. Te-

Digitized by Google

2. AA. אא. bb (ββ) §. ||= †.

††. Teſtatur, quod Auctor pacis hanc legem, quae inimicitiam peperit, atque ſic inſtar fuerit parietis intergerini, aboleverit carne ſuâ.

AAA. Quid fecerit, exprimitur verbo καταργήσας.

BBB. Quo medio. ἐν τῇ σαρκὶ αὐτοῦ. (a)

§§. Ratione finis decentis, ad quem tendebat haec remotio obſtaculi, & conſociatio populorum utriuſque generis. Cap. II. 15. p. poſt. & 16. Ubi oſtendit

/. Quales utrosque, quoad intrinſecum ſtatum, hac ipſâ pacificatione reddere conſtituerit. Cap. II. 15. p. poſt. Videamus hic

— Rem ipſam. In quâ declarandâ

†. Ponit, & quaſi repetit, quod *pacem* inter *Judaeos* & *Gentes fecerit*. ποιῶν εἰρήνην.

††. Explicat, qualem illam pacem eſſe, imo efficaci operara-

(a) Ἐν τῇ σαρκὶ, quam ſcilicet aſſumpſit ex *Judaeis* (ut itaque etiam ex hac parte agnoſcere debeant ſalutem ex *Judaeis* eſſe, neque contra eos gloriari, vel ſuperbire) in qua, & illis quae in ea peregit, implevit illa, quibus ipſe, & quae faceret & impetraret, ſub Veteri Oeconomia, praedelineatus, & quaſi e longinquo oſtenſus & adumbratus eſt. Atque hoc pacto, illa implendo, ceſſare fecit iſtas umbras, & conſequenter abolevit illam legem, quae erat νόμος ἐντολῶν ἐν δόγμασιν.

2.AA.ℵℵ.*bb*.(BR) §§. *1*. — ††.

ratione efficere voluerit; talem nimirum, quâ τὺς δύο εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον ποιῇ. Notetur

AAA. Objectum. τὺς δύο.

BBB. Quid ei facere voluerit. In quo perpendendo consideretur

ℵℵℵ. Effectus, quem producere voluerit, duplex:

aaa. Arctissima coagmentatio, quâ duo populi (universitas nimirum electorum ex *Gentibus*, & universitas credentium ex *Judaeis*) εἰς ἕνα ἄνθρωπον coalescerent; non minus arctè conjuncti, quam membra unum hominem componentia.

bbb. Eaque decentissima; quâ alter alterius inveterata vitia minimè imitaretur: sed constituerent καινὸν ἄνθρωπον.

בבב. Qua-

Digitized by Google

2.AA.אא.bb.(ββ)§§.I.— ††.BBB.אאא.

בבב. Quali operatione hunc effectum producere voluerit, nimirum per creationem. κτίσιν.

= Quod eam in remotione obstaculi, abolitione legis praeceptorum in placitis, & in consociatione faciendâ, intenderit: quod ipsum facit ad decentiam hujus pacificationis, exprimiturque per particulam ἵνα.

II. In quem statum eos, relatè ad DEUM, perducere voluerit, decenti modo. Cap. II. 16. Iterum hic perpendere oportet

— Rem ipsam. Considerandum hic venit

†. Objectum. Quod

AAA. Rursus appellat τοὺς ἀμφοτέρους.

BBB. Conjunctim spectandum exhibet. ἐν ἑνὶ σώματι.

††. Quid ei facere voluerit, & quo modo. Quod

AAA. Explicat,

אאא. Quoad beneficium ipsum. ἀποκαταλλάξῃ τῷ Θεῷ.

Digitized by Google

2.AA.אא.*bb*.(ββ)§§.//— ††.AAA.אאא.

בבב. Quoad modum, Hunc ut declaret, *aaa*. Medium indicat. ἐν τῷ σταυρῷ. *bbb*. Effectum hujus medii laudat. ἀποκτείνας τὴν ἔχθραν. (aaa) *Quid paci obstiterit, indicat, dicens,* τὴν ἔχθραν. (*a*) (βββ) *Quam plenè illud cessare fecerit; exprimit, verbo,* ἀποκτείνας. De quo perpendendum est
* Quid denotet.(*b*)
** Quo pacto pertineat ad ἀποκαταλλαγήν. Quod innuitur participiali locutione.

BBB. Cum

(*a*) Intelligendam putem sanctissimam DEI justitiam, abstractè & in se spectatam, postulantem poenam peccati, sive ex *Judaeis* sint, sive ex *Gentibus*. horumque odium adversus DEUM & virtutes DEI, speciatim laudatam justitiam; quam homo, quamdiu in statu naturae est, aversatur & odit. DEUS odit omnes, qui operam dant iniquitati. Psalmo CXXXIX. 21. Rom. VIII. 7. V. 10. Ἐν ΘΑΝΑΤΩ.

(*b* Proprie, *occidit*. Effecit ut illa ἔχθρα cessaret; DEO illos electos in *Christo* in gratiam suam recipiente, & ad amorem sui, ipsorum animos, efficaciter flectente. Idque effecit *Christus* moriens in cruce; sic morte sua *occisa* inimicitiam. conf. *Heb*. II. 14.

Digitized by Google

2.AA.אא.bb.(ββ)§§.//.— ††.AAA.

BBB. Cum priori beneficio conjungit, per particulam γὰρ.

= Quod eam intenderit simul cum priori. Subaudienda enim hic iterum particula ἵνα.

בב. Ratione exsecutionis. Cap. II. 17. 18. Ubi ostendit *Christum* hanc impetratam *pacem* utrisque annunciasse. Quod

aa. Conceptis verbis dicit. versu 17. Ubi notetur

(αα) Connexio, per copulam καὶ.

(ββ) Dictum ipsum. In quo considerare oportet

§. Quid praecesserit; nimirum, qui praecedere debuit, adventus *Christi*. ἐλθὼν. (*a*)

§§. Ipsam annunciationem pacis, utrisque factam. Ubi perpendere oportet

/. Objectum duplex. Nimirum

— *Gentes*.

†. Per pronomen ὑμῖν indicatas.

††. Denominatas a statu pristino. τοῖς μακρὰν

= *Judaeos*, qui exprimuntur, illisque junguntur, phrasi ἐγγὺς τοῖς ἐγγὺς.

(*a*) Ἐλθὼν, ego hic verterem, *quum venisset*. Nam, quae sequuntur, non, post adventum primum, confestim, sed post & propter mortem Ipsius, evenire debuerunt, & evenerunt. conf. Matth. Λ. 5. 6. cum XXVIII. 19.

Digitized by Google

2.AA.בב.*aa*.(ββ)§§./.

//. Quid ei fecerit. εὐηγγελίσατο εἰρήνην.

bb. Amplificat. Cap. II. 18. Notetur

(*aa*) Particula connexionis, quâ amplificatio innuitur. ὅτι. (*a*)

(ββ) Dictum ipſum. In quo conſiderandum erit

§. Subjectum, cui annunciatio inſignis privilegii contigit. οἱ ἀμφότεροι.

§§. Praedicatum, exprimens inſigne privilegium ipſis conceſſum, ejusque cauſſas.

/. Privilegium ipſum exprimitur verbis: ἔχομεν τὴν προσαγωγὴν πρὸς τὸν Πατέρα. Perpende hic

— Objectum. DEUM, nunc ſpectandum ut *Patrem*. τὸν Πατέρα.

= Quâ ratione credentibus *Judaeis* & *Gentibus*, ſine diſcrimine, circa hoc objectum verſari detur. ἔχομεν τὴν προσαγωγὴν πρὸς αὐτόν.

//. Cauſſas ejus:

— Meritoriam. Quae indicatur verbis δι' αὐτοῦ.

= Ef-

(*a*) Ὅτι hic videtur idem ſignificare, ac, *videlicet quod*.

Digitized by Google

2.AA.בב.bb.(ββ)§§.//.—

= Efficientem. (a)
Quae
†. *Indicatur*. ἐν Πνεύματι.
††. *Unitas ejus conſideranda proponitur, quando additur* ἑνὶ.

ββ. Concluſione; quâ felicitas praeſentis eorum ſtatûs, oppoſitè ad priorem, ornatè exponitur, indicaturque, quod ad eum pervenerint per *Chriſtum*, & in communione Eccleſiae *Judaicae*. Cap. II. 19. 20. 21. 22. Hic perpendere oportebit §§. Rem ipſam, quam teſtatur Apoſtolus. Nimirum, ipſam illam, modo memoratam, praeſentis ſtatûs eorum expoſitionem: Quae duplici comparatione, ſive Metaphorâ, perficitur.

aa. Deſumptâ a converſatione Politicâ. Cap. II. 19. Hic ſtatus *Epheſiorum* credentium ex *Gentibus*

(αα) Negativè, & oppoſitè ad priſtinum ſtatum deſcribitur.

§. Priſtinus ſtatus indicatur duobus nominibus. ξένοι καὶ πάροικοι.

1. Prius deterrimum ſignificat ſta-

(a) Niſi malis verba ἐν ἑνὶ πνεύματι ſumere de mutuâ animorum conſentione, atque ſic cauſſam inſtrumentalem, vel adjunctum, ſignificabit. Communis tamen explicatio mihi hactenus magis placet.

Digitized by Google

2.BB.ΝΝ.aa.(αα)§. /.

ſtatum. ξένοι. (*a*)

//. Alterum, paulo meliorem. καὶ πάροικοι.

Ubi videndum eſt

— *Quid ſignificetur nomine* πάροικοι. (*b*)

= *Quo pacto hic ſtatus conſideretur, ut aliquanto exoptatior illo* τῶν ξένων.

§§. Significatur, quod is nunc ceſſet. ὐκέτι ἐστε.

(ββ) Poſitivè, ſtatus praeſens deſcribitur, & priori opponitur. Hic

§. Oppoſitio exprimitur per particulam adverſativam ἀλλὰ.

§§. Deſcriptio ſtatûs bimembris eſt.

/. Quoad conſociationem cum illis, qui jam antehac populus DEI fuerant, quibuscum nunc pari jure gauderent. συμπολῖται τῶν ἁγίων.

Ubi attendendum eſt ad

— *Illos, quibus aſſociati ſint; qui exprimuntur nomine* τῶν ἁγίων.

= *Mo-*

(*a*) Ξένοι planè alieni; ab ipſa occaſione ferè, ſaltem a communione, mediorum Gratiae & populi DEI excluſi.

(*b*) Πάροικοι, qui aliquam populi DEI, & mediorum gratiae communionem habebant: quales erant proſelyti, tum portae, tum juſtitiae; ſinguli ſuo modo: Inferiori tamen conditione, Judaeis ex Iſraele natis.

Digitized by Google

2.BB.אּ.aa.(ββ)§§.1.—

= *Modum & gradum conſociationis ; qui exprimitur , quando dicuntur illorum* συμπολῖται.

II. Quoad communionem cum DEO. καὶ οἰκεῖοι τῦ Θεῦ.

— *Particula* καὶ *hic quaſi gradationi inſervit.*

= *Quo loco apud DEUM ſint, exprimitur, quando dicuntur* οἰκεῖοι τῦ Θεῦ.

bb. Deſumptâ ab aede ſacrâ. Cap. II. 20.21.22. His verbis Apoſtolus

(*aa*) Summatim arctiſſimam credentium ex *Gentibus* cum illis ex *Judaeis*, in *Chriſto*, conjunctionem elegant. pingit, ſimilitudine ab aedificio, fundamento ſuperſtructo, deſumptâ. Cap. II. 20. Ubi proin conſiderare oportet

§. Fundamentum. Quod Apoſtolus

1. Appellat Fundamentum *Apoſtolorum* & *Prophetarum*. Perpendendae hic veniunt

— Perſonae, quibus DEO placuit, ut miniſtris, uti. *Quarum duas claſſes facit Apoſtolus.*

†. *Primam exprimit nomine* τῶν Ἀποστόλων.

††. *Alteram exprimit, & illi jungit verbis* καὶ Προφητῶν.

Vi-

Digitized by Google

2.BB.ℵℵ.*bb*.(αα)§. *l*.⊣ ††.

Videamus igitur
AAA. Mentionem fieri Προφητῶν.
BBB. Eosque *Apoſtolis* jungi, particulâ *καὶ*. (*a*)

= Opus, quod per eos fieri voluit. Quod exprimit loquens de eorum fundamento. τῷ θεμελίῳ. (*b*)

ll. Ulterius deſcribit, a praecipuâ ejus parte, lapide angulari, quem *Jeſum Chriſtum* eſſe indicat. Hic videamus

⊣ Quid ponat Apoſtolus. Nimirum *Jeſum Chriſtum* illius fundamenti eſſe lapidem angularem. *Videamus igitur*

†. *Mentionem factam* Jeſu Chriſti. Ἰησοῦ Χριστοῦ.

††. *Hunc conſiderari inſtar* ἀκρογωνιαίου αὐτοῦ.

= Quam relationem haec veritas habeat ad id, quod hic docere vult Apoſtolus; quam relationem exprimit participiali locutione

---

(*a*) Niſi eosdem duobus nominibus inſignitos velis, quoniam articulus non eſt praepoſitus nomini προφητῶν. Apoſtoli enim quoque dono prophetiae erant inſtructi.

(*b*) Quod ſcilicet praedicatione ſuâ jecerant. confer 1 Cor. III. 10.

Digitized by Google

ne, genitivisque absolutis. ὅτι τοῦτος Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀκρογωνιαίου αὐτοῦ.
Nimirum in hac veritate continetur ratio, & causſa illius, quod de credentibus ex *Gentibus*, eorumque arctissimâ cum illis ex *Judaeis* conjunctione, docere vult Apostolus.

§§. AEdificationem *Ephesiorum*, ex *Gentibus* credentium, super hoc fundamentum. ἐποικοδομηθέντες. Hic

/. Res ipsa consideranda venit. Illa, videlicet, credentium *Ephesiorum* ex *Gentibus* super hoc fundamentum *aedificatio.*

//. Relatio ejus

— Tum ad veritatem modo praemissam.
Nimirum, quoniam *Christus* secundum Prophetias *lapis angularis* esse debebat, hanc ob causſam duo parietes, hinc *Judaei*, illinc *Gentes*, in ipso conjungi, & simul per ipsum sustentari debebant. Atque haec est ratio, quare credentes ex *Gentibus* eidem fundamento *Apostolorum* & *Prophetarum* super-

 strui

Digitized by Google

2.BB.NN.*bb*.(αα)§§.//.1

ſtrui debuerint.

II Tum ad totam pericopam praecedentem; quâ eadem utrorumque in *Chriſto* conſociatio aliâ ſimilitudine (civium, ſcilicet, & domeſticorum) picta fuit. Ad quam praecedentem igitur pericopam ulterius illuſtrandam, confirmandamque, haec, ab aedificio deſumpta, ſimilitudo ab Apoſtolo eſt adhibita. Quod participialis locutio ἐποικοδομηθέντες &c. innuit.

(ββ) Idque ulterius elaborat, & amplificat. Cap. II. 21. 22.

§. In genere. Cap. II. 21. Ubi oſtendit, quo pacto *Chriſtus* ſit, demonſtreturque *lapis angularis*. Ubi

I. Totam Eccleſiam, ut unum aliquod inſigne aedificium, conſiderat. Quando dicit πᾶσα ἡ οἰκοδομὴ. *Conſiderat*, *inquam*, *Eccleſiam*

I *Ut aedificium*, *fundatum quidem*, *& inceptum*. *Quo pacto eam ſpectandam exhibet*, *quando dicit* ἡ οἰκοδομὴ.

II *Ut inſigne*, *multas partes ſuo ambitu complectens*, *aedificium*. *Quod indicat particula* πᾶσα.

II. De

Digitized by Google

2.BB.אא.bb.(ββ) §. 1.

II. De illâ teſtatur:

— Quid, & quomodo, ei eventurum ſit. συναρμολογουμένη αὔξει εἰς ναὸν ἅγιον ἐν Κυρίῳ.

†. Rem ipſam exprimit, ita ut

AAA. Generatim ejus incrementum praedicat. αὔξει.

BBB. Finemque, ad quem tandem perventura ſit, indicet. εἰς ναὸν ἅγιον ἐν Κυρίῳ. Ubi notat

אאא. Gloriam, cui deſtiſtinata ſit. εἰς ναὸν ἅγιον.

aaa. Perpendatur hic gloria; quae erit ultimus, ad quem ipſa perducetur, finis, ſive pleniſſima conſummatio. Quae

(ααα) Indicatur. Evaſura, ſcilicet, Eccleſia eſt in ναὸν, *Templum.*

(βββ) Exaggeratur, vel amplificatur. Quando additur ἅγιον.

bbb. Conſideretur illa, ut finis, vel conſummatio hujus aedificii, nimirum Eccleſiae. Quod innuitur per particulam εἰς.

Digitized by Google

2.BB.אא.*bb*.(ββ)§.*ll*.— †.BBB.אאא.

בבב. Quo Mediatore ad hunc honorem, ut ſit *Templum ſanctum*, perventura ſit. ἐν Κυρίῳ. *Ubi conſiderandum eſt aaa. Quis ſit ille Dominus, de quo ſermo eſt.* Κυρίῳ

bbb. Sub quâ χέσει *hic conſiderandus. Quod indicat particula* ἐν. ΕΝ Κυρίῳ.

††. Modum, quo ad illam conſummationem perveniet, addit. Is exprimitur verbo, συναρμολογουμένη.

II Quis hujus aedificii columen, omnisque hujus concinnitatis Auctor & fundamentum ſit: nimirum *Jeſus Chriſtus*. Quod ſignificatur verbis ἐν ᾧ.

§§. In ſpecie, relatè, vel in ordine, ad credentes *Epheſios* ex *Gentibus*. Ubi docet, id, quod generatim de Eccleſiâ univerſâ dixerat, de *Epheſiis*, credentibus ex *Gentibus*, quoque verum eſſe. Ubi Apoſtolus noſter

/. A generaliori hoc aſſerto, ad ſpecialius, progreditur: per particulam καὶ, & pronomen ὑμεῖς.

Ubi

Digitized by Google

2.BB.אא.bb.(ββ)§§. 1.

Ubi

I *Pronomen* ὑμεῖς *indicat, quod reſpiciat ad credentes ex* Gentibus.

II *Tranſitio, quae fit per particulam* καὶ, *indicat, quod id, quod in genere de Eccleſiâ dixerat, ſingulatim quoque ſuam in credentibus* Epheſiis, *ex* Gentibus, *veritatem habeat.*

1. Res ipſa, quam de credentibus *Epheſiis* ex *Gentibus* dicit.

— Exprimit, ſcilicet, Praerogativam eis nunc communicatam. Quae,

†. In ſe ſpectata, ſignificatur verbis, συνοικοδομεῖσθε εἰς κατοικητήριον τοῦ Θεοῦ. Quibus eis tribuit

AAA. Conjunctionem cum Eccleſiâ univerſali. συνοικοδομεῖσθε.

BBB. Participationem gloriae inhabitationis Majeſtatis Divinae. εἰς κατοικητήριον τοῦ Θεοῦ.

Ubi notetur

אאא. *Ipſa haec gloriae praerogativa. Fiebant* κατοικητήριον τοῦ Θεοῦ.

בבב. *Connexio ejus cum me-*

2.BB.אא.*bb*.(ββ)§§.//.⊢ †.BBB.בבב.

morata conjunctione cum Ecclesiâ universali. Quae indicatur per particulam εἰς.

††. Ratione causſae efficientis explicatur. ἐν Πνεύματι.

⊐ Quod & haec praerogativa eumdem *Jesum Christum* pro fundamento habeat. Quod indicat verbis ἐν ᾧ.

גב. Consequentiam, quâ hanc rem ex praecedentibus elicit. ἄρα οὖν.

Quod si verba ἐν Πνεύματι propius cum verbis, εἰς κατοικητήριον τοῦ Θεοῦ, quam cum verbis, ὑμεῖς συνοικοδομεῖσθε, conjuncta velis, haec erit analysis:

⊢ Praerogativam exprimit. Ubi

† Conjunctionem cum Ecclesiâ universali, cujus pars Ecclesia *Judaica* jam fuerat dudum, indicat, dicens: συνοικοδομεῖσθε.

††. Participationem gloriosae inhabitationis Majestatis Divinae addit, ceu finem hujus συνοικοδομήσεως. Εἰς κατοικητήριον τοῦ Θεοῦ ἐν Πνεύματι. Quibus verbis haec praerogativa AAA. Significatur.

אא. Generatim indicando, quod fierent κατοικητήριον τοῦ Θεοῦ.

בבב. Idque, ratione Divinae inhabitationis, explicat verbis ἐν Πνεύματι.

BBB. Connectitur cum memoratâ eorum cum Ecclesiâ universali conjunctione. per particulam εἰς.

⊐ Fundamentum. Quod exprimitur voculis ἐν ᾧ.

TA-

Digitized by Google

TABULA XIII. SPECIALIS,

CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLÆ

AD EPHESIOS.

CAP. III: 1--12.

Hac Pericopâ continetur commendatio ministerii Apostoli, in primis quatenus versabatur circa *Gentes*.

Signata est haec Pericopa in Tabulâ Generali II. A. ב. *b.*(α) 1. AA.

In hac pericopâ notare oportet

א. Propositionem commendationis, suprà dictis connexam. Cap. III. 1.

aa. Quod ad rem ipsam attinet,

(αα) Subjectum hujus propositionis indicatur

§. Pronomine primae personae. Ἐγὼ. (*a*)

§§. Nomine proprio addito. Παῦλος. (*b*)

(ββ) Prae-

(*a*) Emphasis latet in hoc pronomine. EGO. Adeo olim celebris inter *Judaeos*; nunc illam celebritatem flocci faceins.

(*b*) PAULUS. olim *Saulus*. *Judaeus*, persequens sanctos.

Digitized by Google

ΝΝ.αα.(αα)
(ββ) Praedicatum conſtat
§. Deſcriptione ſtatûs ſui. ὁ δέσμιος τοῦ Χριστοῦ Ἰησοῦ.
§§. Teſtificatione, in quorum commodum hunc ſtatum ſubierit.
/. Speciatim quidem *Epheſiorum*. ὑπὲρ ὑμῶν.
//. Generatim quoque reliquorum electorum ex *Gentibus*, utpote quorum inſtar, & quorum pars erant credentes *Epheſii*. τῶν ἐθνῶν.
bb. Quod ad connexionem attinet, conjungitur, ut medium ſubordinatum, illis eximiis privilegiis, ad quae *Gentes* (in *Chriſto*, & in communione cum Eccleſiâ *Judaicâ*) evectae erant. Τούτου χάριν. (*a*)
בב. Propoſitionis amplam elaborationem. Quae conſtat
aa. Confirmatione, cum illuſtratione ad exaggerationem faciente. Cap. III. 2–7. Hic notemus
(αα) Confirmationem, ſummatim propoſitam. Cap. III. 2. In quâ attendere oportet ad
§. Facta ipſa: quae exponunt
/. Quid Apoſtolo contigerit. Quod ita ob oculos ponit, ut id,

→ Qua-

(*a*) Reſpicere videtur primariò & proximè ad verſum immediatè praecedentem.

Digitized by Google

בב.aa.(αα)§. 1.

Exprimat,

— Quatenus ſe ipſum ſpectat. Quod comprehendit verbis: χάριτος τῦ Θεῦ τῆς δοθείσης μοι.

Id, quod ſibi acciderat,

†. *Comprehendit nomine* τῆς χάριτος. *Intelligit Gratiam Converſionis & Apoſtolatûs & omnium quae huc pertinent. Quae omnia nullo ſuo merito, ſed ex mero favore acceperat.* (a)

††. *Largitorem & largitionem conceptis verbis exprimit.* τῦ Θεῦ τῆς δοθείσης μοι.

AAA. *Largitorem nomine* τῦ Θεῦ *exprimit.*

BBB. *Largitionem ipſam, verbis* τῆς δοθείσης μοι.

= Quatenus relationem ad credentes *Gentiles*, inter quos etiam ſpeciatim *Epheſii* erant, habet; quod ſignificat verbis εἰς ὑμᾶς.

//. Quod haec Divina OEconomia *Epheſios* non lateat. Ubi Apoſtolus

— Perpendendam in hac Gratiae Divinae largitione ſiſtit ſingularem DEI diſpenſationem, ut Patris familiae, qui de menſurâ donorum, & de functionibus in domo ſuâ, diſponit pro ſuo arbitrio. τὴν οἰκονομίαν.

= Teſtatur, quod *Epheſii* illam diſpenſationem (partim ex ore comitum

(a) Vide ſupra pag. 45.

Digitized by Google

בב.aa.(αα)§. //.=

ſuorum, qui in ipſo itinere *Damaſceno* ipſi adfuerant, vel illorum, qui ab illis illa audiverant; partim ex ſuo relatu, & maximè ex teſtimoniis omnium, inter quas verſatus erat noſter Apoſtolus, Eccleſiarum) *audiverint*. ἠκούσατε.

§§. Ad confirmationem, quam horum factorum commemoratione intendit. Quam indicat particulâ Εἴγε. (*a*)

(ββ) Hujus confirmationis illuſtrationem, cum exaggeratione conjunctam. Cap. III. 3--7.

§. Illuſtrationem confirmatoriam habemus. Cap. III. 3. 4. In quâ

/. Declarat, ad quam potiſſimùm partem OEconomiae Gratiae, ſibi conceſſae, reſpiciat. Nimirum, quod DEUS per revelationem ſibi notum fecerit hoc myſterium, ſicuti breviter antè deſcripſerat. Hic perpendamus

— Rem ipſam. Ad quam rectè percipiendam conſiderandum eſt

†. De objecto, circa quod verſata fuerit haec Divina Gratia. Quod AAA. Breviter contemplandum proponit, ut τὸ μυστήριον.

BBB. Declarat, quale myſterium intel-

(*a*) Quam non dubitationis, ſed ratiocinationis eſſe, in Prolegomenis indicavimus. pag. 44.

Digitized by Google

בב.aa.(ββ)§. /. — †.BBB.

intelligat, nimirum, ſicuti paucis Capite praecedenti deſcripſerat : coadunationem videlicet *Gentium* & *Judaeorum*. καθὼς προέγραψα ἐν ὀλίγῳ.

††. Quid *Paulo* de hoc objecto fecerit Divina Gratia. Quod

AAA. Generalius indicat. ἐγνώρισέ μοι.

BBB. Specialius (quod inſignem habet emphaſin) addens κατὰ ἀποκάλυψιν.

⁝ Indicat ſe ad hanc potiſſimum Gratiae Divinae diſpenſationis partem reſpicere. Quod indicat particula ὅτι.

//. Simulque quaſi in parentheſi aſſertum ſuum confirmat. Cap. III. 4. Quibus verbis

— Sibi tribuit intelligentiam, in hoc myſterio *Chriſti*.

†. Objectum, de quo modo locutus erat, repetit, ita ut

AAA. Non tantum iteratò illud ſpectandum proponat, ut μυστήριον.

BBB. Sed addat, illud eſſe μυστήριον τοῦ Χριστοῦ.

††. Circa hoc objectum ſibi tribuit intelligentiam. τὴν σύνεσίν μου ἐν τῷ μυστηρίῳ τοῦ Χριστοῦ. (a)

(a) Non inanis gloriae cupiditas, ſed neceſſitas Apoſtolum impulit, ut ita loqueretur; neceſſitate quadam ad id erat compulſus propter Adverſarios. Erant

בב.*aa*.(ββ)§.11. — ††.

= Oſtendit, quomodo hac de re notitiam, vel ex ipſâ hac Epiſtolâ, habere poſſint.

†. Quod veritas ſui dicti *Epheſios* latere non poſſit, eisque contrà ante oculos verſari debeat, ſignificat; dicens δύνασθε νοῆσαι.

††. Medium, per quod veritatem hujus dicti (quod nimirum σύνεσιν habeat in hoc myſterio *Chriſti*) cognoſcere, & perpendere poſſent, indicat verbis: πρὸς ὃ ἀναγινώσκοντες.

§§. Exaggerationem. Cap. III. 5. 6. Quae fit

/. Per oppoſitionem priſtini defectûs cognitionis hujus myſterii, & ejusdem nunc manifeſtationem. verſu 5.

— Priſtinum defectum deſcribit. verſu 5.

p. pr.

Erant, qui carperent ejus praedicandi modum, quo Evangelium *Gentibus* eſſet ſtultitia; non accommodatum ſapientiae *Philoſophorum*, vel eloquentiae *Rhetorum*; unde per hanc imprudentiam ipſe ſibi vinculorum cauſſa fit. Vide quae dixi ad ſecundam Epiſtolam ad *Corinthios*.

Exiſtere poterant quidam, qui animum dubium haberent, an Apoſtolus, cujus miniſterio Evangelium accepiſſent, verè fuerit ad hoc a DEO miſſus; cum ex iteratis vinculis, e quibus fortè non evaderet, ferè colligendum videri poſſet, opus *Pauli* non probari a DEO.

Contra utrosque diſputans Apoſtolus, vult, ut attendant ad illa, quae ſcribebat; quae ſi cum Prophetiis & Typis conferrent, ſimulque conſiderarent, quam ſapienti, quam eleganti, quamque emphatico ſtylo ea expreſſerit, dubitare non amplius poſſent, an *Paulus* eſſet Apoſtolus *Gentium*, & δέσμιος *Chriſti*; cujus, & vinculorum ejus, *Epheſios* pudere nequaquam deberet, nec ipſi ob ea defetiſcere.

Digitized by Google

בב. aa. (ββ) §§. 1.—

p. pr. Quibus verbis
†. Indicat, ad quod tempus reſpiciat. ἐν ἑτέραις γενεαῖς.
††. Teſtatur, quantoperè iſtis aetatibus quoſvis homines hoc myſterium (quamvis hos magis, illos minus) latuerit. Quod
AAA. Generatim exprimit, dicens οὐκ ἐγνωρίσθη.
BBB. Et univerſalitatem carentiae hujus cognitionis addit: τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων.

= Eumque comparat, & opponit manifeſtationi, nunc per Spiritum Apoſtolis, & Prophetis factae. Ubi
†. Quod (non abſolutè, ſed) comparatè loquatur, ſignificat per particulam ὡς.
††. Oppoſitionem autem facit
AAA. Praeſentis temporis. per adverbium νῦν.
BBB. Illius, quod hoc tempore factum eſt. Ubi perpendenda
אאא. Res ipſa. Scilicet, Revelatio myſterii Apoſtolis & Prophetis facta. Ad quam intelligendam,
aaa. Objectum conſiderandum eſt geminum:
(ααα) Primi ordinis.

Digitized by Google

בב.*aa*.(ββ)§§./.⊐ ††.BBB.אאא.*aaa*.

Quod

* *Muneris nomine significatur.* τοῖς Ἀποστόλοις ἀυτῦ.
Ubi perpendere juvat AAAA. Cui Domino inserviant, *Christo* scilicet. Quod indicatur pronomine ἀυτῦ.

BBBB. Quali officio ei inserviant. Utitur scilicet eis, ut τοῖς Ἀποστόλοις.

* *Describitur a laudabili qualitate; quando hi Apostoli insigniuntur elogio* τοῖς ἁγίοις.

(ββ) Secundi ordinis, priori junctum. καὶ Προφήταις.

Ubi

* *Contemplandae veniunt ipsae personae, quae dicuntur* Προφῆται.

** *Earumque cum Apostolis consociatio, indicata per copulam* ϗ.

bbb. Quid

Digitized by Google

בב.aa.(ββ)§§. /. ⁼ ††.BBB.אאא.aaa.

bbb. Quid huic objecto gemino factum ſit. ἀπεκαλύφθη, ſcilicet, τὸ μυστήριον Χριστοῦ. (a)

בבב. Cauſſa efficiens, per quam haec revelatio facta ſit. ἐν Πνεύματι.

//. Declaratione Argumenti ipſius hujus myſterii. verſu 6.

Ubi notetur

† Subjectum. Quod vocat τὰ ἔθνη.

†† Quid de illis praedicet. Ubi docet, quam inſigni beneficio, unà cum credentibus ex *Judaeis*, donatae ſint *Gentes*, quóque medio ad participationem eorum perducantur. Notetur hic

†. Beneficiorum, unà cum *Judaeis*, participatio, quae *Gentibus* tribuitur. Quae

AAA. Exprimitur generatim duobus praedicatis. Quorum

אאא. Prius eis portionem in haereditate aequalem tribuit. dicendo τὰ ἔθνη εἶναι συγκληρονόμα.

Ubi notetur

aaa. Subjectum. τὰ ἔθνη.

bbb. Prae-

(a) Videtur reſpicere ad Act. X. XI. & XIII.

בב.*aa*.(ββ)§§.//.〓†.AAA.אאא.*aaa*.

bbb. *Praedicatum*. εἶναι συγκληρονόμα.

בבב. Alterum arctiſſimam *Judaeorum* & *Gentium* conjunctionem exprimit ; quando additur χ᾽ σύσσωμα.

Hic notetur

aaa. *Res ipſa*. σύσσωμα.

bbb. *Copula*. καὶ.

BBB. Illuſtratur connotatione originis, ex quâ fluat haec participatio. καὶ συμμέτοχα τῆς ἐπαγγελίας αὐτοῦ ἐν τῷ Χριστῷ.

ΝΝΝ. Quoad rem ipſam, perpendendum eſt,

aaa. Apoſtolum praeſupponere factam a DEO eſſe promiſſionem in Chriſto. Adeoque conſiderandum eſt (*aaa*) De promiſſione boni alicujus exſpectandi. τῆς ἐπαγγελίας. (*a*)

(ββB) De

(*a*) Putem reſpici ad promiſſionem benedictionis *Abrahamo* & ſemini ejus factam: De quâ locutus eſt Rom. IV. & Gal. III.

Digitized by Google

בב. *aa.* (ββ) §§. //. = †. BBB. אאא. *aaa.* (ααα) (βββ) De fonte, ex quo hoc bonum manaret, ſive fundamento, in quo hoc bonum fundatum eſſet. ἐν τῷ Χριστῷ.

bbb. *Gentibus* tribuere participationem hujus promiſſionis: teſtando τὰ ἔθνη (εἶναι) συμμέτοχα.

בבב. Quoad connexionem, particulam ᾧ inſervire illuſtrationi.

††. Medium, per quod ad hanc participationem perducuntur *Gentes.* διὰ τοῦ Εὐαγγελίου.

bb. Copioſiori excellentiae ſui miniſterii amplificatione. Cap. III. 7--12. In quâ

(αα) Oſtendit ſe ad hoc miniſterium eſſe conſtitutum, cum ſingulari Divinarum virtutum demonſtratione. Cap. III. 7. Quibus verbis §. Munus ſibi impoſitum exprimit. οὗ ἐγενόμην διάκονος.

Et quidem

1. *Munus ipſum, dicens, quod ſit* Evangelii Miniſter.

— *Objectum, circa quod verſetur, exprimitur pronomine relativo* οὗ.

Digitized by Google

בב.*bb*.(αα) §. *I*. —

= *Qualitas muneris, circa hoc objectum verſantis, nomine* διάκον@.

II. Ordinationem ad illud. ἐγενόμην.

אאא. Indicat esse περιφερομένους παντὶ ἀνέμῳ τῆς διδασκαλίας.

aaa. Comparat varias erroneas doctrinas cum ventis, nunc ex hac, nunc ex illâ coeli plagâ, plus minusve, flantibus.

Quare notetur

(aaa) Comparatio doctrinarum cum vento. ἀνέμῳ διδασκαλίας.

(βββ) Eum considerari, ut multiplicem. πάλι.

bbb. Malum hinc metuendum est περιφέρεσθαι πάλι ἀνέμῳ τ διδασκαλίας. quovis *istiusmodi* vento circumagitari.

גגג. Idque per gradationem praecedenti jungit per particulam καὶ.

††. Ostendit, unde, nisi avertantur, metuenda sint. Quod

AAA. Summatim proponit. ἐν τῇ κυβείᾳ ἀνθρώπων.

Digitized by Google

§. /. = ††.AAA. θρώπων.

BBB. Amplificat. Indicando

אאא. Quod iſti homines impoſtores in omnes ſe vertant formas. ἐν πανουργίᾳ.

בבב. Quod intentio eorum ſit artificioſè fallere. πρὸς τὴν μεθοδείαν τῆς πλάνης.

//. Ejusdem averruncationem. ἵνα μὴ.

§§. Poſitivè; ita ut indicetur, quale bonum, malo modò propoſito oppoſitum, exſpectandum ſit. Cap. IV. 15. Quod

/. In ſe ſpectatum hic in conſiderationem mittendum eſt.

Ubi videmus

– Oppoſitionem indicari per particulam אּ.

= Rem ipſam ita proponi, ut

†. Indicetur medium, quo ad perfectiorem ſtatum graſſari detur. Quod indicatur verbis: ἀληθεύοντες ἐν ἀγάπῃ.

Hic perpendamus

AAA. *Ipſum hoc officium. Quod*

אאא. *Occupatione circa veritatem conſtat. Quae occupatio exprimitur verbo* ἀληθεύειν.

בבב. *Conjunctum eſſe debet cum caritate.* ἐν ἀγάπῃ.

BBB. *Illud conſiderari, ut medium graſſandi ad perfectiorem ſtatum. Quod indicatur per participialem phraſin, quâ verbis ſequentibus jungitur.* ἀληθεύοντες ἐν ἀγάπῃ.

††. Sta-

Digitized by Google

§§ I.=†.

††. Status ipſe, ad quem (unà cum Apoſtolo) eniti debeant, exprimatur,

AAA. Generatim, cum amplificatione quadam, ut *incrementum*. τὰ πάντα ἀυξήσωμεν.

אאא. *Officium ipſum eſt* ἄυξησις. incrementum.

בבב. *Officii amplificatio additur*. τὰ πάντα.

BBB. Speciatim, in cujus communione hoc incrementum capere debeant. Quod

אאא. Indicatur verbis: εἰς ἀυτὸν. (*a*)

בבב. Illuſtratur, & urgetur

aaa. Deſcriptione ejus, a relatione ad Eccleſiam, ſimili illius, quae eſt inter caput, & corpus humanum. ὅς ἔστιν ἡ κεφαλὴ.

bbb. Indicatione nominis, quo ſignificatur Eum ad hoc a DEO Patre eſſe conſtitutum. ὁ Χριστὸς.

II. Spectandum, ut finis, cui inſervit illa, quae per CHRISTUM fit, munerum, & donorum diſpenſatio. Quo pertinet particula ἵνα in principio commatis 14.

(*a*) Perpendat me perſpicacior Lector, an εἰς ἀυτὸν idem valeat, atque ἐν ἀυτῷ. Dubito, quia reverentia erga Spiritum Sanctum mihi perſuadet, Ipſum habuiſſe rationem, ob quam non ἐν ἀυτῷ, ſed εἰς ἀυτὸν dicere maluerit. Quid ſi εἰς ἀυτὸν concipiamus eo ſenſu, ut denotet, ut evadamus membra Ipſum decentia, vel corpus ipſi conveniens?

Digitized by Google

TABULA XXVI. SPECIALIS,

CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLAE

AD EPHESIOS.

CAP. IV: 16.

Continet hoc comma quasi Epilogum ratiocinationis de dispensatione, quâ CHRISTUS *Dominus* diversa munera, & dona distribuit; quo docetur, per id *Ecclesiam* totam, mirificè in unum corpus compactam, incrementum accipere. Cap. IV. 16.

Signata est haec pars Epistolae in Tabulâ Generali.
II.B.ב.*a*.(α)2.BB.בב

In hoc commate videmus

aa. Eleganti Metaphorâ depictum, quid ex hac CHRISTI munerum, & donorum dispensatione, *Ecclesiae* toti exspectandum sit. Ubi considerandum occurrit

(αα) Subjectum. Quod

§. Indicatur; ità ut

I. *Ecclesia* consideretur instar corporis humani, & ea propter vocetur τὸ σῶμα.

II. Non tantum acervatim spectetur, sed simul

mul

aa.(αα)§. //.

mul significetur eam considerari ratione singularum partium, quarum nulla excludatur. Quo pertinet adjectivum universalitatis πᾶν.

§§. Describitur, ut

/. Ex variis membris, quorum singula singularem usum habeant, affabrè compositum. συναρμολογούμενον.

//. Ex compactione firmitatem simul habens. καὶ συμβιβαζόμενον.

Quod

— *Indicatur per verbum* συμβιβαζόμενον.

= *Quasi per gradationem priori jungitur, per particulam* καὶ.

(ββ) Praedicatum. Quo indicatur,

§. Ad quem statum, quamvis gradatim, tandem tamen perveniat. Ubi nota

/. Quid paulatim, & gradatim fiat. τὴν αὔξησιν τοῦ σώματος ποιεῖται. Nimirum, *incrementum suum promovet*.

//. Quo tandem, hoc pacto, perveniat, nimirum ad consummatum robur, ut evadat instar *aedificii* firmique habitaculi. εἰς οἰκοδομὴν ἑαυτοῦ.

§§. Quibus modis, & mediis ad hunc statum perveniat. Nimirum

/. Medium praerequisitum indicatur verbis: διὰ πάσης ἁφῆς τῆς ἐπιχορηγίας.

Quod

— In se spectatum nobis considerandum

Digitized by Google

aa.(BB)§§. I.—

proponitur, verbis: πάσης ἁφῆς τ ἐπιχορηγίας.
Ubi

†. *Acervatim ſpectatum exprimitur, nominibus exprimentibus*
AAA. *Cohaerentiam, ſive commiſſuram; quae ſignificatur voce* ἁφῆς.
BBB. *Mutuum uſum, qui indicatur voce additâ* τ ἐπιχορηγίας.

††. *Indicatur multifariam quidem eſſe, nullam tamen ejus partem hic excludendam. Quod adjectivum univerſalitatis innuit.* πάσης.

= Exhibetur, ut medium praerequiſitum ad incrementum corporis, ejusdemque aedificationem. Quod indicat praepoſitio διὰ.

//. Modus porro deſcribitur, per verba: καθ' ἐνέργειαν ἐν μέτρῳ ἑνὸς ἑκάστου μέρους. Quibus verbis

— Singulis membris proportionatam tribuit operationem.
Ubi

†. *Iterum docet corpus conſtare pluribus partibus, quarum nulla hic ſit excludenda. Quando mentionem facit* ἑνὸς ἑκάστου μέρους.

††. *Singulis tribuit proportionatam efficaciam, ſive operationem.*

AAA. *Ipſam*

Digitized by Google

aa.(ββ)§§.//.— † †.

AAA. *Ipſam operationem dicit* ἐνέργειαν.

BBB. *Illam non equidem aequalem, ſed proportionatam eſſe indicat, verbis* ἐν μέτρῳ.

= Secundum hanc fieri, ut corpus incrementum capiat. Quod ſignificat per praepoſitionem κατὰ.

bb. Propriis verbis expreſſum: quibus cauſſis haec felicitas *Eccleſiae* efficeretur.

(*aa*) Principalis indicatur, verbis ἐξ οὗ.

(ββ) Inſtrumentalis. ἐν ἀγάπῃ.



Digitized by Google

TABULA XXVII. SPECIALIS,

CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLAE

AD EPHESIOS.

CAP. IV. 17--25.

Continet haec pericopa Dehortationem, quâ Apostolus *Ephesios* suos, credentes ex Gentibus, (propter communionem, quam cum CHRISTO acceperant & convenienter doctrinae CHRISTI) avocat a vitiis Gentilismi, acervatim memoratis. Cap. IV. 17--25.

Signata est hac pericopa in Tabulâ Generali II.B.ב.*a*.(β)1.AA.

In hac pericopâ perpendere oportet

אא. Ipsum monitum, cum rationibus obligatoriis. Cap. IV. 17. parte post.--25. Notari igitur debet

aa. Dehortatio. Cap. IV. 17. p. poster.--19.

(*aa*) Proposita. Cap. IV. 17. parte posteriori. μηκέτι περιπατεῖν καθὼς τὰ λοιπὰ ἔθνη περιπατεῖ.

Hic

§. *Considerandam ipsis sistit conversationem re-*

Digitized by Google

reliquarum Gentium. τὸ περιπατεῖν τ λοιπῶν ἐθνων.

I. Subjectum, a cujus imitatione eos dehortari vult, indicat, dicens: τὰ λοιπὰ ἔθνη. *Quâ denominatione*

— *Significat, ad quod genus hominum digitum intendat.* τὰ ἔθνη.

= *Innuit simul* Ephesios *suos olim illis fuisse annumerandos, nunc non item. Quod significat vocula* λοιπὰ.

II. Huic tribuit vitae institutum. Quod exprimit verbo περιπατεῖ.

§§. *Ab illâ*, Ephesios *suos monet, ut nunc se abstineant.* μηκέτι περιπατεῖν, καθὼς &c.

I. Haud obscurè innuit *Ephesios* olim eumdem vivendi modum servasse.

II. Docet in eo illis non amplius perseverandum esse. μηκέτι περιπατεῖν &c.

(ββ) Illustrata; descriptione conversationis reliquarum *Gentium*. Cap. IV. 17. parte ultimâ, & versu 18. Haec descriptio

§. Summatim proponitur. Cap. IV. 17. verbis postremis. ἐν ματαιότητι τοῦ νοὸς αὐτῶν.

I. Menti Gentilium *tribuit* vanitatem. *Hic perpende*

— *Subjectum. Quod appellat nomine* τοῦ νοὸς αὐτῶν.

= *Quid ei tribuat. Nimirum* ματαιότητα.

II. Hanc vanitatem *considerat, ut principium conversationis Gentium; dicit enim,*

NN.aa.(BB)§.11.

enim, quod ambulent ΕΝ ματαιότητι.

§§. Amplificatur. Cap. IV. 18. Ubi oſtendit, in quo ſtatu ſit

/. *Gentium* intellectus, vel potius ratiocinandi facultas, quâ earum converſatio dirigatur. ἐσκοτισμένοι τῇ διανοίᾳ.

Conſiderandum hic eſt

— *De ſubjecto, quod eſt ratiocinandi facultas. Quam exprimit* τῇ διανοίᾳ.

= *De ſtatu, quem huic ſubjecto, vel* Gentibus, *ex hac parte ſpectatis, tribuit. Quando dicit, quod* Gentiles *fuerint* ἐσκοτισμένοι τῇ διανοίᾳ.

//. Imò omnis earum actuoſitas. De eâ docet,

— Qualis ſit miſerrimus earum ſtatus. ὄντες (dicit de *Ethnicis*) ἀπηλλοτριωμένοι τ ζωῆς τῦ Θεῦ.

Ubi videre oportet

†. *In quo conſiſtat* ἡ ζωὴ τῦ Θεῦ.

††. *Quid ſit* εἶναι ἀπηλλοτριωμένυς ἀὐτῆς, *quod* Gentibus *tribuit.*

= Quibus gradibus, vel partibus eo deveniant.

†. Ratione intelligentiae. διὰ τὴν ἄγνωσίαν τὴν ὖσαν ἐν ἀυτοῖς.

Hic conſiderandum

AAA. *Malum ipſis inhaerens.* τὴν ἄγνωσίαν τὴν ὖσαν ἐν ἀυτοῖς.

BBB. *Quod*

Digitized by Google

א.aa.(ββ)§§.//= †.AAA.

BBB. *Quod per, vel propter illud* abalienatae *ſint* a vitâ DEI. ΔΙΑ' τὴν ἀγνωσίαν &c.

††. Ratione perverſi ſtudii. διὰ τὴν πώρωσιν τ καρδίας αὐτῶν

Ubi rurſus perpende

AAA. *Malum hic expreſſum. Quod vocat* τὴν πώρωσιν τ καρδίας αὐτῶν.

BBB. *Quod per, & propter illud contumax malum, ſint* abalienatae vitâ DEI. ΔΙΑ' τὴν πώρωσιν &c.

bb. Rationes obligatoriae, deſumptae a diverſitate ſtatûs reliquarum *Gentium*, & credentium ex *Gentibus*. Cap. IV. 19--25. Quo fine

(aa) Repetitur, cum amplificatione, deſcriptio ſtatûs *Gentilium* indies in pejus ruentium. Cap. IV. 19. Nota hic

§. Fundi calamitatem. Quam indicat, dicens: οἵτινες ἀπηλγηκότες.

§§. Fructûs peſſimos, hinc natos. Quos admodum emphaticè deſcribit:

/. Ut ſervitutem voluntariam ſub laſciviâ. ἑαυτοὺς παρέδωκαν τῇ ἀσελγείᾳ.

//. Ut ſtudium enixum operandi impuritatem omnis generis. Notetur hic inſignis gradatio, quâ haec perverſitas exaggeratur.

= Generatim ſtudium illorum, dum

ℵℵ.*bb*.(*aa*)§§. //.—

illam ſervitutem ſerviunt, exprimit verbis: εἰς ἐργασίαν ἀκαθαρσίας.

†. *Res, cui operam dant, vocatur* ἀκαθαρσία.

††. *Modus, quo in illâ occupati ſunt, exprimitur*

AAA. *Per nomen* ἐργασίαν.

BBB. *Per totam phraſin:* ἑαυτοὺς παρέδωκαν εἰς ἐργασίαν.

⁼ Exaggeratur duplici additâ ῥήσει. Dicit enim Apoſtolus,

†. Quod non uni, ſed omni impuritati operam dent. πάσης (inquit) ἀκαθαρσίας.

††. Quod hanc operam ei dent inexplebili deſiderio. ἐν πλεονεξίᾳ (*a*)

(*ββ*) Ei opponit ſtatum credentium ex *Epheſiis*, qui antè *Gentiles* fuerant, ſed nunc melius edocti. Cap. IV. 20--25. Notamus hic

§. Oppoſitionem, quae exprimitur particulâ δὲ.

§§. Rem ipſam. Quae

/. Summatim proponitur. Cap. IV. 20. Ubi

— Subjectum emphaticè indicatur. ὑμεῖς.

⁼ Praedicatum eis tribuit,

†. Quod

(*a*) Singula verba habent aliquid gradationis,

Digitized by Google

אא.bb.(ββ)§§.1.=

†. Quod CHRISTUM *didicerint.* ἐμάθετε τὸν Χριςὸν. (a)

††. Quod Eum *non ita didicerint*, quaſi per ipſum liceret εἶναι ἀπηλγηκότας &c.

//. Elaboratur. Cap. IV. 21--25.

— Confirmatione. Cap. IV. 21. Quâ

†. Illis tribuit duplicem, quam acceperant, inſtitutionem. ἀυτὸν ἠκούσατε, καὶ ἐν ἀυτῷ ἐδιδάχθητε.

Hanc itaque

AAA. *Indicat duplici phraſi:*

אאא. *Externam.* ἠκούσατε.

בבב. *Internam, illi conjunctam.* καὶ ἐν ἀυτῷ ἐδιδάχθητε. Ubi

aaa. Gradatione quadam eis tribuit, praeter τὸ ἀκοῦσαι, etiam τὸ διδαχθῆναι.

(αaa) Gradatio innuitur, particulâ καὶ.

(βββ) Res ipſa exprimitur, verbo ἐδιδάχθητε. Quo indicatur, quod ἡ ἀκοὴ non fuerit fructu deſtituta, ſed animis eorum illapſa.

(a) Longè ſignificantius hoc eſt, quam ſi ſimpliciter dixiſſet, *didiciſtis doctrinam Chriſtianam.* Simul ſignificat, quod illius doctrinae objectum ita ſit CHRISTUS, ut CHRISTUM *noſſe* ſit *omnia*, quae huc pertinent, *noſſe*; ſpeciatimque noſſe, quod CHRISTUS factus ſit *Sanctificatio*, non minus quam *juſtificatio* &c. conf. 1 Cor. I. 30. 1 Tim. II. 20. &c.

א.*bb*.(ββ)§§.//.— †.AAA.בבב.*aaa*.

bbb. Imò τὸ διδαχθῆναι ἐν αὐτῷ. (a)

BBB. *Affirmat*, *vel* (*fortè potius*) *artificiosè contradistinguit doctrinae aliorum*, *nomen CHRISTI mentientium*, *vel etiam doctrinam Christianam calumniantium*, *quasi licentiam peccandi faceret*: καθώς ἐστιν ἀλήθεια ἐν Ἰησοῦ.

††. In confirmationem suae dehortationis, affert, quod *NON ITA didicerint* CHRISTUM. Quod indicat particula εἴγε.

= Illustratione, quâ copiosius edisseritur, quomodo CHRISTUM audiverint, & in eo edocti sint; vel quomodo se habeat *veritas in* JESU, etiam a quibus officiis illa sit inseparabilis. Cap. IV. 22. 23. 24. Hisce versiculis officia credentium ex *Ephesiis* describuntur

†. Oppositè ad veterem corruptionem. Cap. IV. 22. Ubi

AAA. Indicat, se istiusmodi oppositi-

(a) Id est, in ejus communione, per Spiritum ejus, qui ab ipso in eos influit, ad aperiendos oculos, sanctificationem totius hominis &c. Singularem igitur emphasin hic habet praepositio E'N.

Digitized by Google

positionem instituere velle. καὶ τὴν προτέραν ἀναστροφήν.

BBB. Exponit, quid eis, hoc respectu, faciendum sit. Quod

אאא. Proponit. ὑμᾶς ἀποθέσθαι τ παλαιὸν ἄνθρωπον.

Ubi perpendendum est

aaa. Objectum. Quod considerandum proponit, ut

(aaa) Ἄνθρωπον.

(βββ) Παλαιὸν.

bbb. Quid huic objecto faciendum sit. Quod exprimit verbo ἀποθέσθαι.

בבב. Urget, ulteriori hujus corruptionis descriptione, quâ indicat, quod vario modo in pejus ruat. τ φθειρόμενον κατὰ τὰς ἐπιθυμίας τῆς ἀπάτης.

aaa. Generatim igitur dicit *veterem hominem corrumpi.* φθειρόμενον.

bbb. Speciatim addit id fieri secundum *concupiscentias seductionis.*

Perpendere hic oportet,

(aaa) *Quid sint* ἐπιθυμίαι τ ἀπάτης.

Digitized by Google

א.bb.(ββ)§§.//.= †.BBB.בבב.bbb.(ααα)

* *Ponit dari ἀπάτην, quam conſiderat, ut matrem, ſive cauſſam occaſionalem.* (a)

** *Hinc enaſci, vel excitari ἐπιθυμίαν varii generis; quam ob cauſſam loquitur de* concupiſcentiis, *in plurali.*

(βββ) *Quo pacto* vetus homo *dicatur* φθείρεσθαι ΚΑΤΑ' τὰς ἐπιθυμίας τῆς ἀπάτης. (b)

†† Relatè ad novam, longéque meliorem diſpoſitionem. Cap. IV. 23. 24. Hic notemus

AAA. Par-

(a) Intellige omne dictum, & factum hominum, qui veritate non ſunt ſanctificati.

(b) Videtur innui corruptionem originalem, in pejus & tandem ad extremum exitium ruere, vario modo, prout *ſeductio* ſaeculi vel hanc, vel illam concupiſcentiam ſtimulat, & excitat. Et eapropter ipſam illam corruptionem, pravamque diſpoſitionem deponendam eſſe.

Digitized by Google

א.bb.(ββ)§§.//.= ††.

AAA. Particulam, quâ tranſitum facit, &c.

BBB. Rem ipſam. Deſcribitur ſcilicet officium credentium *Epheſiorum*,

אאא. In ordine ad principium, a quo exordiendum ſit. Cap. IV. 23. Ἀνανεοῦσθαι τῷ πνεύματι τοῦ νοὸς ὑμῶν. *Conſideretur hic*

aaa. De objecto. Ad quod rectè intelligendum perpendi debet,

(aaa) *Quid Apoſtolus intelligat vocibus* τοῦ νοὸς ὑμῶν.

(βββ) *Quid ei ſit* τὸ Πνεῦμα τοῦ νοὸς.

bbb. Quid ei faciendum eſſet. Ἀνανεοῦσθαι [ἀυξῶ.]

בבב. In ordine ad totius hominis diſpoſitionem. Cap. IV. 24. Notetur hic

aaa. Particula connexionis. Καὶ.

bbb. Res ipſa. Ad quam intelligendam

(ααα) Objectum conſide-

Digitized by Google

א.bb.(ββ)§§.//.= ††.BBB.בבב.bbb.(ααα)

ſideretur. Quod
* Indicatur phraſi, per oppoſitionem, praecedenti correlatâ. τὸν καινὸν ἄνθρωπον.
Hanc igitur longè aliam diſpoſitionem
AAAA. *Pariter repraeſentat, ut* Hominem. ἄνθρωπον.
BBBB. *Oppoſitè autem ad priorem, dicendo,* τ καινὸν. (a)
** Ulterius deſcribitur:
AAAA. Alluſione emphaticâ ad hiſtoriam creationis

(a) Quum non a naturali origine, ſed a ſolâ Gratiâ adſit, & tantum *veteri* praeſtet, quantum novum, ornatumque veſtimentum detrito, & nullius precii, praeſtat.

Digitized by Google

nis primi hominis. τὸν κατὰ Θεὸν κτισθέντα. *Quibus verbis*

אאאא. *Origo ejus exprimitur, producta omnipotenti jussu DEI. Quod significat, quando* novum hominem *dicit* κτισθέντα.

בבבב. *Convenientia cum DEO, quâ ejus imaginem refert.* κατὰ Θεὸν.

BBBB. Explicatione, in quo consistat. Quod duplici phrasi exprimitur. Ἐν δι-

Digitized by Google

א.bb.(ββ)§§.//.=††.BBB.בבב.bbb.(ααα)**BBBB.

δικαιοσύνη καὶ ὁσιότητι τῆς ἀληθείας.
Videamus hic אאאא. *Duas has phraſes.* Phraſes hae ſunt
aaaa. Ἐν δικαιοσύνη
bbbb. Ὁσιότητι τῆς ἀληθείας.
Perpende hic (αααα) Vocabula ſingula. (ββββ) Compoſitam phraſin.
בבבב. *Eandem conjunctionem per particulam* καὶ.
(βββ) Perpendatur, quid ei faciendum ſit. Quod exprimitur verbo διδάσκαλος.

22. Modum, quo hoc monitum proponit, eisque inſinuat,

Digitized by Google

בב.

ſinuat. Ubi

aa. Generatim indicat, ſe illis hoc officium, ut fluens ex dictis, ante oculos ponere. Τοῦτο οὖν λέγω.

bb. Speciatim, quam ſeriò hoc animis eorum inculcatum velit, quâve auctoritate.

(αα) Quam ſerio; oſtendit

§. Per emphaticum verbum μαρτύρομαι.

§§. Per particulam καὶ, qua verbo, λέγω, per modum gradationis, copulatur.

(ββ) Qua auctoritate, oſtendit, declarando cujus juſſu, & cujus interno quoque impulſu, hoc faciat. ἐν Κυρίῳ.

Digitized by Google

TABULA XXVIII. SPECIALIS,

CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLÆ

AD EPHESIOS.

CAP. IV. 25.

Continet haec pericopa Dehortationem a falſiloquio, & adhortationem ad oppoſitam virtutem, ratione ſuaſoriâ additâ. Cap. IV. 25.

Signata eſt haec pericopa in Tabulâ Generali II.B.ב.*a*.(β)1.BB.א.*aa*.(αα)ʃ.

Perpendatur hic

/. Monitum geminum, praecedentibus per modum concluſionis junctum. Cap. IV. 25. parte priori.

Conſiderandum igitur

— De Monito ipſo gemino:

†. Dehortatorio. Ἀποθέμενοι τὸ ψεῦδος.

AAA. Vitioſum objectum dicitur τὸ ψεῦδος.

BBB. Officium circa illud. Ἀποθέμενοι.

††. Adhortatorio. Quod conſiderare oportet,

AAA. In ſe ſpectatum. Ubi

אאא. Indicatur, quid facere debeant credentes

Digitized by Google

/.— ††.AAA.אאא.

dentes *Epheſii.* λαλεῖτε ἀλήθειαν.
aaa. Objectum dicit ἀλήθειαν.
bbb. Quo pacto circa hoc objectum ſe gerere debeant, exprimitur verbo λαλεῖτε.
בבב. Univerſalitas hujus officii exprimitur.
aaa. Ratione ſubjecti. ἕκαστος.
bbb. Ratione objecti. μετὰ τοῦ πλησίον αὐτοῦ.
BBB. Cum priori dehortatorio connexum. per participialem locutionem.
=: De ejus cum verſibus praecedentibus conjunctione. per particulam Διό.

//. Ratio ſuaſoria. Cap. IV. 25. parte poſteriori.
Perpendere hic oportet
—: Quid ponat Apoſtolus. Ubi
†. Subjectum verbo pluralis numeri in primâ perſonâ comprehenditur.
††. Praedicatum. ἐσμεν ἀλλήλων μέλη.
=: Quod hoc in argumentum, ad urgendum monitum, afferat. Quo facit particula ὅτι.

TABULA XXIX. SPECIALIS,

CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLAE AD EPHESIOS.

CAP. IV. 26. 27.

Continet haec pericopa Dehortationem ab immoderato affectu iracundiae. Cap. IV. 26. 27.

Signata est haec pericopa in Tabulâ Generali II.B.ב.*a*.(β)1.BB.א.*aa*.(αα)§§./.–

In hac pericopâ Dehortatio duplex

†. Proponitur. Cap. IV. 26. Dehortatur Apostolus **AAA**. Ab inordinato affectu irae.

א. Largitur, uti videtur, dari posse *iram* sanctam & legitimam. Quae consistit in vehementi aversione omnium, qui & quatenus honori DEO debito se adversantur. ὀργίζεσθε. (*a*)

בבב. Ostendit, Limites, huic etiam sanctae irae ponendos; nimirum, ut curent ne, vel prae-

(*a*) Variae sunt de his verbis sententiae; haec mihi hactenus simplicissima videtur. Confer Ps CXXXIX. 21. 22.

Digitized by Google

†.AAA.בבב.

praetextu Sancti Zeli, imo etiam ne cum ipſo illo, vero, non fucat, Sancto Zelo, ſubrepat, peccatum. (*a*)

aaa. Connexio, per particulam χ̓.

bbb. Monitum ipſum. μὴ ἁμαρτάνετε.

BBB. Maximè, ſi vel obrepſerit, per Adverſariorum importunitatem, ne ſervent animum iracundum.

אאא. Ponit fieri poſſe, ut irritarentur; atque ſic ſint ἐν παροργισμῷ.

בבב. Exigit hoc caſu, ut operam dent, ne hic affectus apud ipſos pernoctet. ὁ ἥλιος μὴ ἐπιδυέτω ἐπὶ τῷ παροργισμῷ ὑμῶν.

††. Urgetur, indicando alias *Diabolo* quaſi concedi locum commorandi. Cap. IV. 27. Hic nota

AAA. Objectum, quod indicatur nomine τῷ Διαβόλῳ.

BBB. Quid ei faciendum. Quod

אאא. Exprimitur interdicto. μὴ δίδοτε τόπον [διαβόλῳ].

בבב. Connectitur cum verſu praecedenti, per particulam τε. Μήτε &c.

(*a*) Quod fieri poſſet, ſi, vel ſui ipſorum laeſionem magis habeant ad hanc iram ſtimulum, quam abnegationem virtutum, vel obſcurationem gloriae DEI: vel etiam, ſi illegitimis mediis demonſtrare conentur ſuum Zelum. Exemplo ſint *Jacobus* & *Johannes*, Luc. IX. 53. 54. 55. ut & *Petrus*, Matth. XXVI. 51. 52.

TABULA XXX. SPECIALIS,

CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLÆ AD EPHESIOS.

CAP. IV: a 8.

Continet haec pericopa Monitum dehortatorium, & adhortatorium; illud, ut diſſuadeat defraudationem proximi; hoc, ut ſtimulet ad oppoſitae virtutis ſtudium. Cap. IV. 28.

Signata eſt haec pericopa in Tabulâ Generali II.B.ב.*a*.(β)1.BB.אא.*aa*.(αα)§§./.⩧

†. Dehortatio reperitur. Cap. IV. 28. parte priori.

AAA. Subjectum, ad quod directè pertinet haec dehortatio, eſt ὁ κλέπτων.

BBB. A quo vitio ſe abſtinere debeat; nimirum a continuatione illius, quo ſe antea obſtrinxerat. μηκέτι κλεπτέτω.

††. Adhortatio ad virtutis oppoſitae ſtudium; ad officium contrarium effectum producens.

Perpendamus hic

AAA. Officium, quod ei incumbere docetur. Quod indicatur, & amplificatur.

אאא. In-

Digitized by Google

††.AAA.

אאא. Indicatur autem ita, ut

aaa. Generatim *labor manuum* injungatur. Debet esse ἐργαζόμενοι ταῖς χερσίν.

bbb. Illustretur; ostensione

(ααα) Qualitatis laboris. τὸ ἀγαθὸν.

(βββ) Intensionis, ita ut ne quidem defatigationem defugiat. κοπιάτω.

בבב. Amplificatur; indicando, quod hoc pacto non sibi tantum & suis, verum etiam aliis prospicere debeat. Nota hic

aaa. Officium opem ferendi indigentibus inculcatum. μεταδιδόναι τῷ χρείαν ἔχοντι.

(ααα) *Objectum, cui, exprimitur verbis:* τῷ χρείαν ἔχοντι.

(βββ) *Quid ei debeat.* μεταδιδόναι.

bbb. Indicatur ad implendum hoc officium requiri illum, quem Apostolus exigit, laborem.

Notemus hic

(ααα) *Ad opem aliis ferendam requiri, ut quis habeat.* ἔχη.

(βββ) *Et ad hoc, ut laboret. Quod indicatur particulâ* ἵνα.

BBB. Opponitur vitio, a quo modò dehortatus fuerat Apostolus, per particulas μᾶλλον δὲ.

אאא. Generatim indicatur oppositio, per conjunctionem adversativam δὲ.

††.BBB.אאא.

בבב. Speciatim ſignificatur, tantum abeſſe, ut liceat furari, ut ne quidem ſufficiat honeſto labore ſibi & ſuis proſpicere; verum requiratur eo uſque labor, & diligentia, ut aliis quoque opem ferre quis poſſit. Quae gradatio exprimitur per particulam μᾶλλον.



TA-

Digitized by Google

TABULA XXXI. SPECIALIS,

CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLAE

AD EPHESIOS.

CAP. IV. 29.

Continet hic versiculus duplex officium, oppositum illi laesionis generi; quo homines etiam non inviti corrumpuntur. Cap. IV. 29.

Signata est haec pericopa in Tabulâ Generali II.B.ב.a.(β)1.BB.אא.aa.(αα)§§.//.–

Hic iterum occurrit

†. Dehortatio ab hoc laesionis genere. Cap. IV. 29. parte priori. Ubi notetur

AAA. Objectum. Quod

אאא. Indicatur. λόγος σαπρὸς.

בבב. Amplificatur, universalitatis notâ. πᾶς.

BBB. Officium circa hoc objectum. μὴ ἐκπορευέσθω ἐκ τοῦ στόματος ὑμῶν.

††. Adhortatio ad contrarium studium.

AAA. Oppositio indicatur particulâ ἀλλὰ.

BBB. Ipsum virtutis exercitium, unà cum fine, indicatur.

Digitized by Google

††.BBB.

אאא. Ipſum officium exprimitur elliptica locutione. εἴ τίς ἀγαθὸς πρὸς οἰκοδομὴν τῆς χάριτος. Supple ἐκπορευέσθω ἐκ τῦ ςόματος ὑμῶν.

ααα. *Caſum ponit.* εἴ τίς ἀγαθὸς πρὸς οἰκοδομὴν τῆς χάριτος.

Nota hic

(ααα) Objectum ipſum. Quod

* Deſcribitur. τίς ἀγαθὸς. Supple λόγος.

** Cum illuſtratione deſcriptionis. πρὸς οἰκοδομὴν τῆς χάριτος.

ΑΑΑΑ. Supponitur

אאאא. Dari οἰκοδομὴν. AEdificationem, quâ fideles, non tantum ſinguli, verum etiam plures ſimul ſumti, quin & corpus Eccleſiae incrementum capiant, aptiuſque fiat habitaculum, ſive Templum DEI.

בבבב. Hanc eſſe donum DEI gratuitum. τῆς χάριτος.

BBBB. Conſideratur λόγος ἀγαθὸς, ut qui inſerviat huic aedificationi. πρός.

(βββ) Ejus conditionatam propoſitionem. εἴ τίς. ſcilicet in mentem veniat.

bbb. Officium, quod iſto in caſu credentibus incumbit, circa hoc objectum, non exprimitur quidem, ſed ſubauditur; ſupplendum ex oppoſitâ prohibitione. ἐκπορευέσθω ἐκ τῦ ςόματος ὑμῶν.

בבב. Fi-

Digitized by Google

††.BBBאאא.

בבב. Finis, quem intendere debeat, loquens: ἵνα δῶ χάριν τοῖς ἀκούουσι.

aaa. Utilitas ipſa conſiſtit in collatione Gratiæ Auditoribus.

(ααα) Objectum exprimitur. τοῖς ἀκούουσι.

(βββ) Quid ei facere unuſquiſque, pro virili, debeat. δῶναι χάριν.

bbb. Hunc debere eſſe finem; quem intendat loquens. ἵνα. (*a*)

(*a*) Non oſtentationem ſuæ peritiæ, vel ad conſequendam admirationem, vel laudationem hominum.

Digitized by Google

TABULA XXXII. SPECIALIS,
CONTINENS
ANALYSIN EPISTOLAE
AD EPHESIOS.

CAP. IV. 30.

Continet hæc Pericopa Rationem ſuaſoriam, a communione Spiritûs Sancti deſumptam. Cap. IV. 30.
Signata eſt haec pericopa in Tabulâ Generali II.B.ב.*a*.(β) 1.BB.א.*aa*.(αα)§§.//.=.

Proponitur haec ratio ſuaſoria per modum dehortationis, ſed quae faciat ad *Epheſios* a vitio modò propoſito deterrendos.

Notemus igitur

†. Dehortationem ipſam. Ad quam intelligendam conſiderare oportet

AAA. Objectum. Quod

א. Indicatur ſolitâ denominatione. τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῦ Θεοῦ. Quâ repraeſentatur

aaa. Ratione habitâ relationis ipſius ad DEUM Patrem. τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ.

bbb. Laudatur epitheto, ſimul ejus virtutem intrinſecam, ſimulque ejusdem demonſtrationem exprimente. τὸ ἅγιον.

בבב. Deſcribitur amplius, ab opere gratiſſimo, & maximè ſalutari: Quae deſcriptio ipſa vim habet argumenti ad dehortationem

Digitized by Google

†.AAA.בבב.

nem urgendam, ἐν ᾧ ἐσφραγίσθητε εἰς ἡμέραν ἀπολυτρώσεως. Notetur hic

aaa. Beneficium ipſum, quod per Spiritum Sanctum acceperint credentes *Epheſii.* ἐν ᾧ ἐσφραγίσθητε.

(aaa) Bonum iptum, cujus participes erant facti, exprimitur verbo ἐσφραγίσθητε.

(βββ) Relatio hujus boni ad Spiritum DEI Sanctum exprimitur per particulas ἐν ᾧ.

bbb. Ejuſdem conſtantia, & duratio. εἰς ἡμέραν ἀπολυτρώσεως. His verbis

(aaa) Tempus aliquod exoptatiſſimum *Epheſius* ob oculos ponit, quod vocat ἡμέραν ἀπολυτρώσεως.

Quibus verbis indicat

* *inſigne beneficium exſpectandum eſſe credentibus. Quod exprimit nomine* ἀπολυτρώσεως.

** *Ei conferendo tempus aliquod definitum deſtinatum eſſe. Quod dicit* ἡμέραν ἀπολυτρώσεως.

(βββ) Indicat hoc tempus eſſe quaſi terminum, ad quem, obſignationis per Spiritum Sanctum. Quo pertinet particula εἰς.

BBB. Officium erga hoc objectum. μὴ λυπεῖτε.

†† Ejusdem cum praecedentibus connexionem per particulam καὶ.

T A-

Digitized by Google

TABULA XXXIII. SPECIALIS,

CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLAE

AD EPHESIOS.

CAP. IV: 31.

Continet haec pericopa Dehortationem a pluribus conjunctim recenſitis vitiis. Cap. IV. 31.

Signata eſt haec pericopa in Tabulâ Generali II.B.ב.*a*.(β)1.BB.א.*aa*.(ββ)§.

Notetur hic

/. Objectum, de quo loquitur Apoſtolus; ſunt vitia hic in ſummam collecta.

— Interna. In quibus occurrit

†. Prima quaſi radix. Quae

AAA. Indicatur nomine πικρία.

BBB. In omni ſuo ambitu ſpectanda proponitur, per adjectivum univerſalitatis πᾶσα.

††. Ejus germina. καὶ θυμὸς καὶ ὀργὴ.

AAA. Magis ſubitanea. καὶ θυμὸς. Videndum hic,

אאא. Quid ſit θυμὸς.

בבב. Quo pacto conjunctus cum πικρία, per copulam καὶ.

BBB. Magis altè animo defixa. καὶ ὀργὴ. Ubi per-

Digitized by Google

/.— ††.BBB.

perpendendum eſt,

אאא. Quid ſit ὀργὴ, contradiſtinctè a θυμῷ.

בבב. Quo pacto cum θυμῷ conjungatur, per copulam καὶ.

II. Externa: Quibus interna animi vitia exſeruntur, & manifeſtantur.

†. Tum ore. Qualia ſunt

AAA. Impetuoſior vociferatio. καὶ κραυγὴ.

Vide hic,

אאא. *Quid ſit clamor, vel vociferatio, de quâ loquitur Apoſtolus: Quae dicitur* κραυγὴ.

בבב. *Quomodo proximè cohaereat cum* θυμῷ καὶ ὀργῇ. *Quo pertinet copula* καὶ.

BBB. Honorem famamque laedens, ſive DEI, ſive proximii, convicium. καὶ βλασφημία.

Vide,

אאא. *Quid ſit* βλασφημία.

בבב. *Quomodo cum* πικρία, *vel* θυμῷ, καὶ ὀργῇ *conjungatur per particulam* καὶ.

††. Tum quovis alio modo, geſtibus, factiſque.

AAA. Quemvis modum, quo ſe exſerit πικρία &c. comprehendere videtur nomine κακία.

BBB. Nullum eorum excludendum eſſe, ſed omnes, & ſingulos, eodem loco, quo modò recenſita vitia, habendos eſſe, indicat, dicens: σὺν πάσῃ.

//. Officium circa hoc objectum. ἀρθήτω ἀφ' ὑμῶν.

— Supponitur *Epheſios* his vitiis laboraſſe, & ex parte adhucdum laborare.

= Poſtulatur, ut illa deponant.

Digitized by Google

TABULA XXXIV. SPECIALIS,

CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLAE

AD EPHESIOS.

CAP. IV. 32.

Continet haec pericopa Adhortationem, quâ ſpeciales quoſdam laudabiles affectûs, vitiis modò indicatis adverſarios, ſuadet. Cap. IV. 32.

Signata eſt haec pericopa in Tabulâ Generali II.B.ב.*a*.(β)1.BB.א.*aa*.(ββ)§§./.

Hic notemus

— Oppoſitionem, indicatam per particulam δὲ.

= Adhortationem ipſam. In quâ perpendendae ſunt

†. Virtutes, quas ſuadet,

AAA. Generales. χρηστοὶ, εὔσπλαγχνοι. Quibus

אאא. Alter alteri benefacere cupit. χρηστοὶ.

בבב. Alter alterius miſeriae ſuccurrere allaborat. εὔσπλαγχνοι.

BBB. Specialis, exercenda etiam erga illos, qui offenderunt. Quae virtus

אאא. Deſcribitur. χαριζόμενοι ἑαυτοῖς.

בבב. Illuſtratione confirmatur, In quâ illuſtratione

aaa. Ponitur DEUM ipſum *Epheſios* credentes

Digitized by Google

= †. BBB. בבב. aaa.

dentes insigni beneficio mactasse. Quod (aaa) Indicatur.

Ubi considerandum est

* *Subjectum* : Θεὸς.

** *Praedicatum. Ad cujus notitiam pertinet, ut consideremus*

AAAA. *Objectum* ὑμῖν.

BBBB. *Quid huic objecto fecerit.* ἐχαρίσατο ἐν Χριστῷ.

Notetur hic

אאאא. *Beneficium ipsum. Quod exprimitur verbo* ἐχαρίσατο

בבבב. *Fundamentum decentiae in praestando hoc beneficio.* ἐν Χριστῷ.

(βββ) Exaggeratur, per particulam χ.

bbb. Spectandum consideratur, ut exemplum imitandum: Quod indicatur per particulam καθὼς.

††. Adhortatio ad illas. Γίνεσθε εἰς ἀλλήλους.

AAA. Generatim suadetur harum virtutum exercitium. Γίνεσθε.

BBB. Ostenditur mutuò, & sine discimine personarum esse observandum. εἰς ἀλλήλους.

TABULA XXXV. SPECIALIS,

CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLAE

AD EPHESIOS.

CAP. V. 1. 2.

Continet haec pericopa Adhortationem, quâ generatim ſuadet *imitationem* DEI, & *caritatis* CHRISTI. Cap. V. 1. 2.

Signata eſt haec pericopa in Tabulâ Generali II.B.ב.*a*.(β)1.BB.א.*aa*.(ββ)§§.*ll*.

In hac pericopâ duplex imitatio poſtulatur, atque cum ſuperioribus connectitur. Videamus igitur

— Duplicem admonitionem.

†. Generaliorem. Cap. V. 1. Quae

AAA. Proponitur. Γίνεσθε μιμηταὶ τῦ Θεῦ.

אאא. Objectum, quod Apoſtolus *Epheſiis* ante oculos ponit, exprimitur nomine τῦ Θεῦ.

בבב. Quo pacto circa hoc objectum verſari debeant. Γίνεσθε μιμηταὶ.

BBB. Suadetur, ratione a ſtatu eorum exoptatiſſimo deſumptâ.

אאא. Status ipſorum exprimitur duplici ῥήσει.

aaa. Dicuntur τέκνα,

bbb. Id-

Digitized by Google

— †.BBB.אאא.*aaa.*

bbb. Idque exaggeratur, epitheto juncto. ἀγαπητὰ.

בבב. Spectandus proponitur, ut fundamentum obligationis eorum, per particulam ὡς.

††. Specialiorem, superiori junctam, ad *imitationem caritatis* CHRISTI. Cap. V. 2. Videamus hic

AAA. Rem ipsam. Ubi notanda erunt

אאא. Ipsum, quod illis injungitur, officium. περιπατεῖτε ἐν ἀγάπῃ.

Ubi considerandum, est

aaa. De ipsâ hac virtute, quae dicitur ἀγάπη.

bbb. De continuato ejus exercitio, & in eâ profectu. περιπατεῖτε ἐν ἀγάπῃ.

בבב. Exemplum, quod eis hac in parte imitandum erat, quodque fundamentum obligationis continebat. Hic

aaa. Proponitur exemplum CHRISTI, ut quod imitandum sit.

Ubi videndum est

(aaa) Quid ponat Apostolus. καὶ ὁ Χριστὸς ἠγάπησεν ἡμᾶς.

* *Subjectum*

AAA. *Indicatur:* ὁ Χριστὸς.

BBB. *Cum emphasi, indicatâ per particulam* καὶ.

** *Praedicatum. Ubi consideretur*

AAAA. *Objectum.* ἡμᾶς.

Digitized by Google

— ††.AAA.בבב.*aaa*.(ααα)**.AAAA.

BBBB. *Quid ei fecerit.* ἠγάπησεν.

(βββ) Quod hoc, ut exemplum imitandum, ſimulque ut fundamentum obligationis proponat, per particulam καθὼς.

bbb. Amplificatur fundamentum obligationis exaggeratione *caritatis CHRISTI*. Perpendamus hic

(ααα) Rem ipſam, quam teſtatur Apoſtolus. Nimirum

*. Generatim teſtatur de CHRISTO. παρέδωκεν ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν.

Quibus verbis ſignificat

AAAA. *Objectum, cujus cauſſâ, & pro quo CHRISTUS hoc fecerit. Quod eſt ipſe Apoſtolus cum credentibus.* ἡμῶν.

BBBB. *Quid huic objecto fecerit. Notetur*

אאאא. *Actus ipſe.* παρέδωκεν ἑαυτὸν.

בבבב. *Relatio hujus actûs ad hoc objectum, quae exprimitur praepoſitione* ὑπὲρ.

**. Spe-

Digitized by Google

— ††. AAA. בבב.bbb.(αααα)*

**. Speciatim, uberius hanc CHRISTI traditionem ſui ipſius exponit. Docens, AAAA. Cui ſe tradiderit. τῷ Θεῷ.

BBBB. Ad quem uſum, & finem. Ubi videmus אאאא. Qualis fieri voluerit hac ſui ipſius traditione. Quod duplici Metaphorâ a cultu Veteris Teſtamenti deſumptâ exprimit. προσφορὰν ϗ θυσίαν.

aaaa. Nimirum alluſione ad Veterum מנחות *dicit, quod ſe tradiderit* προσφορὰν.

bbbb. Alluſione ad ſacrificia cruenta, (αααα)*Dicit, quod ſe tradiderit victimam.* θυσίαν.

(ββββ) *Idque conjunctum eſſe cum altero oſtendit, per particulam* ϗ.

בבבב. Ad

– ††.AAA.בבב.*bbb*.(*aaa*)**BBBB.אאאא.

בבבב. Ad quem finem, ἐις ὁσμὴν εὐωδίας.

(*BBB*) Ejus relationem ad *caritatem CHRISTI*, quam laudaverat. Quae ſignificatur per particulam καὶ. Quae hic eſt exegetica, vel amplificatoria, quaſi diceret: *ita ut*, vel *eouſque ut*.

BBB. Specialis hujus moniti cum generali connexionem, indicatam per particulam καὶ. in principio hujus verſûs.

= Gemini hujus moniti ad ſuperiora relationem per particulam ὅτι. Quaſi diceret: Nihil magis vos abſtinebit a vitiis, a quibus vos dehortatus ſum, nihilque magis ad exercitium virtutum, ad quas vos ſtimulavi, incitabit, quam ſi vobis digniſſima exempla ipſius DEI & CHRISTI imitanda proponatis, eaque imitari ſtudeatis.

TA-

Digitized by Google

TABULA XXXVI. SPECIALIS,

CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLAE AD EPHESIOS.

CAP. V. 3-11.

Continet haec pericopa Dehortationes, & Adhortationes, ad omnes promiſcuè ſpectantes, quibus Apoſtolus abſtinentiam a ſpecialibus quibuſdam vitiis, & virtutum, eis oppoſitarum, ſtudium inculcat; & quidem ſpectantes vitia, quibus quis ſe ipſum inquinat, aliisque ſcandalum praebet. Cap. V. 3-11.

Signata eſt haec pericopa in Tabulâ Generali II.B.ב.a.(β) 1.BB.אא.bb.

Hic notemus

(αα) Propoſitionem harum dehortationum, & adhortationum, inſertis breviſſimis rationibus ſuaſoriis. Cap. V. 3. 4. Ubi

§. Dehortatur a vitiis, praeceptis legis ſeptimo & octavo adverſariis, additâ ratione, a decoro deſumptâ. Cap. V. 3.

Conſiderandae hic veniunt

/. Ipſae dehortationes. Quae ita perpendendae ſunt, ut obſervemus,

(aa) §. I.

— Circa quae vitia verſentur. Quae
†. Indicantur.
AAA. Quae ſeptimo legis praecepto ſunt adverſaria.
Ubi nobis occurrit
אאא. Ipſa *ſcortatio*. πορνία.
בבב. Et quae ad eam ducunt, vel ejus partem conſtituunt. καὶ πᾶσα ἀκαθαρσία.
Quae
aaa. Ita exprimuntur, ut in omni ſuâ amplitudine ſpectanda proponantur.
(ααα) Exprimuntur, nomine ἀκαθαρσία.
(βββ) In omni ſuo ambitu ſpectanda exhibentur, per vocem πᾶσα.
bbb. Conjunguntur cum ipſâ ſcortatione, *per particulam* καὶ.
BBB. Item quae octavo contraria ſunt. ἡ πλεονεξία.
גגג. Particula ἡ videtur indicare, quod non ſufficiat ab uno genere vitiorum ſe abſtinere.
בבב. Vitium ipſum exprimitur, nomine πλεονεξία.
††. Per particulam adverſativam veri nominis *caritati*, ad cujus ſtudium *Epheſios* adhortatus fuerat, opponuntur. ג.

= Quan-

Digitized by Google

(aa) §. 1.—

= Quantâ accuratione illa fugere deberent? μηδὲ ὀνομαζέσθω ἐν ὑμῖν.

11. Ratio ſuaſoria, a decoro deſumpta, additur. καθὼς πρέπει ἁγίοις. Ubi conſiderandum eſt,

— Quinam ſint *Sancti* illi, de quibus loquitur Apoſtolus.

= Quod illis conveniat, ita ſe abſtinere ab illis vitiis, ut ne *nominentur* quidem.

§§. Dehortatur a vitiis ſermonis, ſimul ad meliorem linguae uſum excitans. Hic notetur

1. Dehortatio. Quae

— Jungitur praecedenti, per particulam καὶ.

= Ita exprimitur, ut ratio dehortatoria inne&atur.

Nota hic

† Vitia prohibita, quae audiri non deberent inter eos. Hic

AAA. Primo loco ponitur Αἰσχρότης.

BBB. Ei junguntur, quae proximè ad αἰσχρότητα ducunt.

Quae

אאא. *Diſtinctè exprimuntur. Sunt-que*

aaa. Craſſiores, fatui ſermones. μωρολογία.

bbb. Quae ſpecie urbanitatis velantur, ſed tamen vel ad αἰσχρότητα, *vel ad* μωρολογίαν *ducunt.* ἢ ἐν-

(αα)§§./.=†.BBB.אאא.*bbb*.

τραπηλία.
Ubi
(ααα) Particula ἤ indicat non ſufficere, ut abſtineant a μωρολογίᾳ.
(βββ) Vitium ipſum exprimitur, nomine εὐτραπηλία.

בבב. *Gemino* καὶ *copulantur*.

††. Rationem adhortatoriam annexam. τὰ ὐκ ἀνήκοντα.

//. Adhortatio oppoſita. Ubi occurrit conſideranda
— Virtus oppoſita commendata. εὐχαριστία. ſcilicet ὀνομαζέσθω.
= Ejusdem oppoſitio ad vitia memorata. ἀλλὰ μᾶλλον.

(ββ) Ejusdem confirmationem, copioſâ graviſſimarum rationum indicatione. Cap. V. 5-11. Quas ad duo ſumma capita referimus.

§. Indicat ſummum damnum, quod metuendum, quin & certò exſpectandum habent, qui dictis aliiſque vitiis dediti ſunt, ex quo concludit, *Epheſios* cum illis facere non debere. Cap. V. 5-8. Notari hic debet

/. Ratiocinatio ipſa.
— Propoſita. Cap. V. 5.
†. Indicat, ſe urgere velle dehortationes praemiſſas per particulam γὰρ.
††. Argumentum, quo utitur. Ubi
AAA. Veritatem graviſſimi momenti ponit.

Digitized by Google

(ββ) §. 1.— ††. AAA.

nit. ὅτι πᾶς πόρνος, ἢ ἀκάθαρτος, ἢ πλεονέκτης ὅς ἐστιν εἰδωλολάτρης.
Considerandum hic venit
אאא. Subjectum.
Quod duas hominum classes, easque universas comprehendit.
aaa. Classes illae duae indicantur.
(aaa) *Prima est illorum, qui septimum legis praeceptum conculcant.*
* *Ipsofacto.* πόρνος.
** *Quocunque alio modo.* ἢ ἀκάθαρτος.
(βββ) *Altera illorum, in quibus radix omnis transgressionis praecepti octavi dominatur.*
Qui
* indicantur, &, ut ejusdem sortis cum modò memoratis, eis jungun-

Digitized by Google

(ββ)§.1.— ††.ΑΑΑ.אאא.*aaa*.(βββ)*

guntur. ὁ πλεονέκτης.

** Singulari ſtigmate notantur. ὅς ἐστιν εἰδωλολάτρης.

bbb. *Omne diſcrimen perſonarum tollitur, per adjectivum univerſalitatis.* πᾶς.

בבב. Praedicatum, damnum, quod paſſuri ſunt hi homines, exponens. οὐκ ἔχει κληρονομίαν ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Χριστοῦ, καὶ Θεοῦ.

aaa. Objectum, in quo damnum illud paſſuri ſunt, eſt βασιλεία τοῦ Χριστοῦ, καὶ Θεοῦ. *Hic videndum eſt*

(aaa) *Quid denotet* βασιλεία. *Mea quidem ſententia gubernationem gratioſam; & privilegia, quibus datur frui illis, qui huic gubernationi ſe ſubmittunt.*

(βββ) *Hanc* βασιλείαν *tribui,*

* *Chriſto,*

** *Et DEO.*

bbb. Quale illud damnum, & quantum futurum ſit, exprimit Apoſtolus, dicendo: οὐκ ἔχει κληρονομίαν ἐν αὐτῇ. *Ubi perpendendum eſt,*

(aaa) *Quid*

Digitized by Google

(BB)§.1.-††.AAA.אאא.aaa.

(aaa) *Quid ſit* κληρονομίαν ἔχειν ἐν τῇ βασιλείᾳ τυ Χριϛῦ καὶ Θεῦ.

(BBB) *Hoc denegari illis, qui modò deſcripti ſunt, peccatoribus.*

BBB. Hanc veritatem *Epheſios* minimè latere affirmat. τῦτο ἔϛε γινώσκοντες, ὅτι &c.

= Affirmata, illuſtrata ſimul & exaggerata.

Cap. V. 6. Ubi Apoſtolus veritatem propoſitam

†. Aſſerit. Μηδεὶς ὑμᾶς ἀπατάτω κενοῖς λόγοις. *Quibus verbis*

AAA. *Innuit eſſe, qui contrarium perſuadere vellent, ſed* ſermones *eorum* vanos *eſſe.* κενοῖς, *inquit*, λόγοις.

BBB. *Monet eapropter, ne ſe ſeduci patiantur* vanis *iſtis* ſermonibus, *a quocumque etiam proferrentur.* μηδεὶς ὑμᾶς ἀπατάτω.

††. Confirmat, ſimulque illuſtrat, & exaggerat.

AAA. Quod ulterius confirmare velit ſuum aſſertum, innuit particulâ γὰρ.

BBB. Ipſa confirmatio, illuſtratio, & exaggeratio exprimitur in hunc modum. Διὰ ταῦτα &c.

Ubi conſiderandum venit

(ββ)§.I.= ††.BBB.

אאא. Objectum, quod appellat υἱὸς τῆς ἀπειθείας. (a)

בבב. Quid ei immineat, istam ob caussam. διὰ ταῦτα ἔρχεται ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ ἐπ' αὐτούς.

aaa. Malum imminens exprimitur ita, ut indicetur non solum damni, sed & sensûs poenam exspectandam esse. ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ ἔρχεται ἐπ' αὐτούς.

Perpende hic

(ααα) Subjectum, quod est ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ.

(βββ) Praedicatum. ἔρχεται ἐπ' αὐτούς. (b)

bbb. Ejusdem justa caussa (quod pariter ad confirmationem facit) indicatur. διὰ ταῦτα.

II. Conclusio dehortatoria, quam hinc elicit. Cap. V. 7.

— Dehortatio exprimitur. Μὴ γίνεσθε συμέτοχοι αὐτῶν. (c)

†. *Objectum indicatur pronomine* αὐτῶν.

††. Quo-

(a) Hoc facit ad illustrationem. Sic enim explicatur, quales πόρνοι &c. intelligat; non qui fuerant &c. non qui ex infirmitate peccant & propterea resipiscentes dolent sed qui hoc vitio dediti sunt.

(b) Quod ad exaggerationem simul, & confirmationem facit.

(c) Eleganter. συμέτοχοι criminis, & poenae.

Digitized by Google

(BB) §. ll. ⊐ †.

††. *Quomodo circa hoc objectum verſari debeant.* μὴ γίνεσθε συμμέτοχοι.

⊐ Atque per modum concluſionis ex praecedentibus elicitur. Quo pertinet particula διό.

§§. Ob oculos eis ponit mutationem ſtatûs ipſorum, ex quâ concludit aliud, quam olim, vitae inſtitutum eos decere. Cap. V. 8. 9. 10.

/. Summa rei continetur. Cap. V. 8. Ubi iterum notemus

⊐ Particulam connexionis γὰρ. (a)

⊐ Rem ipſam. Quâ

†. Statûs mutationem, quam ſubierunt, eis ob oculos ponit. Dicens

AAA. De priſtino eorum ſtatu. ἦτε πότε σκότος.

Ubi perpende,

אאא. *Quid ſit* εἶναι σκότος.

בבב. *Quod Apoſtolus hoc de illorum priſtino ſtatu affirmet.* ἦτε πότε.

BBB. De praeſenti, illi oppoſito, ſtatu. νῦν δὲ φῶς ἐν Κυρίῳ.

Hic perpendenda eſt

אאא. Oppoſitio ad priſtinum ſtatum. νῦν δὲ.

בבב. Quid eis tribuat. Quod ita exprimit, ut

(a) Quae vel ad versûs 3 & 4, vel ad versûs 5, vel ad versûs 7 confirmationem referri poteſt.

(ββ)§§. /. = †.BBB.בבב.

aaa. Statum ipſum praeſentem *Epheſiorum* declaret, dicens, quod ſint Φῶς.

bbb. Cauſſamque, cui hunc decenten & laetum ſtatum acceptum referre debeant, adjiciat, dicens, ἐν Κυρίῳ.

Ubi contemplandus eſt

(ααα) *Ipſe* Dominus.

(βββ) *Ejus relatio ad praeſentem* Epheſiorum *ſtatum, expreſſa per particulam* ὡς.

††. Officium eorum hinc derivat. ὡς τέκνα φωτὸς περιπατεῖτε.

AAA. Objectum, quod imitari deberent, appellat τέκνα φωτὸς.

BBB. Imitationem inculcat verbis περιπατεῖτε ὡς. (*a*)

//. Ejusdem uberior elaboratio. Cap. V. 9. 10.

Quae conſtat confirmatione, & illuſtratione.

— Confirmationem reperire eſt. Cap. V. 9.

†. Indicatur particulâ, γὰρ, verba ſequentia confirmationi inſervire.

††. Argumentum ipſum deſumptum eſt ab

(*a*) Vix operae precium eſt diſputare hoc loco de particulâ ὡς. Si eam non comparatè ſumere velis, dicit Apoſtolus, quod ſe *filios lucis* praeſtare debeant: ſi comparatè, dicit, quod cum *filiis lucis* reliquis nunc accenſeantur, etiam eodem modo, uti illi, ambulare debeant; quod eodem redit.

Digitized by Google

(ββ)§§.II.— ††.

ab indole fructuum Spiritûs Sancti.

AAA. Subjectum ſermonis eſt ὁ καρπὸς τῦ Πνύματος.

אאא. *Supponit illos, qui ad ſtatum lucis pervenerunt, agi* Spiritu; *atque eapropter mentionem facit* τῦ Πνύματος.

בבב. *Hunc* Spiritum *conſiderat, ut efficacem, & proin, quod, ubi ipſe eſt, ejus quoque reperiatur* καρπὸς.

BBB. Praedicatum indicat, in quo *fructus*, ſive effectus operationis *Spiritûs* conſiſtat. ἐν πάσῃ ἀγαθωσύνῃ &c. Hic perpende

אאא. Virtutes, quas recenſet, amabiles & decentes.

aaa. Indicatas, tribus nominibus, ἀγαθωσύνῃ, καὶ δικαιοσύνῃ, καὶ ἀληθείᾳ.

(aaa) Amabilis, ob utilitatem, eſt ἀγαθωσύνῃ.

(βββ) Decentes ſunt, καὶ δικαιοσύνῃ, καὶ ἀληθείᾳ.

bbb. Ratione omnis earum exercitii ſpectatas. Quod indicat, (praeter copulam καὶ repetitam) vocula πάσῃ.

בבב. Quod in illis dicat conſiſtere *fructum Spiritûs*.

II Illuſtrationem. Quâ declaratur, quid pertineat, quidque requiratur ad τὸ θελη-

Digitized by Google

(ββ)§§. II.=

περιπατεῖν ὡς τέκνα φωτὸς. Cap. V. 10. Δοκιμάζοντες τί ἐστιν εὐάρεστον τῷ Κυρίῳ. Ubi perpendere oportet

†. Rem ipsam. Ad cujus intelligentiam considerandum est

AAA. De objecto, circa quod versari deberent. τί ἐστιν εὐάρεστον τῷ Κυρίῳ. Considerandum hic erit

אאא. De *Domino*.

בבב. De ejus placito, spectando ut norma illorum, quae *Ephesiis* agenda essent. Quod dicit εὐάρεστον τῷ Κυρίῳ.

BBB. Quo pacto circa hoc objectum versari deberent. Nimirum debebant δοκιμάζειν τί ἐστιν.

††. Ejus ad praecedentia relationem. Quae indicat, quod δοκιμάζοντες τί ἐστιν εὐάρεστον τῷ Κυρίῳ apti essent ad ambulandum ὡς τέκνα φωτὸς. Quod per participialem ῥῆσιν indicatur.

TAs

Digitized by Google

TABULA XXXVII. SPECIALIS,

CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLAE AD EPHESIOS.

CAP. V. 11--15.

Continet haec pericopa Generale poſtulatum, quo ab *Epheſiis* exigit Apoſtolus, ut alios quoque ab iſtiusmodi vitiis abſtrahant. Cap. V. 11--15.

Signata eſt haec pericopa in Tabulâ Generali II. B. ב. a. (β) 1. BB. בב. aa.

In hac pericopâ occurrit

(aa) Propoſitio moniti gemini. Cap. V. 11.

§. Dehortatorii. Quod conſideretur

/. In ſe ſpectatum. Ubi perpendere oportet

— Objectum, quod deſcribitur in haec verba: τοῖς ἔργοις τοῖς ἀκάρποις τῦ σκότυς. Nota hic

†. Nomen, quo hoc objectum deſignatur. τοῖς ἔργοις τῦ σκότυς. Perpendendum igitur eſt,

AAA. Quid Apoſtolus nomine τῦ σκό-

Digitized by Google

(αα) §. /— †.AAA.

τυς, hoc loco iterum intelligat.

BBB. Qualia igitur opera vocentur τὰ ἔργα τῦ σκότυς.

††. Ulteriorem ejus denigrationem; atro enim carbone illud notat, loquens de ἀγοις ἀκάρπους.

// Officium circa hoc objectum. μὴ συγκοινωνεῖτε.

//. Cum prioribus connexum, per particulam ἀλ.

§§. Adhortatorii, per modum oppositionis, & gradationis.

Ubi notemus

/. Officium ipsum. ἐλέγχετε.

//. Ejusdem modò indicato vitio factam oppositionem.

Quae

— *Non tantum fit per particulam* δὲ.

// *Sed etiam per gradationem, duabus particulis expressam.*

†. Μᾶλλον. (*a*)

††. Καὶ. (*b*)

(ββ) Propositionis confirmatio. Cap. V. 12—15. Rationibus desumptis

§. Ab indole rei; hinc *operum tenebrarum*, illinc ἐλέγ-

(*a*) Quasi diceret, non sufficit non patrare, sed oportet aversionem testatam facere.

(*b*) Quasi diceret, non sufficit displicentiam generatim testatam facere, sed id etiam fieri debet per ἔλεγχον.

Digitized by Google

(ββ)§.

ἐλέγξεως. Cap. V. 12. 13. Notetur hic

/. Res ipsa. Ubi videmus

— Descriptionem τῶν ἔργων τῦ σκότυς.

†. Appellat illa τὰ κρυφῆ γινόμενα ὑπ' ἀυτῶν. *Hic considerandum est*

AAA. *De personis, a quibus perpetrantur. Quae indicantur ab Apostolo, verbis,* ὑπ' ἀυτῶν. (*Conser versum* 6.)

BBB. *Quo modo perpetrentur illa opera. Quod indicat, dicens,* τὰ κρυφῆ γινόμενα.

††. De illis sententiam pronunciat. *Quam*

AAA. *Exprimit in haec verba:* αἰσχρὸν ἔστι λέγειν.

BBB. *Idque emphaticè proponit, additâ particulâ* δὲ. (*a*)

= Descriptionem ἐλέγχυ. Cap. V. 13.

†. Propositam, & turpitudini infandorum scelerum oppositam.

AAA. Oppositio fit per particulam δὲ.

BBB. Propositio affirmat, in ἐλέγχῳ esse manifestationem indecentiae, quae non nisi a Spirituali luce proficiscatur.

אאא. *Ponit casum* ἐλέγξεως. Τὰ πάντα ἐλεγχόμενα.

בבב. *Osten-*

(*a*) Non tantum patrare, non tantum illis aliquo modo titillari, non tantum adspicere, sed vel *narrare*, *turpe est*.

(ββ) §. /. = †. BBB. אאא.

בבב. *Oſtendit, quid, & ex quo principio tunc fiat.*

aaa. Fit, nimirum, manifeſtatio *indecentiae.* Φανερῶται.

bbb. Ex quo principio haec Φανέρωσις *fiat, indicat, dicendo:* ὑπὸ τοῦ Φωτὸς.

††. Confirmatam. πᾶν γὰρ τὸ Φανερούμενον Φῶς ἐστι.

//. Ejusdem relatio ad proximè praecedentia, quorum confirmationi inſerviunt. Quo facit particula γὰρ.

§§. Ex doctrinâ Scripturae Propheticae Cap. V. 14. Notemus hic

/. Formulam citandi verba, in argumentum adhibita.

— Citatur dictum, verbo λέγει. (ſupplent non nulli ἡ γραφὴ. Ego ex verſu 10. ὁ Κύριος)

= Indicatur, id fieri in argumentum, ad confirmandum monitum verſu 11. propoſitum. Διὸ.

//. Ipſum *Domini* dictum. Quo continetur

— Monitum excitatorium. Ubi notetur

†. Objectum, ad quod dirigitur hoc monitum. ὁ καθεύδων.

††. Officium, ad quod excitatur. Quod bimembri monito exprimitur.

AAA. Ut evigilet. Ἔγειραι.

BBB. Ut ſe a mortuis ſegreget.

אאא. *Sup-*

Digitized by Google

(ββ)§§ 11.— ††.BBB.

אאא. *Supponitur, quod jaceat in medio* τῶν νεκρῶν.

בבב. *Excitatur, ut ab his se sejungat. Quod officium*

aaa. Exprimitur verbo ἀνάστα ἐκ τῶν νεκρῶν. (a)

bbb. Jungitur proximè praecedenti, per particulam καὶ.

= Promissio illud urgens. Καὶ ἐπιφαύσει σοι ὁ Χριστός.

Notetur hic

†. *Ipsum promissum.*

In cujus consideratione occurrit

AAA. Subjectum. ὁ Χριστὸς.

(a) Non videtur ἐκ τῶν νεκρῶν ἀναστῆναι necessariò significare illum, ad quem dicitur ἀνάστα ἐκ νεκρῶν, adhucdum esse mortuum. Existere potest, & longè saepissimè existit νεκρὸς μετὰ τῶν νεκρῶν. Fieri tamen potest, ut aliquis mortuus fuerit, vitam receperit, & aliquantisper tamen adhuc sit cum mortuis.

Si alloquium dirigeretur ad irregenitos, νεκροὶ essent simulque μετὰ νεκρῶν illi, ad quos directè spectaret allocutio; neque tamen frustrà. Allocutio sic tenderet ad illos regenerandos, vel hac ipsâ efficaci jussione, instar *Lazari* in vitam revocandos. Nihil in eo absurdi, quidquid obmurmurent adversarii. Tamen cum filum sermonis, antecedentia & consequentia ostendant monita haec officia credentibus, adeoque jam vivificatis, praescribi, magis putem veri esse simile per καθεύδοντας nimium torpidum, tepidum segnem, (uti Matth. XXIV. 4. 5.) intelligendum esse; vel hominem, ratione palloris, debilitatis, infirmitatis, ulcerum, vulnerumque inter mortuos reputatum, in medio mortuorum jacentem.

(ββ)§§.11.= †.AAA.

BBB. Praedicatum. ἐπιφαύσει σοι.

אאא. Beneficium exprimitur, verbo ἐπιφαύσει.

בבב. Applicatur illi, ad quem admonitio directa erat, per pronomen ſecundae perſonae σοι.

††. Ejusdem ad officium ſtipulatum alligatio. per particulam ᾧ.

TA-

Digitized by Google

TABULA XXXVIII. SPECIALIS,

CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLAE AD EPHESIOS.

CAP. V: 15--18.

Continet haec pericopa Admonitionem ad ſapientiam, & prudentiam in converſatione, tamquam requiſitum neceſſarium ad alios a vitiis, anteà recenſitis & prohibitis, abſtrahendos. Cap. V. 15–18.

Signata eſt haec pericopa in Tabulâ Generali II.B.ב.a.(β)1.BB.בב.bb.(αα)

Hic rurſus nobis occurrit

§. Monitum generalius, antè propoſitis ſubordinatum, ad ſtudium, nimirum, *accurationis*. Cap. V. 15. Hujus videmus

/. Propoſitionem. Cap. V. 15. parte priori. In quâ notetur

— Res ipſa. Exigitur nimirum

†. *Accuratio* in converſatione. ἀκριβῶς περιπατεῖτε.

††. Studium ei adhibendum. βλέπετε πῶς.

= Ejus ſubordinatio, quâ ſuprà dictis ſubjicitur. ὡς.

//. Commendationem. Quae ſit per

§. II.

— Dehortationem. μὴ ὡς ἄσοφοι.

= Adhortationem oppoſitam. ἀλλ' ὡς σοφοί.

§§. Monita ad illa, quae ad iſtam ἀκριβείαν requiruntur.

I. Redemptionem temporis; quae ſuadetur, & urgetur. Cap. V. 16.

Ubi igitur iterum notetur

— Propoſitio. In quâ conſideranda venit

†. Res ipſa. Ad quam intelligendam attendendum eſt ad

AAA. Objectum. τὸν καιρὸν.

BBB. Quid huic objecto facere debeant. ἐξαγοράζειν.

††. Ejusdem ad requiſitam *accurationem* relatio. Quae exprimitur per participialem locutionem. Ἐξαγοραζόμενοι.

= Ejusdem confirmatio. In quâ notandum eſt,

†. Quid ponat. αἱ ἡμέραι πονηραί εἰσι.

††. Quomodo hoc in argumentationem adhibeat. Quo facit particula ὅτι.

II. Ut animum advertant, quo perveniant ad notitiam voluntatis DEI. Cap. V. 17. Hic rurſus videamus

— Ipſum monitum bipartitum.

†. Dehortatorium. μὴ γίνεσθε ἄφρονες.

††. Adhortatorium. Ἀλλὰ γίνεσθε συνίεντες τί τὸ θέλημα τοῦ Κυρίου.

In cujus conſideratione notanda eſt

AAA. *Oppoſitio. per conjunctionem adverſativam*

Digitized by Google

§§.//.— ††.AAA.

tivam ἀλλὰ.

BBB. *Officium ipſum.*

Ad cujus intelligentiam, attendere oportet, ad

אאא. Objectum. τὸ θέλημα τῦ Κυρίυ.

aaa. *Epheſios*, ut & omnes homines, maximè credentes, conſiderat, ut obſtrictos τῷ Κυρίῳ.

bbb. Eapropter commemorat ejus θέλημα, ut objectum attentionis eorum.

בבב. Officium *Epheſiorum* credentium erga hoc objectum. γίνεσθε συνιέντες τί τὸ θέλημα &c.

= Ejusdem ad praecedentia relationem. Διὰ τῦτο.

Digitized by Google

TABULA XXXIX. SPECIALIS,

CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLAE

AD EPHESIOS.

CAP. V. 18-21.

Continet haec pericopa Monitum ad averſionem a vano gaudio, & ad ſtudium veri & ſolidi, in ſe ipſis, & in aliis, promovendi. Cap. V. 18--21.

Signata eſt haec pericopa in Tabulâ Generali II.B.ב.*a*.(β) 1.BB.בב.*bb*.(ββ)

Notetur in eâ

§. Connexio. per particulam Καὶ. Quâ videtur oſtendi, quod & hoc pertineat ad requiſitum ſtudium abstrahendi alios a vitiis, antè recenſitis, & prohibitis.

§§. Argumentum ipſum. Conſtans

/. Dehortatione a vitio ebrietatis. (*a*) Cap. V. 18. parte priori. Haec dehortatio

— Proponitur. μὴ μεθύσκεσθε οἴνῳ. Quo abuti ſolent homines ad taedia, & moleſtias pellenda.

= Il-

(*a*) Quod adverſatur τῇ ἀφροσύνῃ.

§§. I. I

II Illuſtratione urgetur. ἐν ᾧ ἐστιν ἀσωτία.

I. Adhortationibus ad aliûs generis gaudia acquirenda, & ad illa, in ſe, & in aliis, fovenda. Notemus hic

I Oppoſitionem. Quae fit per particulam ἀλλὰ.

II Adhortationes ipſas. Quarum

†. Prima) directè vitio modò memorato oppoſita) eſt, ut unusquisque ſtudeat verae laetitiae fontem inſigni menſurâ participare. Cap. V. 18. parte poſteriori. Ἀλλὰ πληρῶσθε ἐν Πνεύματι.

Ubi attendere juvat ad

AAA. *Rem ipſam, quam ſuadet Apoſtolus. Ubi*

אאא. *Objectum conſiderandum eſt. Quod hic exprimitur verbis* ἐν Πνεύματι.

בבב. *Quomodo circa hoc objectum verſari debeant. Quod indicat verbo* πληρῶσθε.

BBB. *Oppoſitionem ad modò memoratum vitium, a quo ſe abſtinere debebant. Quae exprimitur particulâ* ἀλλὰ.

††. Reliquae inſerviunt laetitiae conſervandae, mutuò fovendae, promovendae, & ad gloriam DEI manifeſtandae. Cap. V. 19. 20.

Hic videmus *Epheſios* excitari

AAA. Ad *Muſicam* Spiritualem; ceu inſigne medium, in ſe & aliis fovendae laetitiae Spirituali. Cap. V. 19.

Notemus hic iterum

אאא. Rem ipſam. Quae

aaa. Ge-

Digitized by Google

§§.//. ☰††.AAA.ᵑᵑᵑ. §§.//.

aaa. Generatim magis proponitur Cap. V. 19. parte priori. Ubi exigit Apoſtolus

(*aaa*) Mutuam per hanc *Muſicam* excitationem. *Muſicum* exercitium conſtare debebat Ψαλμοῖς, ϗ ὕμνοις, ϗ ᾠδαῖς Πνευματικαῖς.

* *Primo loco ponuntur* Ψαλμοὶ. (*a*)

** *Subjiciuntur*

AAAA. Καὶ ὑμνοὶ. *Carmina, quibus virtutes DEI canuntur.*

Videamus hic,

ᵑᵑᵑᵑ. Quid ſint ὑμνοι.

בבבב. Quomodo *Pſalmis* jungantur. *καὶ.*

BBBB. Καὶ ᾠδαὶ πνευτικαὶ. *Quibus qualitas canticorum credentium deſcribitur.*

Hic iterum conſiderandum erit,

ᵑᵑᵑᵑ. Quid

(*a*) Sive ſpeciatim ad librum *Pſalmorum*, qui *Davidis* dicitur, reſpiciat; ſive generatim ad carmina ſymphoniam inſtrumentorum requirentia.

Digitized by

§§.//.= ††.AAA.אאא.*aaa*.(*ααα*)**BBBB.

אאאא. Quid ſint *aaaa*. Ὠδαὶ.

bbbb. Ὠδαὶ πνευματικαὶ.

בבבב. Quomodo jungantur Ψαλμοῖς καὶ ὕμνοις. (*a*)

(ββββ) Per illam ſe invicem & mutuò aedificare debebant. λαλοῦντες ἑαυτοῖς.

bbb. Specialius deſcribitur, quoad modum & finem ejus.

(*ααα*) Ratione modi vult, ut ſint ᾄδοντες, καὶ ψάλλοντες ἐν τῇ καρδίᾳ [αὐτῶν].

* *Repetit externum hujus* Muſices *exercitium. Quo forent*

AAAA. *Vel ſimpliciter* ᾄδοντες.

BBBB. *Vel etiam inſtrumentis cantum fulcientes.* ψάλλοντες.

** *Indicat, quod, quacunque ratione id fiat, cor abeſſe minimè debeat.* ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμῶν.

(ββββ) Ratione finis, hoc exer-

(*a*) In hanc rem legi merentur, quae habet Illuſtris *Ezechiel Spanhemius* in notis ad *Callimachi Hymnum in Apollinem*. pag. m.55 & pag.m.406 & *ſeqq.* collata cum illis, quae habet idem Vir Summus in notis ad hymnum in *Jovem* p. m. 2. & ſeqq.

citium *Muſicum* eo tendere debebat, ut in perpetuâ agnitione, gratâque memoriâ retinerent *Dominum*, omnium beneficiorum Auctorem. τῷ Κυρίῳ.

בבב. Ejus connexionem, cum ſtudio impletionis per Spiritum. Quae connexio fit per participiales locutiones.

BBB. Ad gratum DEO *Patri* animum ſemper in *Chriſto* teſtatum faciendum. Cap. V. 20. Hic iterum videamus

אאא. Rem ipſam, quam ab *Epheſiis* exigit Apoſtolus. Ubi perpendendum erit

aaa. Officium decentiſſimum. Quod videmus

(*aaa*) Acervatim propoſitum. εὐχαριστοῦντες τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ. *In cujus conſideratione attendendum eſt ad*

* *Objectum. Quod duplici nomine deſcribitur.* τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ. AAAA. Prius nomen ejus infinitam perfectionem, & excellentiam exprimit. τῷ Θεῷ.

BBBB. Alterum, quod ei

§§.//. ☰††.BBB.אאא.aaa.(ααα)*.BBBB.

ei jungitur, amabilem ejus ad CHRISTUM & ad credentes relationem. Quae

אאאא. Exprimitur, nomine τῷ Πατρὶ.

בבבב. Priori jungitur, per particulam καὶ.

** *Quo pacto circa hoc objectum versari debeant, nimirum* εὐχαριστοῦντες.

(BBB) Amplificatum, indicatione universalitatis

* Tum temporis. πάντοτε.

**. Tum rerum, pro quibus oporteat DEO gratias agere. ὑπὲρ πάντων.

bbb. Cujus Auctoritate hoc officium sit praestandum.

(ααα) Persona indicatur nominibus τῷ Κυρίῳ Ἰησοῦ Χριστοῦ.

* *Encomiastico, ejus Auctoritatem indicante.* τῷ Κυρίῳ.

** *Propriis.*

Eum describentibus,

§§.//.= ††.BBB.אאא.*bbb* (*aaa*)**

AAAA. Ut qui factus sit *Jehovah salus* populi sui. Ἰησοῦ.

BBBB. Ut qui legitimè ad hoc requisitis muneribus sit functus. Χριστοῦ.

(*BBB*) Ostenditur, quod officium requisitum; *in* Ejus *nomine*, praestari debeat *DEO & Patri*. ἐν ὀνόματι τῷ Κυρίῳ.

בבב. Ejusdem connexio cum praecedentibus. per participialem locutionem.

TABULA XL. SPECIALIS,

CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLAE

AD EPHESIOS.

CAP. V. 21.

Continet haec pericopa Poſtulatum debitae ὑποταγῆς, ordinisque a DEO inſtituti obſervantiam. Cap. V. 21.

Signata eſt haec pericopa in Tabulâ Generali II.B.2.a.(β)2.AA.

In hac pericopâ

אא. Poſtulatur officium ὑποταγῆς pro cujusvis ſtatu.

aa. Officium ipſum conſiſtit in ſubmiſſione, ſive ὑποταγῇ, per quam quis alterius vel judicio, vel voluntati, ex agnitione alicujus, qualiscumque illa ſit, ſuperioritatis, ſe conformem praeſtat. Quod

(aα) Poſtulatur. ὑποτάσσεσθε.

(aβ) Oſtenditur, caritati non adverſari, ſed cum ea conjunctum eſſe. Quo facit participialis locutio: quâ tranſitum facit ab inculcatione illorum officiorum, quae univerſalibus praeceptis

Digitized by Google

אא. *aa.* (ββ)

ceptis (non adeò habitâ ratione differentiae dignitatis, conditionis, & ſtatûs hominum) erant praeſcripta, ad indicationem illorum, quae nituntur illo ordine a DEO conſtituto, quo variae dignitatis homines eſſe voluit. Ὑποτασσόμενοι.

bb. Idque obſervandum eſſe pro cujusvis ſtatu. Quod ſignificatur voce ἀλλήλοις.

בב. Confirmatur, ita ut ſimul illuſtretur & reſtringatur. ἐν φόβῳ Θεοῦ.

Ubi videndum eſt,

aa. In quo conſiſtat timor *DEI. Adeoque oculis mentis ſiſtendum*

(αα) *Objectum excellentiſſimum, ſummâ Majeſtate veſtitum. Quod exprimitur nomine* Θεοῦ.

(ββ) *Quo modo circa hoc objectum verſari debeant.* ἐν φόβῳ Θεοῦ.

bb. Quo pacto faciat ad hanc ὑποταγὴν *confirmandam, illuſtrandam, & reſtringendam.*

(a) Faciunt, nimirum, haec verba, ἐν φόβῳ Θεοῦ:

Ad Confirmationem; quandoquidem ὁ φόβος Θεοῦ exigit & impellit, ad obſervantiam ordinis a DEO praeſcripti.

Ad illuſtrationem; quoniam id, quod fit ἐν φόβῳ Θεοῦ, non fit ſimulatè, μὴ κατ' ὀφθαλμοδουλίαν &c. uti Apoſtolus, conceptis verbis, docebit, c. ſeq. verſ. 6.

Ad reſtrictionem; cum juſti limites hujus ὑποτάξεως ſint obſervandi, conf. Act. IV, 19.

TABULA XLI. SPECIALIS,

CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLÆ

AD EPHESIOS.

CAP. V. 22--25.

Continet haec pericopa Officium Mulierum erga Maritos ſuos. Cap. V. 22--25.

Signata eſt haec pericopa in Tabulâ Generali II.B.ב.a.(β)2.BB.NN.aa.(aa)

In hac pericopâ videmus

§. Propoſitionem hujus officii. Cap. V. 22. In quâ perpendere oportet

/. Alloquium, indicans perſonas, ad quas haec admonitio dirigitur. Αἱ γυναῖκες.

//. Quid facere jubeantur. Quod

— Indicatur. Videamus hic

†. Objectum, circa quod verſentur. τοῖς ἰδίοις ἀνδράσιν.

††. Quomodo circa illud verſari debeant. ὑποτάσσεσθε.

= Illuſtratur, indicato fundamento obligationis, limites hujus obſequii definiente. ὡς τῷ Κυρίῳ.

Con-

§. //. ⁝

Conſiderandum hic eſt,

†. Quid praeſupponat Apoſtolus. Nimirum Mulieres ſubjectas eſſe, (quotquot verè fideles ſunt) certè omnes ſubjectas eſſe debere *Domino*. Ubi pariter attendere oportet ad

AAA. Objectum. τῷ Κυρίῳ.

BBB. Quomodo piae *Mulieres* circa hoc objectum verſentur. Quod ſupplendum, ἀπὸ τῦ ποιῦ repetendo, ὑποτάσσεσθε.

††. In eo fundamentum obligationis, ſimulque exemplum, ſed & limites hujus obſequii ſpectanda eſſe. Quod indicatur particulâ ὡς.

§§. Hujus Propoſitionis ulteriorem elaborationem. Cap. V. 23. 24. In eâ Apoſtolus

/. Urget relationem, quam DEUS inter *Maritum* & *Uxorem* eſſe voluit. Cap. V. 23. parte priori. Ubi videas,

— Quid ponat Apoſtolus. ὁ Ἀνήρ ἐστι κεφαλὴ τῆς γυναικὸς.

†. *Subjectum eſt* ὁ Ἀνὴρ.

††. *Praedicatum dicit, quod ſit* Caput Uxoris.

AAA. *Objectum exprimitur nomine* τῆς γυναικὸς, *cum quâ ſcilicet vinculo Matrimonii conjunctus eſt.*

BBB. *Relatio inter utrosque; quando dicitur* ἡ κεφαλὴ.

⁝ Quod id ſpectari velit, ut rationem, ob quam *Uxores Maritis* ſuis debeant illud officium ſubmiſſionis. Quod indicatur per particulam ὅτι.

//. Eam-

Digitized by Google

§§. I.

II. Eamdem rationem ulterius adſtringit, comparatione hujus relationis cum illâ, quae eſt inter CHRISTUM, & *Eccleſiam*. Cap. V. 23. parte poſteriori. & 24. Ubi Apoſtolus

— Hanc comparationem inſtituit. Cujus videnda eſt

†. Propoſitio. In quâ notemus,

AAA. Quam veritatem fundamentalem *Chriſtianismi* ponat. ὁ Χριστὸς κεφαλὴ τῆς Ἐκκλησίας.

אאא. *Subjectum eſt Chriſtus* ὁ Χριστὸς.

בבב. *Praedicatum de eo affirmat, quod ſit* Caput Eccleſiae. κεφαλὴ τῆς Ἐκκλησίας.

aaa. Objectum (ad quod relatè conſideratur) exprimitur nomine τῆς Ἐκκλησίας.

bbb. Relatio ipſa exprimitur, quando dicitur ejus κεφαλὴ.

BBB. Convenientiam inter hanc, &, quam verbis proximè praecedentibus expreſſerat, veritatem. ὡς καὶ.

Quam

אאא. *Exprimit particulâ* ὡς.

בבב. *Emphaſios cauſſâ addit particulam* καὶ.

††. Exaggeratio ejusdem. Cap. V. 23. parte poſtremâ.

Ubi perpendamus

AAA. Ipſam, quam ponit, veritatem. αὐ-

Digitized by Google

§§.//.— ††.AAA.

τός ἐστι σωτὴρ τῦ σώματος.

אאא. Subjectum indicatur pronomine relativo αὐτὸς.

בבב. Praedicatum considerandum proponit CHRISTUM ut *Servatorem Corporis*. Notetur

aaa. Objectum. Quod est ipsa, de quâ modo dixerat, Ecclesia, quam hic insignit nomine τῦ σώματος.

bbb. Quid huic objecto praestet. σωτὴρ ἐστι τῦ σώματος.

BBB. Ejusdem cum proximè praecedenti connexionem, per particulam καὶ. Quae exaggerationis rationem habet.

= Conclusionem, scopum suum ferientem, hinc elicit. Cap. V. 24.

Notari hic meretur

†. Particula transitionis. Ἀλλὰ. (*a*)

††. Res ipsa. Quae

AAA. Generatim proponitur. ὥσπερ ἡ Ἐκκλησία ὑποτάσσεται τῷ Χριστῷ, ὕτω καὶ αἱ γυναῖκες τοῖς ἰδίοις ἀνδράσι. Quibus verbis אאא. Duo ponuntur.

aaa. Offi-

(*a*) Videtur haec particula adversativa ratiocinativa simul esse; ad indicandum, quod, quamvis Mulieres aeque ac Viri sint membra illius *Corporis*, cujus CHRISTUS est *Servator*, tamen eo ipso non sit sublata subordinatio partium ipsius corporis.

Digitized by Google

§§. //. = ††. AAA. אאא.

aaa. Officium *Eccleſiae* erga CHRISTUM. ἡ Ἐκκλησία ὑποτάσσεται τῷ Χριστῷ.
Cujus enunciati
(ααα) *Subjectum eſt* ἡ Ἐκκλησία.
(βββ) *Praedicatum.* ὑποτάσσεται τῷ Χριστῷ.
* *Objectum indicatur nomine* τῷ Χριστῷ.
** *Quo pacto Eccleſia ſe erga hoc objectum gerat.* ὑποτάσσεται.

bbb. Officium *Uxorum* erga proprios *Maritos.*
(ααα) Subjectum ſunt αἱ γυναῖκες.
(βββ) Praedicatum, Quod in elliptică locutione ſubauditur, ex proximè praecedenti enunciato ſupplendum.
In eo pariter notandum
* *Objectum, quod exprimitur verbis* τοῖς ἰδίοις ἀνδράσιν.
** *Officium, quod ſubauditur.* ὑποτασσέσθωσαν.

בבב. Haec duo inter ſe componuntur: per quam comparationem

Digitized by Google

§§.//.≡ ††.AAA.בבב.

fundamentum obligationis, exemplum & definitio limitum hujus obſequii, attendentibus inſinuantur.

aaa. Ipſa comparatio exprimitur, per adverbia comparationis, ὥσπερ & ὕτω.

bbb. Emphaſis ſpectanda eſt in particulâ γὰρ.

BBB. Extenditur ad *omnia*, Nimirum, quae praeceptis Domini non ſunt adverſaria. ἐν παντί.

Digitized by Google

TABULA XLII. SPECIALIS,

CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLAE

AD EPHESIOS.

CAP. V. 25--33.

Continet haec pericopa Officia, quae Maritis praescribit Apostolus, cum rationibus, quibus ea inculcat, & urget. Cap. V. 25-33.

Signata est haec pericopa in Tabulâ Generali II.B.ב.a.(β)2.BB.אא.aa.(ββ)

Habemus in hac pericopâ

§. Propositionem officii Maritis incumbentis. Cap. V. 25. parte priori. Οἱ ἄνδρες ἀγαπᾶτε τὰς γυναῖκας ἑαυτῶν.

Hic attendendum ad

I. Objectum, cui hoc officium injungitur. Quos compellat. Οἱ ἄνδρες.

II. Mandatum, eis datum. In quo considerandum est

— Objectum, circa quod versatur hoc officium. τὰς γυναῖκας ἑαυτῶν.

= Quid huic objecto praestare debeant. ἀγαπᾶτε.

§.

§§. Hujus propositionis copiosissimam elaborationem. Cap. V. 25. parte posteriori usque ad 33. Quâ

/. Generatim CHRISTI erga *Ecclesiam* amorem Maritis imitandum proponit. Cap. V. 25. p. posteriori usque ad 28. p. posteriorem.

— Summatim. Cap. V. 25. parte secundâ. καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς ἠγάπησε τὴν Ἐκκλησίαν. Notetur hic,

†. Quid ponat Apostolus. Quod

AAA. Exprimit his verbis. ὁ Χριστὸς ἠγάπησε τὴν Ἐκκλησίαν.

אאא. *Subjectum est* ὁ Χριστὸς.

בבב. *Praedicatum* ἠγάπησε τὴν Ἐκκλησίαν.

Ubi nota

aaa. Objectum, circa quod versatus fuerit, & versetur. τὴν Ἐκκλησίαν.

bbb. Quid huic objecto fecerit, faciatque. ἠγάπησε.

BBB. Exaggerat per particulam καὶ.

††. Quo pacto hoc, ut quod Maritis imitandum sit, proponat. Quod indicat per particulam καθὼς.

= Cum insigni amplificatione. Cap. V. 25. p. post.--28. p. poster. Quâ

†. Luculenter ostendit, quo pacto CHRISTUS suum erga *Ecclesiam* amorem demonstraverit, & demonstret in aeternum. Cap. V. 25. p. postremâ & versu 26. & 27. Ubi declarat,

AAA. Quale documentum sui amoris jam dede-

Digitized by Google

§§. I. II †.AAA.

dederit. Cap. V 25. parte poſtremâ. καὶ ἑαυτὸν παρέδωκεν ὑπὲρ αὐτῆς.

Ubi perpendenda venit

ℵℵℵ. Res ipſa. Ad quam intelligendam attendamus

aaa. Ad id, quod CHRISTUS in genere feciſſe dicitur. παρέδωκεν ἑαυτὸν.

bbb. In ſpecie, quod hoc fecerit pro *Eccleſiâ*. ὑπὲρ αὐτῆς.

(αα) Pronomen relativum αὐτῆς indicat *Eccleſiam*.

(ββ) Praepoſitio ὑπὲρ oſtendit, quam relationem ad eam habeat haec ſui ipſius traditio, quam CHRISTO tribuit.

בבב. Quod haec res ſpectanda ſit, ut luculentiſſimum documentum ſui amoris, quod CHRISTUS dederit. Quo pertinet particula γὰρ.

BBB. Quem finem in hac ſui traditione ſibi praeſtituerit CHRISTUS, quem proinde exſequetur ad conſummationem usque. Cap. V. 26. 27. Hunc finem gradatione quadam ob oculos ponit.

ℵℵℵ. Finem proximum exprimit. verſu 26. Notemus hic

aaa. Rem ipſam, quam CHRISTUS *Eccleſiae* praeſtare vult, cujusque jam

§§. /. ⩧ †.BBB.ΝΝΝ.*aaa*.

jam quaſi arrham dederit. Conſiderandum igitur,

(*aaa*) Quid *Eccleſiae* jam fecerit; quodque inſtar arrhae ſit ejus, quod ei porro facere conſtituit. καθαρίσας τῷ λουτρῷ τοῦ ὕδατος. Hic perpendendum eſt

* Medium, quo Ipſi uti placuerit: quod exprimitur verbis τῷ λουτρῷ τοῦ ὕδατος.

** Quid hoc medio praeſtare, vel efficere voluerit. Quod

AAAA. Exprimit verbo καθαρίσας. (*a*)

BBBB. Participiali phraſi connectit cum eo, quod indicabat CHRISTUM *Eccleſiae* facere conſtituiſſe.

(BBB) Quid ei facere velit. Ubi nota

* Ipſum

(*a*) Καθαρίσας mihi videtur ſignificare *puram declaravit*, id eſt, ipſo jure liberam a reatu, adeoque a poenâ peccati, ejusque dominio. Ut eam ita *puram declararet*, inſtituit *baptiſmum*, *lavacrum aquae*, quod id ſignificat, & obſignat, atque hoc pacto quaſi arrha eſt, vel pignus ejus, quod ulterius, ad conſummationem usque, facere conſtituit Suae *Eccleſiae*.

Digitized by Google

§§. I. ⁜ †. BBB. אאא. aaa. (βββ)

* Ipſum beneficium. Quod exprimitur verbo ἁγιάσῃ.

** Medium, quo id in *Eccleſiam* conferre vult. ἐν ῥήματι. Hic videndum eſt,

AAAA. Quid ſit ῥῆμα, de quo Apoſtolus loquitur.

BBBB. Quam σχέσιν habeat ad ἁγιασμὸν, quo CHRISTUS *Eccleſiam* donare conſtituit. ΕΝ ῥήματι.

bbb. Conſiderandam illam eſſe, ut *finem*, ad quem CHRISTUS ſe ipſum tradiderit. Quod indicat particula ἵνα.

בבב. Finem ulteriorem; ad quem hic ἁγιασμὸς tandem exiret, quique CHRISTO finis ultimus erat traditionis ſui pro *Eccleſiâ*, adeoque etiam ſummum amoris ſui faſtigium. Cap. V. 27. Hunc finem

aaa. Acervatim indicat. Cap. V. 27. parte priori. Ubi videndum

(aaa) De re ipſâ. παρεστήσῃ αὐτὴν ἑαυτῷ ἔνδοξον. No-

Digitized by Google

§§. /.=†.BBB.בבב.*aaa*.(ααα)

temus hic,

* Qualis futura aliquando ſit *Eccleſia*. ἔνδοξος.

AAAA. Subjectum dicit ἀυτὴν. ſcilicet *Eccleſiam*.

BBBB. Ei tribuit τὸ fore ἔνδοξον.

** Quod ceu talis a CHRISTO ſiſtetur in judicio, ad ſui ipſius gloriam.

AAAA. Ut talis in judicio a *Chriſto* ſiſtetur. παραστήσῃ ἀυτὴν.

BBBB. Quis judex, vel ad cujus gloriam futurum ſit, quando ita ἔνδοξος ſiſtetur, exprimitur pronomine ἑαυτῷ. (*a*)

(BBB) Quod illa ſpectanda ſit, ut

(*a*) Nota, Pronomen ἑαυτῷ poſſe vel conſtrui cum verbo παραστήσῃ, atque ſic judicem indicabit, vel cum ἔνδοξον, & ſic indicabit hoc redundaturum in gloriam *Chriſti*.

Digitized by Google

§§. /. = †. BBB. בבב. aaa. (βββ)

ut finis ulterior, tum ἁγιασμῷ, tum παραδόσεως ἑαυτῷ. Quod indicat particula ἵνα.

bbb. Eleganti Metaphorâ depingit. Cap. V. 27. parte ſecundâ. Notemus hic

(aaa) Ipſam Metaphoricam hujus rei delineationem. In quâ

* Repetitur Subjecti indicatio. τὴν Ἐκκλησίαν. Quam praedicatis Metaphoricis oſtendit ſpectandam eſſe inſtar *Sponſae*.

** Qualem eam aliquando exhibiturus ſit *Chriſtus*, Metaphoricis phraſibus indicat Apoſtolus. Quarum

AAAA. Duae diſtinctè exprimunt talia, quae in *Sponſâ* minus grata eſſe ſolent, a quibus *Eccleſiam* liberam futuram, & a *Chriſto* exhibendam fore ſignificat.

NNNN. *Maculae* videli-

§§.*l*.⊐ †.BBB.בבב.*bbb*.(ααα)**AAAA.אאאא.

delicet expertem. μὴ ἔχουσαν σπῖλον.

בבבב. *Rugae*. ἢ ῥυτίδα.

BBBB. Tertia generalis, omne, quod displicere potest, comprehendens. ἢ τι τοιοῦτον.

(βββ) Metaphoricarum harum locutionum explicationem, & relationem ad superiora.

* Explicatio harum Metaphoricarum phrasium. ἡ, scilicet, *Ecclesia*,

AAAA. In se spectata, ἁγία.

BBBB. Ratione aequi judicii de ipsâ, ᾧ ἄμωμος. Notetur

אאאא. Ipsa qualitas. ἄμωμος.

בבבב. Ejusdem

§§. l. = †. BBB. בבב. bbb. (βββ) * BBBB. בבבב.

dem quaſi per gradationem cum praecedentibus conjunctio. per particulam καὶ.

** Relatio ipſius rei ad ſuperiora. ἀλλ' ἵνα.

††. Concluſionem elicit, addito novi argumenti fundamento, quod hoc pacto cum praecedenti elegantiſſimè connectit. Cap. V. 28.

AAA. Concluſio ex dictis haec eſt: Οὕτως ὀφείλουσιν οἱ ἄνδρες ἀγαπᾷν τὰς ἑαυτῶν γυναῖκας. Ubi videas

אאא. Officium ipſum inculcatum.

aaa. Officium antè praeſcriptum repetitur verbis: οἱ ἄνδρες ἀγαπᾷν τὰς ἑαυτῶν γυναῖκας. Confer verſum 25.

bbb. Hoc ut debitum inculcatur. ὀφείλουσι.

בבב. Ex dictis elicitum. per vocabulum Οὕτως.

BBB. Fundamentum ponit novi argumenti, quod eleganter praecedenti innectit, deſumendi ab *Unitate Mariti* & *Uxo-*

Digitized by Google

§§. /. = ††. BBB.

ris. ὡς τὰ ἑαυτῶν σώματα. (a)

//. Speciatim argumentatur ex *Unitate*, ſive arctiſſimâ *Mariti* & *Uxoris* conjunctione, quae pariter inſtar habet illius, quae eſt inter CHRISTUM & *Eccleſiam*, conjunctionis: Quo ipſo prius argumenttum fortius adſtringitur. Cap. V. 28. parte poſtremâ--33. In quâ ratiocinatione ita procedit Apoſtolus:

— Porisma, quod proximè, & immediatè profluit ex poſito fundamento, proponit. Cap. V. 28. parte poſtremâ. Ὁ ἀγαπῶν τὴν ἑαυτῆ γυναῖκα ἑαυτὸν ἀγαπᾷ.

†. Subjectum eſt ὁ ἀγαπῶν τὴν ἑαυτῆ γυναῖκα.

††. Praedicatum. ἑαυτὸν ἀγαπᾷ. (b)

= Hanc ratiocinationem uberius proſequitur. Cap. V. 29-33.

†. Confirmando id, quod tacitè poſuerat: Nihil ipſi naturae humanae convenientius eſſe, quam diligere ſe ipſum, ſpeciatim quoque corpus ſuum.

AAA. Con-

(a) Elegantia hujus connexionis in eo ſita eſt: Conſideraverat Apoſtolus *Eccleſiam*, ut CHRISTO deſponſatam uxorem. Hanc eamdem conſiderat ſimul ut corpus ſuum. Sic CHRISTUM imitantes *viri uxores* ſuas *ut corpora ſua* diligere debebant.

(b) Vult dicere, quid eſſe poteſt rationi convenientius, quam ut quis ſe ipſum diligat? Hoc ab ipsâ naturâ homini inditum eſt. Atqui uxorem ſuam diligere (quia illa corpus quaſi Mariti eſt) eſt ſe ipſum diligere. Ergo nihil rationi convenientius eſt, quam ut Maritus quisque ſuam uxorem diligat.

Digitized by Google

§§.//.=†.

AAA. Confirmationem intendi docet particula γὰρ.

BBB. Argumentum desumptum est ab ipsâ experientiâ constanti. Hic igitur videndum est, quid experientia doceat, quod exprimitur

אאא. Negativè, & quidem negatione universalissimâ. Οὐδεὶς πότε τὴν ἑαυτοῦ σάρκα ἐμίσησε.

aaa. Universalitas hujus negationis ita exprimitur, ut

(ααα) *Omnis exceptio cujuscumque hominis removeatur, per particulam* οὐδεὶς.

(βββ) *Omne discrimen temporum tollatur, adeoque constantia hujus experientiae indicetur, per particulam* πότε.

bbb. Res negata est odium suae carnis. *Consideretur hic*

(ααα) *Objectum, circa quod affectus, de quo sermo est, versatur. Quod est uniuscujuscunque hominis propria* caro. τὴν ἑαυτοῦ σάρκα.

(βββ) *Affectus circa hoc objectum, qui negatur, est* odio habere. Οὐδεὶς ἐμίσησε.

בבב. Positivè.

aaa. Particula adversativa hic gradationem indicat. ἀλλὰ. Quasi diceret,

Digitized by Google

§§.//.ב †.BBB.בבב.*aaa*.

ceret, tantum abeſt, ut carnem ſuam odio habeat quisquam, ut potius unusquisque eam nutriat.

bbb. Rem ipſam, quam cuicumque homini tribuit, duabus phraſibus exprimit.

(*aaa*) Prima *nutrimentum* corporis indicat. ἐκτρέφει αὐτὴν.

(*BBB*) Altera defenſionem, omnemque ulteriorem curam. Hanc

* Exprimit verbo θάλπει.

** Priori jungit per particulam καὶ.

††. Idque praeſenti, quod ſub manibus habet, inſtituto applicat. Cap. V. 29. parte poſtremâ-33. Ubi oſtendit

AAA. CHRISTUM eodem modo cum *Eccleſiâ* agere, eamque eodem loco habere, uti unusquisque, naturâ duce, agit cum ſuâ propriâ carne. Cap. V. 29. parte poſtremâ, & verſu 30.

אאא. Quod CHRISTUS eodem modo cum *Eccleſiâ* agat, docet Apoſtolus. Cap. V. 29. parte poſtremâ. Ubi conſideremus,

aaa. Quid de CHRISTO & *Eccleſiâ* affirmet. ὁ Κύριος τὴν Ἐκκλησίαν. Supple ἐκτρέφει, καὶ θάλπει.

Attendi autem hic debet, ad

(*aaa*) De-

Digitized by Google

(ααα) *Deſcriptionem ſubjecti; quod antea nomine* CHRISTI *appellavit, nunc exprimit nomine* ὁ Κύριος. *ut ipſius excellentia tanto clarius pateat.*

(βββ) *Quid ei tribuat.* τὴν Ἐκκλησίαν ἐκτρέφει καὶ θάλπει.

Ubi

* Objectum expreſſo vocabulo indicatur τὴν Ἐκκλησίαν.

** Quid huic objecto faciat, non exprimitur quidem, ſed per particulam καὶ indicatur ſatis, id ex praecedentibus, ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, repeti debere.

bbb. Quod hoc comparet cum illo hominis inſtinctu, quo ſuam ipſius carnem curat.

(ααα) *Hanc comparationem indicat particulâ* καθὼς.

(βββ) *Et exaggerat particulâ* καὶ.

בבב. Quod CHRISTUS *Dominus Eccleſiam* eodem loco habeat, imò ſingulos *Eccleſiam* conſtituentes, quo homo ſuum corpus, ejusque membra; atque hinc proficiſci illam, quam gerit, *Eccleſiae* curam: docet. Cap. V. 30.

Ubi attendere juvabit

Digitized by Google

§§.//.=††.AAAבבב.

aaa. Ad rem ipſam. Quâ

(*aaa*) Summatim de ſingulis credentibus (qui ſimul ſumpti *Eccleſiam* conſtituunt) indicat, quo modo ſe habeant ad *Dominum*. μέλη ἐσμεν τῦ σώματ☞ ἀυτῦ.

* *Subjectum, ipſo verbo, in primâ perſonâ expreſſo, comprehenditur.* Nos. *Intelige Apoſtolum, & omnes, qui in CHRISTUM credunt, vel crediderunt umquam, credentque.*

** *Praedicatum indicat, quo pacto hi ſinguli ſe habeant ad* Eccleſiam, *atque haec ad* Dominum.

AAAA. Eccleſia, *a CHRISTO habetur, ut* corpus *Ipſius. Quam ob cauſſam venit nomine* τῦ σώματ☞ ἀυτῦ.

BBBB. *Singuli credentes, ut* μέλη, *illud corpus conſtituentia.*

(*BBB*) Idque confirmat, vel ſaltem amplificat, dicendo

* Ἐκ τῆς σαρκὸς ἀυτῦ.

** Καὶ

Digitized by Google

§§. //. = ††. AAA. בבב. aaa. (βββ)*

** Καὶ ἐκ τῶν ὀστέων αὐτοῦ. (a)

bbb. Ad relationem, quam habet ad id, quod affirmaverat; nimirum quod *Dominus* nutriat, & foveat *Ecclesiam*. Hanc per particulam ὅτι, *quoniam*, exprimit.

BBB. Idem, & hanc quidem nunc ob causſam, officium *Maritis* incumbere vi primaevae legis connubialis, quam occulto conſilio DEUS voluit praedelineare, quo pacto CHRISTUS ſe erga *Eccleſiam* ſuam gereret. Cap. V. 31. 32.

אאא. Idem hoc officium, & quidem modò propoſitam ob cauſſam, vi legis primaevae *Maritis* incumbere declarat Apoſtolus. Cap. V. 31. Ubi officium *Mariti* verbis primaevae legis con-

(a) Videtur hic reſpici ad incarnationem CHRISTI; quâ naturam humanam aſſumſit, ut per ipſam communionem naturae *Goël*, & lege caritatis electis obſtrictus eſſet, atque hi ab ipſo conſiderandi, ut *ex Ipſius carne, & oſſibus* oriundi.

Forſitan geminâ phraſi utitur, ut oſtendat arctiſſimam hanc conjunctionem CHRISTI & credentium locum habere, quamvis alii aliis infirmiores, firmioresve ſint: vel hanc communionem loçum habere tum in hac vitâ, tum poſt eam.

§§.//.= ††.BBB.אאא.

nubialis proponitur.

aaa. Comparatione officii, quod *Maritus Uxori* debet, cum illo, ad quod *Parentibus* obſtrictus eſt, quorum illud hoc ſuperet.

Notemus hic,

(*aaa*) *Quid* Maritus *in ordine ad* Parentes, *quibus caeteroquin quam maximè obſtrictus eſſet, facere debeat.* καταλείψει ὁ ἄνθρωπος τὸν Πατέρα αὐτοῦ, καὶ τὴν Μητέρα.

* Objectum

AAAA. Singulatim duplex conſiderandum proponitur. Nimirum cujusvis hominis

אאאא. *Pater.* Cui caeteroquin ſumma in Filium competit auctoritas, & poteſtas. τὸν Πατέρα αὐτοῦ.

בבבב. *Mater.* Erga quam natura caeteroquin inſpirat, & inſtigat ad tenerrimum amorem. τὴν Μητέρα.

BBBB. Conjunctim. per particulam *καὶ*. Quae idem valet, ac ſi diceretur,

Digitized by Google

retur, non tantum *Patrem*, non tantum *Matrem*, verum etiam utrosque.

** Quo pacto erga hoc objectum se gerere debeat quivis homo, uxorem habens.

AAAA. Universalitas hujus obligationis exprimitur nomine ἄνθρωπος.

BBBB. Ipsum illud, quod facere tenetur, verbo καταλείψει.

(βββ) *Quid in ordine ad* Uxorem *suam*. καὶ προσκολληθήσεται πρὸς τὴν γυναῖκα αὐτοῦ.

Nota hic

* Officium ipsum. In quo perpendendo occurrit

AAAA. Objectum. Quod indicatur verbis πρὸς τὴν γυναῖκα αὐτοῦ.

BBBB. Quid ei praestare debeat. προσκολληθήσεται.

** Ejusdem cum proximè praecedentibus connexio per particulam καὶ.

bbb. Indicatione arctissimae consociationis utriusque partis. Ubi notetur

(aaa) Res ipsa. Ad quam intel-

Digitized by Google

§§.//.= ††.BBB.אאא.*bbb* (*aaa*)

intelligendam conſide-
randum erit
* De Subjecto. quod conſtituunt οἱ δύο.
** De Praedicato. Quod exprimit horum duorum ſubjectorum arctiſſimam conſociationem. ἔσονται εἰς σάρκα μίαν.

(ββb) Ejusdem, cum proximè praecedenti deſcriptione officii *Mariti*, connexionem, indicatam particula γὰρ.

בבב. Indicatur DEUM, occulto (iſto quidem tempore) conſilio, primaevam illam legem connubialem, ita per *Adamum* expreſſam voluiſſe, ut ita praedelinearet, quo pacto CHRISTUS erga *Eccleſiam* ſe gereret. Cap. V. 32.
Ubi Apoſtolus

aaa. Declarat, in illis verbis primaevae legis connubialis aliquid latere, iſto tempore planè ignotum, & non niſi Divinâ revelatione noſcendum, gra-

Digitized by Google

gravissimi tamen momenti. Τὸ μυστήριον τοῦτο μέγα ἐστιν.

(aaa) *Subjectum est* τὸ μυστήριον τοῦτο. (a)

(βββ) *Praedicatum continetur verbis* μέγα ἐστιν.

bbb. Indicat, quorsum illud *mysterium* respiciat, quod sibi revelatum *Ecclesiis* indicat.

(aaa) Quorsum illud *mysterium* respiciat, significat bimembri enunciato.

* Quatenus lex illa connubialis agit de *Marito*, respicit εἰς Χριστὸν.

** Quatenus etiam loquitur de *Uxore*, respicit ad *Ecclesiam*.

Quod

AAAA. *Indicatur.* εἰς τὴν Ἐκκλησίαν.

BBBB. *Cum praecedenti membro conjungitur. per particulam* γὰρ.

(βββ) De-

(a) Id est *res arcana*, quae, consilio DEI, sub istâ primâ lege connubiali & omni hoc negotio, a *Mose*, in historiâ creationis Protoplastorum, narrato, latet.

Digitized by Google

§§.//.= ††.BBB.בבב.*bbb*.(*aaa*)

(*βββ*) Declarat se hoc *Ephesius*, utcunque antè occultum fuerit, affirmare.

* *Oppositio fit per particulam adversativam* δὲ. (*a*)

** *Affirmatio.* Ἐγὼ λέγω. (*b*)

(*a*) Cogitare aliquis posset apud animum suum: Admirandus ille quidem agendi modus, quo DEUS *Evam*, non ex terrâ ἀμέτρως, sed ex costâ *Adami* creavit, μυστηρίωδες aliquid sub se continuit: Docuit *Adamum*, inspirante DEO (uti ex *Matth.* XIX. 4–7. constat) quod hinc manet norma, sive lex ista, quae praescribit, quo modo maritus erga uxorem, & haec vicissim erga illum se gerere debeat, ut sint *una caro*. Sed non video aliud quid & sublimius sub illo latere, multo minus quid illud sit: Hujusmodi cogitationibus opponit *Paulus* suam asseverationem. SED EGO (inquit) id affirmo, & tibi, a Spiritu, me, ut Apostolum, in omnem veritatem ducente, id edoctus, explico; nimirùm μυστηρίωδες illud, quod latuit sub illa narratione *Mosis*, Genes. II. 21–III. 1. spectasse CHRISTUM & *Ecclesiam*.

(*b*) Hoc pacto Apostolus ulterius adstringit suum monitum, vers. 22-25. p. post. propositum, quo non tantum officium uxorum erga maritos suos, & horum erga uxores, postulavit; sed etiam postulavit, ut praestatione mutuâ illorum officiorum imitari annitantur, *Ecclesiae* erga CHRISTUM, & CHRISTI erga *Ecclesiam*, exemplum.

TA-

Digitized by Google

TABULA XLIII. SPECIALIS,

CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLÆ AD EPHESIOS.

CAP. V. 33.

HOc verſiculo, utrisque ſimul ſummatim, & quidem *Viris* directe, tamen etiam *Mulieribus*, ſed aliquo pacto indirecte, officia praeſcribit Apoſtolus.

Signata eſt haec pericopa in Tabulâ Generali II. B. ב. a. (β) 2. BB. נּנ. bb.

Notetur hic

(αα) Tranſitio. Quae fit per particulas Πλὴν καὶ ὑμεῖς.

(ββ) Res ipſa ita exprimitur, ut

§. Objectum, ad quod hoc monitum ſe extendat, indicetur. καθ' ἕνα ἕκαστος.

I. Ad ſingula paria ſcilicet. καθ' ἕνα.

II. Ad ſingulas perſonas, illa paria conſtituentes. ἕκαστος.

§§. Officium gemino enunciato exprimatur.

I. Marito incumbens. Quod

— Generatim ſpectatum in eo verſatur: τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἀγαπάτω.

Digitized by Google

(ββ)§§.I.—

= Speciatim, ratione modi, quo implendum ſit, docetur.

†. *Particulâ* ὅτως.

††. *Additâ comparatione amoris, quo quis in ſe ipſum fertur.* ὡς ἑαυτὸν.

II. *Mulieri* viciſſim. Quod videtur ſimul indicari a *Viris* curandum eſſe.

— Tranſitio fit per particulam δὲ.

= Res ipſa exprimitur, ita ut

†. Quale officium *Mulieri* incumbat, ſignificetur.

AAA. Subjectum, cujus officium indicatur, eſt ἡ γυνὴ. *Mulier.*

BBB. Officium in eo verſatur. Φοβῆται τὸν ἄνδρα.

אאא. Objectum dicit τὸν ἄνδρα.

בבב. Quid huic objecto facere debeat, exprimitur vocabulo Φοβῆται.

††. Idque *Virum* curare debere, decenti modo cum eâ vivendo, innui videtur per particulam ἵνα.

TA-

Digitized by Google

TABULA XLIV. SPECIALIS,

CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLAE

AD EPHESIOS.

CAP. VI. 1--5.

Continet haec pericopa Officia mutua *Liberorum* & *Parentum*. Cap. VI. 1--5.

Signata est haec pericopa in Tabulâ generali II.B.ב.a.(β)2.BB.בב.aa.

Continet haec pericopa duas partes principales:

(aa) Admonitionem *Liberorum* ad officium, quod *Parentibus* suis debent, rationibus suffultam. Cap. VI. 1--4.

§. Propositio ejus legitur. Cap. VI. 1. parte primâ.

/. Summatim facta. Τὰ τέκνα ὑπακούετε τοῖς γονεῦσιν ὑμῶν. In quâ attendere oportet, ad

— Alloquium. Quo indicantur, quibus hoc incumbat. Τὰ τέκνα.

= Officium, quod eis incumbit, ad quod excitantur.

In quo considerandum est

(aa) §. I. =

†. De Objecto. Quod hic dicitur τοῖς γονεῦσιν ὑμῶν.

††. Quo modo circa hoc objectum se gerere debeant. Quod docetur verbo ὑπακούετε.

II. Addito fundamento obligationis, quod ejusdem quoque limites comprehendit. ἐν Κυρίῳ.

§§. Ejusdem confirmatio. Cap. VI. 1. parte posteriori. & 2. 3.

I. Ratione ab aequitate desumptâ. Cap. VI. 1. parte posteriori. Ubi videndum est,

— Quid dicat Apostolus. τοῦτο ἐστι δίκαιον.

†. *Subjectum exprimitur pronomine relativo* τοῦτο.

††. *Praedicatum*, *verbis* ἐστι δίκαιον.

= Quod hoc in argumentum afferat. Quo pertinet particula γὰρ.

II. Ratione e quinto praecepto desumptâ, momentum causſae, & utilitatem praestationis hujus officii simul indicante. Cap. VI. 2. 3. Hic

— Ipsum officium verbis praecepti quinti ipsissimis exprimitur. Cap. VI. 2. parte priori. Τίμα τὸν Πατέρα σου, καὶ τὴν Μητέρα. Ubi

†. Objectum geminum considerandum est, & quidem conjunctum.

AAA. *Primo loco ponitur cujusvis* Israëlitae Pater. Τὸν Πατέρα σου.

BBB. *Secundo loco ponitur, sed sociatur tamen*, Mater. καὶ τὴν Μητέρα.

אאא. *Indicatur, nomine* τὴν Μητέρα.

בבב. *Jun-*

Digitized by Google

(aa)§§.//.— †. BBB.אאא.

בבב. *Jungitur alteri, per particulam* γὰρ.

††. Quid ei praeſtandum ſit. Τίμα.

= Commendatur. Cap. VI. 2. parte poſteriori. & verſu 3.

Ubi Apoſtolus momentum hujus negotii, & utilitatem, cum praeſtatione hujus officii connexam, indicat.

†. Generatim obſervat, quod hoc ſit *primum praeceptum cum promiſſione*. Cap. VI. 2. parte poſteriori.

AAA. Subjectum indicatur pronomine σὺ ἵνα.

BBB. Praedicatum poteſt ſpectari, ut bimembre.

אאא. Tribuit huic praecepto *primitatem* ordinis (praeceptorum ſcilicet ſecundae Tabulae). ἔστιν ἐντολὴ πρώτη.

בבב. Notat ei eſſe annexam promiſſionem. ἐν ἐπαγγελίᾳ.

††. Speciatim verba promiſſionis, quae quinto praecepto adjecta eſt, licet leviſſimâ quadam mutatione, laxiori nimirùm expreſſione, ſtrictiorem illam, quae in lege conſpicitur, comprehendente, ut eam etiam Novi Teſtamenti OEconomiae accommodaret, adducit. Cap. VI. 3. In his verbis vide

AAA. Bona promiſſa.

Digitized by Google

(aa)§§.//.=††.AAA.

אאא. Generatim, felicitas promittitur his verbis. εὖ σοι γένηται.

בבב. Speciatim, longaevitas in terrâ. χ᾽ ἔσῃ μακροχρόνιος ἐπὶ τ᾽ γῆς.

BBB. Praestationi officii postulati annexa. per particulam Ἵνα.

(ββ) Admonitionem *Parentum* ad officium, quod vicissim *Liberis* debent. Cap. VI. 4. Ubi attendere oportet, ad

§. Rem ipsam. Occurrit autem hic

/. Dehortatio. In quâ notemus

— Alloquium, indicans, ad quos hoc monitum dirigatur, synecdochicè expressum. οἱ Πατέρες.

= Quid his dissuadeat Apostolus. μὴ παροργίζετε τὰ τέκνα ὑμῶν.

Ubi consideretur

†. *Objectum.* τὰ τέκνα ὑμῶν.

††. *Quid circa hoc objectum observandum eis sit.* μὴ παροργίζετε.

//. Adhortatio, ad oppositum vitio modò memorato studium.

Ubi perpendamus

— Ipsum officium, ab Apostolo expressum in haec verba: ἐκτρέφετε αὐτὰ ἐν παιδείᾳ χ᾽ νουθεσίᾳ Κυρίου.

†. Generatim indicat, nutritionem & educationem *Liberorum* esse officium *Parentum.* ἐκτρέφετε αὐτὰ.

††. Speciatim indicat, quomodo haec educatio

Digitized by Google

(ββ) §. 11. — ††.

catio comparata esse debeat. ἐν παιδείᾳ καὶ νουθεσίᾳ Κυρίου. Hic perpendere oportet,

AAA. Quid sit παιδεία καὶ νουθεσία Κυρίου.

אאא. *Generatim magis exprimitur hoc officium nomine* παιδείᾳ. (a)

בבב. *Speciatim additur.* καὶ νουθεσίᾳ Κυρίου.

Considerandum igitur est,

aaa. Quid sit

(ααα) Νουθεσία, in se spectata. (b)

(βββ) Relatè ad Supremum Doctorem simul & Dominum. Quae relatio indicatur, quando Apostolus loquitur de νουθεσίᾳ Κυρίου.

bbb. Quomodo jungatur τῇ παιδείᾳ. per particulam καὶ.

BBB. Quod illa esse debeat inseparabili nexu cum educatione connexa. Quo facit particula ἐν.

= Oppositionem istiusmodi officii, ut sejuncti a vitio, a quo eos dehortatus erat. per particulam ἀλλὰ.

§§. Ejusdem cum praecedentibus monitis connexionem. per copulam Καὶ. (c)

(a) Παιδεία videtur significare institutionem & coërcitionem puerorum.

(b) Nimirum, uti videtur, persuasio per demonstrationem menti factam.

(c) Quasi diceret vos *Parentes* vicissim estis obligati, quin & medium, quo perducentur *Liberi* ad suum officium, existimare debetis, ut eos non irritetis, sed educetis in disciplinâ, & admonitione Domini.

T A-

Digitized by Google

TABULA XLV. SPECIALIS,

CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLAE AD EPHESIOS.

CAP. VI. 5--10.

Continet haec pericopa Admonitionem hinc *Servorum*, illinc *Dominorum* ad officia ſibi invicem praeſtanda. Cap. VI. 5--10.

Signata eſt haec pericopa in Tabulâ Generali II.B.ב.*a*.(β)2.BB.בב.*bb*.

Haec quoque pericopa conſtat duabus principalioribus partibus.

(αα) Prima continet Admonitionem *Servorum* ad officia, quae *Dominis* ſuis debent, indicata & illuſtrata, gravi ratione confirmatam. Cap. VI. 5--9. Notetur igitur

§. Ipſa propoſitio hujus admonitionis, copiosè officia Servorum eis inculcans. Cap. VI. 5. 6. 7.

I. Summatim fit haec propoſitio. Cap. VI. 5. Hic occurrit

— Alloquium, quod indicat, ad quos dirigatur

Digitized by Google

(ax) §. I. —

tur haec admonitio. οἱ δοῦλοι.

= Admonitio, continens

†. Generalem officii eorum declarationem. In quâ considerari debet

AAA. Objectum. Quod indicatur verbis, τοῖς Κυρίοις κατὰ σάρκα.

Quâ descriptione

אאא. *Indicatur eorum Auctoritas, & potestas, nomine* τοῖς Κυρίοις.

בבב. *Simulque restringitur aliquo pacto, indicando, quod non possint nisi in corpus suum Dominium exercere.* κατὰ σάρκα.

Ubi igitur perpendere oportet,

aaa. Quid hic significetur per σάρκα.

bbb. Quid per consequens denotetur, quando sermo est de Κυρίοις κατὰ σάρκα.

BBB. Quid huic objecto praestare debeant. Quod exprimitur per verbum ὑπακούετε.

††. Specialem modi, quo in praestando hoc officio versari debeant, indicationem. Cap. VI. 5. parte secundâ. Quae fit

AAA. Postulato duarum, in hac obedientiâ requisitarum qualitatum singularium. Quarum

אאא. Prima opposita est proterviae, & contumaciae, quâ *Servi* aliquando ferociter jugum excutere audent, & conantur. μετὰ φόβου καὶ

Digitized by Google

(αα) §. /.= ††.AAA.אאא.

καὶ τρόμου.

בבב. Altera fraudibus & dolis, quibus *Servi* quandoque *Heros* circumvenire ſolebant. ἐν ἁπλότητι τῆς καρδίας ἡμῶν.

BBB. Comparatione cum obedientiâ, quae CHRISTO debetur; in quâ ſimul & fundamentum obligationis, & hujus obſequii limitatio comprehenditur. ὡς Χριστῷ. Quibus verbis

ג״ג. Ponit, quod obediant verè credentes *Servi* CHRISTO; ſaltem quod fidem profitentes id facere debeant.

בבב. In hac obedientiâ exemplum & fundamentum obligationis ad hanc obedientiam ſpectandum eſſe.

//. Illuſtratur, ulteriori amplificatione, haec propoſitio. Cap. VI. 6. 7. Quâ

— Removetur vitium, quod requiſitae ἁπλότητι eſt adverſarium. Cap. VI. 6. parte priori.

†. Vitium, quod a credentium *Servorum*, quam *Heris* ſuis praeſtarent, obedientiâ ſejunctum vult Apoſtolus,

AAA. Appellatur ὀφθαλμοδουλεία.

BBB. Deſcribitur a fine. ὡς ἀνθρωπάρεσκοι.

††. De-

Digitized by Google

(aa) §. //. — †.

††. Dehortatur ab eo, dicens μὴ κατ' ὀφθαλμοδουλείαν &c.

= Amplius & ἁπλότης describitur, tum requisita ἁπλότης, tum comparatio hujus obedientiae cum illâ, quam CHRISTO praestabant. Cap. VI. 6. parte posteriori. & 7. Perpendi hic debet

†. Res ipsa. In cujus contemplatione videmus, quod Apostolus

AAA. Generatim doceat, *Servos Christianos* in obedientiâ, quam *Heris* suis praestabant, se ostendere *Servos* CHRISTI: Utpote qui secundum voluntatis CHRISTI placitum, & ne causae CHRISTI aliquid detrimenti afferant, *Dominis* suis obedientiam praestent. ὡς δοῦλοι τοῦ Χριστοῦ. *Quibus verbis*

ααα. *Ponit Apostolus, quod* Servi Christiani *facti sint* δοῦλοι τοῦ Χριστοῦ

βββ. *Testatur, quod in obedientiâ, quam* Heris *suis praestant, se ostendant tales. Quod indicat particula* ὡς.

BBB. Speciatim exponat, quid ad hoc requiratur. Quod sub duplici σκέσει proponitur:

αααα. In ordine ad DEUM Pa-

Digitized by Google

(aa) §. //. ☰ †. BBB. אאא.

trem. (a)

aaa. Ut ejus faciant voluntatem, quae jubet, ut *Servi* obediant *Dominis*: Ex cujus jussu igitur proficiſci debeat illa obedientia. ποιοῦντες τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ.

Videamus hic,

(aaa) *Quid*

(a) Fortè melius in hunc modum inſtitueretur Analyſis:

אאא. In ordine ad DEUM Patrem. Hic igitur perpendatur,

aaa. Quid hic ponatur officium eſſe *Servorum* CHRISTI quorumcunque. ποιοῦντες τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ ἐκ ψυχῆς.

